rum ruinas cerneret; muri namque tot tormentorum fulmina non ferebant, oppugnari undique uno tempore urbem volebat. At duces alii & tribuni qui penes ipſum erant, tam ſtrenuum præſidium paratum cernentes, dicebant in oppugnatione illa magnam exercitûs partem eſſe perituram, neque capiendam fore urbem: quapropter ille a conſilio deſtitit. Quotidie namque Cæſarei nobilium Francorum fortitudinem experiebantur, qui frequenter irrumpebant, ſemperque cum hoſtium pernicie, id quod etiam Guiſii ſagacitati tribuendum erat, qui immortalem ſibi gloriam peperit. Quæ major concertatio fuit in loco accidit, cui nomen Bella Crux, perque diem fere integrum ibi pugnatum fuit: cum ter mille Hiſpani & decies mille Germani, ducibus Albæ Duce & Mariniani Marchione ad iſtum locum proceſſiſſent. Franci pugnavere cum longe majori hoſtium, quam ſuorum cæde.

Les mêmes. Obſidio ad uſque fere mediam hiemem protracta fuit per duos menſes, exercitumque Cæſareum morbus invaſit, ita ut circum Metas proſtrata, ubique mortuorum corpora vidiſſes. Imperator denique obſidionem ſolvere coactus eſt. Narrabatur autem ipſum tanti exercitûs tertiam partem amiſiſſe. Cæteri porro maxima pars infirmi & languidi erant, ita ut vix erecti ſtare poſſent. Dux autem Guiſiæ tantum hic ſibi gloriæ ex humanitate & benignitate paravit, quantum ex fortitudine ſibi peperarat. Ægros qui in caſtris relicti fuerant undique perquiri juſſit, inque noſocomia induci, erogata etiam ipſis pecunia. Albano Duci ſcaphas obtulit, queis ægroti in Theodonis villam deportarentur. Franci etiam languidos & infirmos hoſtium cum eadem humanitate exceperunt. Agmen quoddam equitum Francorum, cum Hiſpanos cernerent equis vectos, & pugnatores eſſe putarent, illos adoriri parabant. Erant autem illi ægroti qui equis vecti iter agebant. Noſtri vero intactos illos reliquerunt, & cum equis abire ſiverunt.

Thuanus. Belcarius. Dum Carolus Metas obſideret, Comes Rhodius cum Flandricis copiis in Picardiam eſt ingreſſus, multaque oppida & caſtra cepit, atque incendit. Noviodunum, Nigellam, Caunium, Roiam & Folembræum Regiam Villam. Feram quoque capere geſtiebat; ſed jubente Rege, Annebaldus maris Præfectus, in hoc oppidum cum paucis equitibus ſe contulit. Rhodius vero putans ipſum cum numeroſa militum manu, eò ſe conferre non auſus, retroceſſit, & Hedinum obſedit.

1552. chemin, & alla aſſieger Hedin. Le payis étoit totalement dépourvû de gens de guerre, le Maréchal de Saint André en avoit amené une partie à Verdun, & l'autre partie étoit à Toul ſous les ordres du Duc de Nevers ; l'un & l'autre ſe tenoit en ces lieux pour enlever les ſoldats de l'armée Impériale, & empêcher les convois. La Ville d'Hedin ne tint point, le Château ſe défendit quelque tems, mais la breche étant grande, le Commandant capitula, & le rendit. Le Comte de Roeux y mit bonne garniſon, & ayant appris que le Duc de Vendome étoit en marche pour reprendre Hedin, il ſe retira & alla joindre l'Empereur.

1553. En ce tems-ci mourut l'Amiral d'Annebaut, homme integre & d'une grande probité, qui n'avoit jamais penſé à s'enrichir aux dépens du public. Le Roi François qui ſavoit combien il étoit deſintereſſé, lui avoit donné par ſon teſtament cent mille livres. Gaſpar de Coligni fut fait Amiral en ſa place, & la charge de Colonel general de l'infanterie qu'il avoit, fut donnée à François d'Andelot frere de Gaſpar. Le Duc de Vendome marcha pour reprendre Hedin, & fit une ſi grande diligence, qu'en peu de jours le fils du Comte de Roeux qui commandoit dans la place, la rendit par compoſition.

Négligence du Roi Henri II.

Après la levée du ſiege de Mets, l'Empereur demeura le reſte de l'hyver en Flandres. La Cour du Roi Henri paſſoit ſon tems en réjouiſſances, feſtins & tournois, tant pour le bon ſuccès de la campagne, qu'à cauſe du mariage de Diane fille naturelle du Roi, avec Horace Farneſe. Cependant toutes les frontieres du côté de la Picardie étoient dégarnies de troupes ; les places mal munies. Henri ne penſoit qu'à ſes plaiſirs, malgré le voiſinage & la préſence d'un auſſi puiſſant ennemi que l'Empereur. Ce Prince pour effacer la honte de la levée du ſiege de Mets, fit aſſieger à l'entrée du printems la Ville de Terouane. A cette nouvelle le Roi y envoia le ſieur d'Eſſe, qui s'étoit ci-devant diſtingué par ſa valeur & par ſa conduite. Quoique cette Ville fût & la plus importante de cette frontiere, & la plus avancée dans les terres des ennemis, elle étoit très-mal munie. Mais c'étoit le train ordinaire de ce regne, de ne pourvoir aux choſes les plus neceſſaires qu'à l'extremité, & ſouvent lorſqu'il n'étoit plus tems. D'Eſſe partit accompagné de François de Montmorenci, fils du Connetable, & de pluſieurs autres Seigneurs François, menant avec lui

---

In illo autem tractu tunc nullæ pugnatorum copiæ erant ; Mareſcallus enim Santandreanus pugnatorum partem Virdunum duxerat ; altera vero pars cum Nivernenſi Duce Tulli erat. Ambo autem in iſtis locis conſidebant, ut exercitum Cæſareum obſervarent, palantes Cæſareos, & commeatus interciperent. Hedinum oppidum ſtatim captum fuit, caſtellum vero aliquamdiu obſidionem tulit ; ſed cum tormentorum vi pars murorum collapſa eſſet, Præfectus Francorum, pactione facta, caſtellum dedidit. Rhodius iſtic numeroſum præſidium reliquit, & cum comperiſſet Vindocinenſem Ducem movere ut Hedinum recuperaret, receſſit Rhodius & Imperatorem adiit.

Les mêmes. Hoc tempore obiit Annebaldus Maris Præfectus, vir integerrimus & probus, ab omni avaritia & rapacitate alienus : cujus mores cum probe noſſet Rex Franciſcus, teſtamento ſuo centum mille libras ipſi dederat. In ipſius locum Gaſparus Colinius Maris Præfectus creatus eſt, & Franciſcus Andelotus Gaſpari frater peditum omnium Præfecti munere donatus eſt. Dux Vindocinenſis Hedinum movit, & tam celeriter oppidum obſidione cinxit, & tormentis impetiit, ut paucis poſt diebus, Rhodii filius, pactione facta, oppidum dediderit.

Les mêmes. Metarum obſidione ſoluta, Imperator, reliquam hiemem in Flandria tranſegit. In aula vero Henrici Regis, nihil niſi convivia, equeſtres ludos, lætitiæque ſigna videre erat, tum ob fauſtum Metenſis obſidionis exitum, tum ob connubium Dianæ ſpuriæ Henrici filiæ cum Horatio Farneſio. Interea vero præſidia omnia in confiniis Picardiæ pugnatoribus vacua, & omnino neglecta erant ; Henrico ludis unice intento. Nihil illum movebat Imperatoris in Flandriam adventus, & molimina : ut enim ſolutæ Metenſis obſidionis pudorem aliquatenus compenſaret, ineunte vere Taruanam obſideri juſſit. Rex autem Eſſium illò miſit, virum & ſagacitate & fortitudine clarum. Etſi vero urbs illa erat & magni momenti, & hoſtibus prorſus vicina, non munita tamen erat. Hic quippe mos in aula regia erat, ut ne rebus quidem omnino neceſſariis proſpiceretur, niſi cum ad extrema deductæ eſſent. Eſſius profectus eſt cum Franciſco Montmorencio Conſtabularii filio, aliiſque multis nobilibus

cinquante hommes d'armes, & deux cens Chevaux-legers. Il paſſa au travers du camp des ennemis, & ſe rendit dans Terouane. Les Imperiaux battirent furieuſement la Ville pendant pluſieurs jours. Cette nombreuſe attillerie qui tiroit ſans ceſſe, fit de grandes breches. Les ennemis monterent à l'aſſaut. Les Francois ſe défendirent en braves, & les Imperiaux perdirent un grand nombre de leurs gens. Mais le ſieur d'Eſſe y fut tué, ce qui fut une grande perte. Montmorenci prit le commândement. C'étoit un jeune homme ſans expérience, peu propre à conduire une affaire de cette importance : ce qui décourageoit fort la garniſon. Un ſecours de trois cens hommes de pied qui arriva après la mort d'Eſſe, remit un peu les choſes. Les Chefs des Imperiaux qui avoient perdu beaucoup de monde à l'aſſaut donné, firent jouer les mines ſans aucun empêchement du côté des François mal commandez. Ils firent ſauter un grand pan de muraille, qui laiſſa une grande breche. Montmorenci demanda alors à capituler, & ne s'aviſa point d'obtenir treve pour le tems de la capitulation. Tandis qu'il parlementoit, les ennemis entrerent par la breche, paſſerent tout au fil de l'épée, ſans épargner les femmes & les petits enfans. Le maſſacre dura juſqu'à ce que les Eſpagnols ſe ſouvenant du bon traitement qu'ils avoient reçû du Duc de Guiſe & des François à la levée du ſiege de Mets, firent ceſſer la tuerie. Montmorenci & tout ce qui reſtoit de François furent priſonniers de guerre. La Ville de Terouane qui juſqu'à ces tems-là avoit fait beaucoup de peine aux Flamans fut abſolument ruinée ; on n'y laiſſa pierre ſur pierre. Le territoire de cet Evêché fut partagé entre les Evêques de Boulogne & de Saint Omer. 1553.

Terouane pris & razé par l'Empereur.

L'Empereur joieux de la priſe de Terouane, donna le commandement de ſon armée à Philibert Emanuel fils du Duc de Savoie, qui ſe mit en marche pour aſſieger Hedin. Cette Ville avoit été priſe & repriſe peu de tems auparavant, & l'on avoit déliberé à la Cour de France, ſi on devoit la garder ou la détruire. Les plus ſages étoient d'avis de la razer, cette petite place étant de peu de conſéquence, & trop à portée d'être ſouvent aſſiegée par les ennemis ; mais le plus grand nombre l'emporta. Le Roi y envoya pour la défendre Robert de la Mark Maréchal de France, fils de ce brave Maréchal de Florenge, mais qui avoit dégeneré de la valeur de ſon pere & de ſon ayeul. Horace Farneſe & pluſieurs autres Seigneurs le ſuivirent pour ſe ſignaler à la défenſe de

Hedin pris.

Francis cum quinquaginta cataphractis, & ducentis levioris armaturæ equitibus, per caſtra hoſtium tranſiit, & Taruanam ingreſſus eſt. Cæſarei vero diebus plurimis urbem vehementiſſime tormentis impetierunt, parteſque multas murorum dejecerunt. Hoſtis vero per ruinas urbem undique oppugnavit. Franci fortiſſime concertaverunt, & Cæſareorum magna pars cæſa fuit. Verum Eſſius occiſus eſt in magnam præſidiariorum perniciem : Montmorencius enim imperium ſuſcepit, homo juvenis, nec in re bellica expertus, hincque præſidiarii animis concidebant. Trecenti poſtea viri in auxilium miſſi, & in urbem ingreſſi, rem aliquatenus reſtituerunt. Cæſareorum duces, qui in oppugnatione multos ſuorum amiſerant, cuniculis urbem aggreſſi ſunt, nihil impedientibus Francis, qui perito duce carebant ; pars vero magna muri dejecta fuit, & latus hoſti patebat aditus. Tunc Montemorencius pacta deditionis poſtulavit, nec inducias pro tempore pactionis petiit, ut in more erat. Dum autem ambæ partes paciſcerentur, hoſtes per dejectum murum ſunt ingreſſi, obvios omnes gladio peremerunt, nec feminis nec infantibus parcentes. Cædes vero protracta fuit, donec Hiſpani in memoriam revocantes cum quanta humanitate excepti fuiſſent poſt ſolutam Metenſem obſidionem a Guiſio & a Francis, a fundendo ſanguine deſtiterunt, Montemorencius & quotquot Franci ſupererant capti ſunt. Taruana quæ ante Flandris incommodi multum attulerat, ſolo æquata fuit. Epiſcopatûs vero terræ, caſtra & oppida diviſa fuere, pars altera Bononienſi, altera Sancti Audomari Epiſcopo ceſſit.

Lui même.

De Taruana capta lætus Imperator, exercitus ſui ducem conſtituit Philibertum Emanuelem, Sabaudiæ Ducis filium, qui movit ut Hedinum obſideret. Iſtuc oppidum ſæpe captum, amiſſum & recuperatum fuerat ; & in aula regia deliberatum fuerat, ſervandumne, an diruendum eſſet : ſagaciores ſolo æquandum eſſe putabant, utpote hoſti vicinius & ſervatu difficilius ; ſed plures numero ſervandum eſſe cenſerunt. Rex illò miſit Robertum de Marchia Franciæ Mareſcallum, filium illius olim Florengii ſtrenui viri, ſed qui a patris & avi ſui fortitudine bellica multum degeneraverat. Horatius Farneſius, multique alii nobiles viri ipſum ſequuti ſunt, ut hoſtem propulſando,

1553. cette place. Le peu d'expérience de Robert de la Mark, fit qu'il ne penſa point à ſe pourvoir d'Ingenieurs pour réparer les breches & éventer les mines, dont les Imperiaux ſe ſervoient ſouvent. Hedin fut aſſiegé, la plûpart des habitans s'étoient retirez ailleurs avec leurs familles. On jugea à propos d'abandonner la Ville, & de défendre ſeulement la Citadelle. Philibert fit dreſſer des bateries de canons, qui tirerent furieuſement jour & nuit contre les murs, abbattirent les défenſes, firent des breches; les mines jouoient en même tems, & la Mark demanda à capituler. Dans le tems qu'on traitoit, & qu'on étoit même déja convenu des articles de la capitulation, un Prêtre, ſoit par malice, ſoit par hazard, jetta du feu ſur une mine, & elle emporta un grand pan de muraille. Les ennemis prenant de là prétexte qu'on avoit violé la capitulation, firent jouer les autres mines, monterent à l'aſſaut, & prirent de force la Citadelle. Horace Farneſe fut tué, pluſieurs autres Seigneurs périrent par le feu des mines, Robert de la Mark eut beau ſe plaindre au Prince Emmanuel qu'on violoit la capitulation, il fut fait priſonnier avec toute la jeune Nobleſſe qui ſe trouva auprès de lui. L'Empereur fit ruiner & raſer cette citadelle & la Ville, & en fit bâtir une autre ſur la Canche en un lieu plus commode.

Après la priſe d'Hedin, l'armée Imperiale s'avança vers Dourlent pour y mettre le ſiege. Le Vidame de Chartres s'étoit jetté dedans, & le Connetable de Montmorenci aſſembloit une grande armée ſur la Somme. A la nouvelle que les Imperiaux étoient ſi près de lui, il leur dreſſa une embuſcade. Il fit avancer Sanſac avec une troupe de cavalerie legere : après lui venoit le Prince de Condé, qui menoit auſſi la ſienne. Le Maréchal de Saint André qui commandoit cinq cens Gendarmes ſe tenoit caché, & le Connetable n'étoit pas loin de lui avec quatre mille chevaux & vingt Enſeignes d'infanterie. Les avant-coureurs qui précedoient Sanſac rencontrerent les ennemis qui les chargerent & vouloient les envelopper ; Sanſac s'avança pour les dégager, & après un leger combat, il fit ſemblant de s'enfuir pour les attirer. Ils le pourſuivirent, & vinrent juſqu'à l'endroit où Saint André étoit caché, il marcha contre eux, & les arrêta. Le Prince de Condé les prit en flanc. Ils furent ſi vivement attaquez qu'ils prirent la fuite. Il y eut de leur côté huit cens hommes tuez, du nombre deſquels fut le Prince d'Epinoi. Le Duc d'Arſcot

Impériaux défaits à une embuſcade.

---

nomen & famam ſibi parerent. Adeo rei bellicæ inexpertus Robertus de Marchia erat, ut ne cogitaret quidem de machinatoribus ſecum ducendis, qui collapſos muros reſtaurare poſſent, & cuniculos, queis ſæpe Cæſarei utebantur, contrariis cuniculis peſſumdare. Hedinum igitur obſeſſum fuit, oppidanorum magna pars cum familiis aliò ſe receperat. Conſilio habito obſeſſi, deſerto oppido, ſolam arcem defendendam ſervarunt. Tormentorum fulmina ingentia ab obſidentibus immiſſa fuere, & murorum partem dejecere, eodemque tempore cuniculi ruinas augebant, & Robertus de Marchia deditionis pactionem inire voluit. Dum res tractaretur, & cum jam de conditionibus conventum eſſet, quidam Preſbyter, ſeu malo animo, ſeu caſu, in cuniculum quempiam ignem injecit, & incenſo pulvere, pars muri magna dejecta fuit; hinc violatæ pactionis obtentum præ ſe ferentes hoſtes, alios etiam cuniculos incenderunt, arcem oppugnavere ac vi cepere. Horatius Farneſius globi ictu confoſſus cecidit, multi alii nobiles cuniculorum ignibus perierunt. Robertus vero de Marchia fruſtra conqueſtus eſt apud Emmanuelem, quod pactio violaretur, captivus ipſe cum junioribus nobilibus abductus fuit. Imperator vero & arcem illam & oppidum ſolo æquari juſſit, alterumque ad Cancium fluvium in commodiore loco conſtrui curavit.

Poſt captum Hedinum, Imperatoris exercitus Durlancum movit, ut oppidum obſideret. Carnutum Vicedominus ſe in oppidum immiſerat. Montemorencius vero Conſtabularius grandem exercitum ad Somonam colligebat. Ut audivit autem Cæſareos ita vicinos eſſe, inſidias ipſis paravit, Sanſacum miſit cum equitum levioris armaturæ ala. Poſt illum Condæus Princeps alam & ipſe ſuam ducebat. Santandreanus vero Mareſcallus cum cataphractis equitibus quingentis in latebris erat, & Conſtabularius non procul illo equites quatuor mille & peditum viginti ſigna ducebat. Curſores qui Sanſacum præcedebant, in hoſtem inciderunt, qui ipſos cingere conatus eſt. Sanſacus in opem venit, & poſt leviorem pugnam, fugam ſimulavit. Hoſtes illum inſequuti, ad locum pervenerunt ubi Santandreanus latebat. Hic hoſtem aggreſſus, ſiſtere gradum coegit. Condæus vero adveniens Cæſareorum latera impetiit, atque ita fortiter Franci concertavere, ut hoſtes terga darent. Octingentos autem ſuorum cæſos reliquerunt; in iis vero Spinoius Princeps: quingenti cum Arſcho-

Les mêmes.

fut

fut fait priſonnier avec cinq cens Imperiaux. Sept de leurs drapeaux furent pris. 1553.

L'armée de France ſe trouva toute aſſemblée à Corbie le premier de Septembre, lorſque preſque toute la belle ſaiſon étoit paſſée; tant la négligence avoit été grande du côté du Roi & du Connetable. Cette armée des plus nombreuſes qu'on eût vû depuis long-tems, étoit d'environ 50000. hommes de pied, & de 10000. chevaux, en y comprenant l'arriereban, & de cent pieces d'artillerie commandée par Jean d'Etrées. Le Roi ſe mit à la tête, & marcha vers Miraumont, où étoit campée l'armée Imperiale, qui ſe retira. On avoit réſolu d'aſſieger Bapaume: mais ne ſe trouvant ni puits ni fontaines dans toute la campagne des environs, l'armée marcha du côté de Cambrai. Le Roi fit ſommer les Cambreſiens de donner entrée à ſon armée dans leur Ville, & de lui fournir des vivres. Ils répondirent qu'ils fourniroient volontiers des vivres, mais qu'il n'étoit plus en leur puiſſance de lui donner entrée dans la Ville, ſe trouvant bridez par une citadelle qui avoit garniſon Imperiale. Le Connetable approcha de la Ville, & il y eut pluſieurs eſcarmouches; l'armée ravagea la campagne des environs, & fut conduite vers le Queſnoi où étoit l'armée Impériale, qui ſe tint toujours retranchée, ne voulant point hazarder le ſort d'une bataille. Il y eut quelques eſcarmouches avec perte de part & d'autre, après quoi l'armée ſe retira. Le Connetable de Montmorenci tomba fort malade de la grande fatigue, diſoient quelques-uns, d'autres croioient que c'étoit de douleur de voir qu'une ſi grande armée n'avoit rien fait de remarquable. Toute la faute lui en étoit imputée, car le Roi qui lui avoit donné ſa confiance, le laiſſoit tout faire à ſa fantaiſie, & s'il avoit aſſemblé cette armée au printems & dans la belle ſaiſon, Terouane & Hedin n'auroient pas été pris.

Grande armée de France qui ne fait rien.

Pendant que tout ceci ſe paſſoit ſur les frontieres de Picardie, l'Italie étoit en mouvement. L'armée de Piémont étoit commandée par le Maréchal de Briſſac, qui y faiſoit la guerre avec ſuccès. Il avoit établi dans ſes troupes une exacte diſcipline militaire, & avoit mis ſi bon ordre à tout, que le payiſan y labouroit tranquillement ſes terres, & le commerce s'y exerçoit auſſi librement qu'en pleine paix; en ſorte, dit Montluc, que le Piémont étoit alors la plus belle école militaire de l'Europe. Outre cette guerre le Roi Henri mar- 1553.

Diſcipline militaire en Piémont.

Les mêmes.

tio Duce capti ſunt, ſeptemque Cæſarea vexilla capta.

Les mêmes. Exercitus Francicus totus Corbiæ collectus prima Septembris fuit, cum jam maxima & ad bellum opportunior anni tempeſtas effluxiſſet; tanta nempe fuerat & Regis & Conſtabularii negligentia. Exercitus vero, quo numeroſior diu ante vix viſus fuerat, quinquaginta millium peditum erat, & decies mille equitum, annumeratis Nobilibus ad tempus evocatis; ſequebantur centum tormenta bellica, duce Joanne d'Eſtrées. Rex exercitum ducens, Miraumontium movit, ubi Cæſareus exercitus caſtra poſuerat, qui receptui cecinit. Bapalmam obſidere animus erat; ſed cum in agro vicino neque putei, neque fontes eſſent, exercitus Cameracum verſus movit. Rex Cameracenſibus edixit, ut exercitum ſuum intra urbem admitterent, & rem cibariam ſuppeditarent. Reſponderunt illi rem cibariam quidem ſe daturos eſſe; ſed in urbem inducere non poſſe, cum arx in urbe ſtructa Cæſareum præſidium haberet. Conſtabularius proxime urbem venit, plurimæque fuere velitationes; exercitus agros vicinos depopulatus eſt, & Quercetum movit, ubi Cæſareus exercitus caſtra poſuerat, qui aleæ ſortem tentare noluit; aliquot leviores pugnæ fuere, ubi plurimi utrinque cecidere. Poſteaque exercitus Francicus receptui cecinit. Conſtabularius vero in morbum incidit, vel ex laſſitudine, ut quidam dicebant, vel ex dolore quod cum tam grandi exercitu, nihil notatu dignum peractum eſſet. In illum culpa tota rejiciebatur; Rex quippe fidens ipſi, omnia arbitratu ſuo agenda commiſerat, & ſi in verna tempeſtate tantum exercitum collegiſſet, Taruana & Hedinum ab hoſte capta non fuiſſent.

Dum hæc in Picardiæ finibus gererentur, Italia in motu erat. Exercitus Pedemontanus, Briſſaco duce, cum proſpero exitu bellum gerebat. Briſſacus in Francorum copiis accuratam militarem diſciplinam invexerat, ſicque rem compoſuerat, ut ruſticus terram tranquille coleret, & commercium libere, ut pacis tempore, exerceretur, ita ut, inquit Montlucius, hæc ſchola militaris, omnium, quæ in Europa erant, optima haberetur. Præter hoc bellum Henricus, trium

Les mêmes.

1553. chant ſur les traces de ſes trois Prédeceſſeurs, en entreprit une autre à Sienne, qui fut encore ſuivie d'une troiſiéme en l'Iſle de Corſe. Ces guerres tournerent mal pour les François; mais elles durerent peu, & furent d'autant moins préjudiciables. Voici l'origine de celle de Sienne.

Guerre de Sienne. Cette Ville comme quelques autres d'Italie, vivoit en République. Le Duc de Florence, Coſme, qui ſouhaitoit fort de ſe rendre maître de toute la Toſcane, perſuada à l'Empereur d'y envoier des troupes Eſpagnolles, eſpérant que quand l'Empereur s'en ſeroit une fois ſaiſi, il l'obtiendroit facilement de lui pour la joindre avec tout le Siennois à ſon Etat de Florence. L'Empereur y envoia un corps de troupes conduit pas Diego Hurtado de Mendoza, qui y bâtit une Citadelle. Les Siennois voioient cela à contre cœur, dit M. de Thou, & irritez de plus en plus par les mauvais traitemens de Mendoza & des Eſpagnols, ils traiterent ſecretement avec le Cardinal de Tournon & les ſieurs de Thermes & de Lanſac, qui leur promirent l'aſſiſtance du Roi Henri, & concerterent enſemble ſur les moyens de chaſſer les Eſpagnols de leur Ville. Ils les chaſſerent en effet, & prirent la Citadelle par compoſition, la raſerent, & demanderent ſecours au Roi de France, qui donna ordre au ſieur de Thermes de s'y rendre avec des troupes Françoiſes envoiées en ce payis-là. Il les défendit quelque tems contre Garſias de Tolede, qui étoit auprès de Sienne avec un corps de troupes Eſpagnoles & Italiennes.

Guerre de Corſe. Garſias s'étant retiré à Naples, le ſieur de Thermes par ordre du Roi, paſſa avec la meilleure partie de ſes troupes dans l'Iſle de Corſe. Henri qui avoit des prétentions ſur Gennes & ſes dépendances, vouloit ſe ſaiſir de cette Iſle pour favoriſer le paſſage de ſes Vaiſſeaux & de ſes Galeres de Provence en la côte de Toſcane, & empêcher, ou du moins traverſer le tranſport des troupes Imperiales du Milanois à la même côte, dont l'embarquement ſe faiſoit à Gennes. C'étoient ceux que les Gennois avoient banni de l'Iſle de Corſe, dont le principal étoit Ornano, qui avoient inſpiré ce deſſein au Roi. Dragut avec la Flote Ottomane de cinquante Galeres, & vingt-ſept autres Galeres conduites par le Capitaine Paulin, arriverent au même tems. La plûpart des places & petites Villes furent priſes en peu de tems; la Capitale qui étoit Boniface, ſe rendit par compoſition. Mais Dragut, qui s'attendoit à piller la Ville, cher-

---

præcedentium Regum veſtigiis inſiſtens, aliud ſuſcepit nempe Senenſe, ex quo tertium aliud, Corſicum videlicet ſequutum eſt; quæ bella malam in conditionem rem Francicam deduxere; ſed non diuturna fuere, ideoque minus intulere nocumenti. Senenſis initium tale fuit.

Les mêmes. Comment. de Montluc. Senæ civitas, ut pleræque aliæ Italicæ, Reipublicæ formam ſervabat. Coſmus vero Florentiæ Dux, qui Hetruriam totam ſibi ſubigere geſtiebat, Imperatori ſuaſit, ut Hiſpanorum agmina illò mitteret, ea ſpe ductus, ſi Carolus eam ſibi ſubigeret, ſe ab illo Senas & tractum Senenſem facile impetraturum eſſe. Illò Carolus miſit cum pugnatorum agmine Didacum Hurtadum de Mendoza, qui arcem in urbe conſtruxit. Id Senenſibus ſumme diſplicebat, cumque aſpere agerentur a Mendoza & Hiſpanis, indignati, clam cum Cardinali Turnonio, Thermo & Lanſaco, rem egerunt, & cum illis de eliminandis ex urbe ſua Hiſpanis, conſilia miſcuere, pollicentibus Turnonio & aliis auxilia ab Rege Henrico mittenda. Et reipſa Hiſpanos ex urbe ſua Senenſes expulerunt, arcem pactione facta ceperunt, ipſamque ſolo æquaverunt, & ab Rege Franciæ auxilia expetierunt, qui Thermo mandavit, ut illis opem cum Francicis cohortibus ferret. Aliquamdiu autem Garſiæ Toletani, qui cum copiis Hiſpanicis Italiciſque prope Senas erat, conatus propulſavit.

Les mêmes. Garſias Neapolim ſe recepit, tuncque Thermus, jubente Rege, cum majori copiarum parte in Corſicam Inſulam trajecit. Henricus qui Genuam ad ſe pertinere putabat, necnon terras & tractus Genuæ adjunctos, iſtam Inſulam occupare volebat, ut facilior foret trajectus navium, triremiumque ſuarum ex Gallo-provincia ad Tuſciæ oram; ac vel impediretur, vel difficilior redderetur trajectus Cæſarearum copiarum, quæ Mediolano ad eamdem oram mittebantur, quæque Genuæ naves conſcendebant. Id Henrico Regi ſuaſerant profugi ex Corſica Inſula a Genuenſibus exſulare coacti, præcipuuſque exſulum erat Ornanus. Dragutes Ottomanicæ claſſis dux, quæ erat quinquaginta triremium, cui adjunctæ erant viginti ſeptem Francicæ, Paulino duce, exſcenſum in Inſulam fecit; maxima pars oppidorum caſtrorumque capta fuit. Bonifacium, pactis conditionibus, ſeſe dedidit; ſed Dragutes qui oppidum expilare cupiebat,

cha querelle à la garniſon qui ſortoit, pilla & ſaccagea Boniface, & emmena ſes habitans en captivité. Après ſa retraite André Dorie vint en l'Iſle avec un bon corps de troupes, & reprit l'hiver ſuivant la plûpart des places, dont les François s'étoient ſaiſis. 1553.

La mort du Roi Edouard VI. Roi d'Angleterre, attira l'attention de toute l'Europe. Le bruit commun fut, que Jean Dudley Duc de Northumbelland qui gouvernoit alors tout en Angleterre, lui avoit donné un poiſon lent, qui le fit périr peu de mois après qu'il l'eut pris. Lorſque ce jeune Prince fut à l'extremité, le Duc qui avoit ſa confiance le porta à faire un teſtament en faveur des trois filles du Duc de Suffolk, petites filles de Marie ſœur de Henri VIII. Roi d'Angleterre. Il avoit marié l'aînée, nommée Jeanne, à un de ſes fils, & les deux autres à des Seigneurs Anglois. Il repréſenta au jeune Roi, que Marie & Eliſabet filles de Henri VIII. étoient ou bâtardes, ou du moins ſoupçonnées de bâtardiſe; qu'elles étoient élevées dans la Religion Romaine, & cauſeroient par là bien des troubles dans le Roiaume; qu'elles épouſeroient des Princes étrangers, qui ne ſeroient pas apparemment au gré de la Nation, & qu'il obvieroit à tout cela en déclarant ſon heritiere Jeanne qui deſcendoit du Sang Roial d'Angleterre. Edouard fit ce teſtament comme Northumbelland le deſiroit. Il déclara Jeanne heritiere du Roiaume, & ſes deux ſœurs ſucceſſivement, en cas qu'elle vînt à mourir ſans enfans. Edouard mourut, & le Duc fit déclarer ſa belle-fille Jeanne, Reine, & la fit couronner, quoiqu'elle eût grand' peine de conſentir à ſon couronnement. La Princeſſe Marie fille de Henri VIII. ſe retira alors dans un château, d'où elle écrivit de tous côtez. Elle fut reconnuë Reine dans le Payis où elle ſe trouva. Le peuple qui avoit vû à contrecœur le couronnement de Jeanne, ſe tourna pour Marie. Mort d'Edouard Roi d'Angleterre.

Le Duc de Northumbelland leva alors une armée, & ſe rendit à Cambrige. Le parti de la Princeſſe Marie groſſiſſoit tous les jours, & avec tant de rapidité, qu'elle fut déclarée Reine le dixiéme jour après que Jeanne eut été couronnée. Une bonne partie des troupes du Duc l'abandonna. Ceux qui reſterent ſe ſaiſirent de lui, & le livrerent aux gens de la Reine, qui le fit executer à mort avec les principaux de ſon parti. Jeanne ſa belle-fille, qui avoit été couronnée pour ainſi dire malgré elle, alla au ſupplice avec une conſtance qui attendrit Execution du Duc de Northumberbelland. & de ſa belle-fille.

---

jurgia movit præſidiariis exeuntibus, Bonifacium depopulatus eſt, & oppidanos omnes captivos abduxit. Poſtquam autem ille receptum habuerat, Andreas Auria in Inſulam venit cum pugnatorum copiis, & hieme ſequenti maximam oppidorum & caſtrorum, quæ Franci occupaverant, partem recepit.

Les mêmes. Mors Eduardi VI. Angliæ Regis, omnium per Europam animos extulit. Rumor undique pervaſerat Joannem Dudleium Northumbriæ Ducem, qui tunc in Anglia omnia regebat, venenato poculo ut Rex juvenis lente periret effeciſſe. Cum ad extrema autem deveniſſet, Northumbrius apud illum egit, ut teſtamento declararet tres filias Ducis Suffolcii neptes Mariæ ſororis Henrici VIII. in Regnum ſibi ſucceſſuras eſſe. Northumbrius vero primogenitam Joannam filio ſuo connubio junxerat, aliaſque duas primoribus Anglis. Eduardo repræſentaverat ille Mariam & Eliſabetam Henrici Octavi Regis filias, aut ſpurias eſſe, aut ut tales in ſuſpicionem venire; & cum in Religione Romana educatæ fuiſſent, magnas in Regno turbas eſſe moturas, Principes ducturas extraneos, qui Anglicæ nationi non placituri eſſent, iiſque omnibus medelam allaturum eſſe ſi Joannam ex ſanguine Regio Anglicano ortam heredem in Regno declararet. Teſtamentum Eduardus ad Northumbrii votum edidit, Joannam heredem in Regno declaravit, ejuſque ſorores, ſi illa ſine prole decederet. Eduardo mortuo, Northumbrius Joannam nurum ſuam Reginam declarari & coronari curavit, etſi reluctante illa & vix conſentiente. Maria vero Henrici VIII. filia, in Caſtellum quodpiam ſe recepit, unde litteras ad multos per Regnum miſit. In regione autem illa ubi tunc degebat, Regina habita & proclamata fuit, populuſque Anglicus, qui Joannam coronari ægre viderat, ad Mariæ partes tranſiit.

Northumbrius vero exercitum collegit, & Cantabrigiam venit. Ad Mariæ autem partes quotidie multi confluebant, tantoque numero, ut decimo die, poſtquam Joanna coronata fuerat, promulgata Regina Maria fuerit. Magna pars exercitus Northumbrium deſeruit, qui manſerant comprehenſum illum Reginæ Mariæ ſequacibus tradiderunt, qui ipſum cum aliis clientibus ejus capite plecti juſſit. Joanna nurus illius, quæ ægre & reluctando coronata fuerat, capitis damnata, cum tanta conſtantia ſupplicium adiit, *Thuanus. Belcarius.*

1554. tous ceux qui y assisterent. La Reine Marie rétablit en Angleterre la Religion Catholique, & cassa tout ce que son pere avoit fait contre le Pape, ce qui causa de grands murmures. Il n'y eut pourtant alors ni sédition ni révolte; mais ce feu caché sous la cendre excita dans la suite de grands embrasemens.

Mariage de Philippe Prince des Espagnes avec Marie Reine d'Angleterre.

Marie proposa dans le Parlement son mariage avec Philippe, fils de l'Empereur, Prince des Espagnes. Le Parlement y donna les mains, mais à de certaines conditions, suivant lesquelles le Roiaume ne pouvoit jamais tomber sous la puissance des Etrangers. Tous les efforts que le Roi Henri fit pour empêcher ce mariage furent inutiles. L'or de l'Espagne semé par Philippe parmi les Grands & les Senateurs, fut une amorce trop grande pour qu'il manquât son coup. Le Prince Philippe se rendit en Angleterre sur une flote de quatre-vints vaisseaux, accompagnez de vingt vaisseaux Anglois, & d'autant de Flamans. Le mariage fut fait le jour de Saint Jacques. L'Empereur ceda à son fils Philippe le Roiaume de Naples.

Le Cardinal Polus s'entremit avant la campagne de cette année, pour faire la paix entre l'Empereur & le Roi de France, ils n'en paroissoient pas d'abord fort éloignez. *Mais*, dit M. de Thou, *les cœurs étoient trop ulcerez de part & d'autre, pour mettre si-tôt fin à la dissension.* En ce tems-ci mourut Charles Duc de Savoie, dépouillé de presque tous ses Etats. Emanuel-Philibert son fils recouvra tout, cinq ans après la mort de son pere, par le traité de paix fait entre les Rois de France & d'Espagne.

Guerre contre l'Empereur.

Charles & Henri se préparoient à entrer en campagne. Les troupes de France qui devoient marcher en grand nombre furent divisées en trois armées. La premiere fut conduite par le Prince de la Roche sur Yon, la seconde par le Connetable, & la troisiéme par le Duc de Nevers. Le Connetable auquel se joignit le Duc de Vendome, faisant semblant de vouloir assieger Avenes, prit & raza quatre châteaux. Le Duc de Nevers penetra dans les Ardennes, & prit aussi quelques petites places. La Roche sur Yon fit des courses dans l'Artois, desolant les campagnes. Le Maréchal de Saint André détaché de l'armée du Connetable, marcha vers Rocroi, alla investir Mariembourg, & dressa des batteries, ce qui étonna la garnison; les Espagnols tenterent deux fois en vain

---

ut plurimorum lacrymas extorqueret. Maria vero Regina Religionem Romanam in Regnum reduxit, & quæ pater ipsius contra Summum Pontificem indixerat, abrogavit, inde rumores & obmurmurationes; neque tamen tunc vel seditio, vel rebellio fuit; sed sub cinere obvolutus ignis, magna sub hæc excitavit incendia.

In Curia Senatus Maria connubium suum proposuit cum Philippo Imperatoris filio, Hispaniarumque Principe. Assensit quidem Senatus Curia, sed illa conditione, ut Regnum Angliæ nunquam in externorum potestatem cadere posset. Nihil non egit Henricus ut connubium istud disturbaret ac rumperet; sed frustra cessere conatus. Auri Hispanici a Philippo per Primores & Senatores sparsi, nimiæ illecebræ erant, quam ut posset ille a scopo aberrare. Princeps Philippus in Angliam trajecit cum classe navium 80. comitantibus viginti navibus Anglicis, totidemque Flandricis. Nuptiæ celebratæ sunt die S. Jacobi. Imperator Philippo filio Neapolitanum Regnum dedit.

Les mêmes. Cardinalis vero Polus, antequam anni tempestas acies & exercitus admitteret, pacem voluit Imperatorem inter & Regem Henricum conciliare, statimque ambo videbantur ad pacis colloquia inclinare. Verum, inquit Thuanus, *egregia optimi viri voluntas frustra fuit, adeo exulceratis utriusque animis, & tam inveteratis vulneribus nondum coalescere valentibus.* Hoc tempore obiit Carolus Sabaudiæ Dux, ombus pene terris, ditionibusque suis spoliatus. Emmanuel vero Philibertus filius ejus, quinquennio post mortem patris, ex pacis inter Francos & Hispanos conditionibus, omnia recuperavit.

Les mêmes. Carolus & Henricus ad bellum sese apparabant. Francicæ copiæ, quæ grandi numero in aciem processuræ erant, in tres exercitus divisæ fuere. Primum ducturus erat Princeps Rupisurionius; secundum Constabularius; tertium Dux Nivernensis. Constabularius, cujus copiis junctus est Vindocinensis Dux Avennas se obsessum ire simulans, castella quatuor cepit & solo æquavit. Dux vero Nivernensis in Arduennam penetravit, & aliquot castra cepit, Rupisurioniusin Artesiam incursiones fecit, agrosque depopulatus est. Santandreanus ex Constabularii exercitu profectus, Rupem-regiam versus movit, & Mariaburgum obsedit. Tormenta pyria apparavit, & præsidiarios exterruit. Hispani bis auxiliares copias

d'y faire entrer un renfort de troupes. Le Connétable arriva ; on battit la place, & les assiegez ne tinrent que trois jours. La capitulation fut honteuse pour eux ; le Gouverneur & tous les Officiers demeurerent prisonniers de guerre, & les soldats sortirent sans armes. Ce lieu qui s'appelloit Mariembourg, du nom de Marie Reine d'Hongrie qui l'avoit fait orner, & qui y prenoit le plaisir de la chasse, fut depuis appellé Henribourg, jusqu'à ce qu'il revint en la puissance des Espagnols. 1554.

Le Roi vint après cela se mettre à la tête de l'armée avec le Duc de Guise, & quantité de Grands Seigneurs. On résolut alors de fortifier Rocroi, lieu commode pour la communication des places frontieres. La charge en fut donnée à la Lande, & l'on y mit après garnison commandée par le Sieur du Breüil Breton. Cependant le Duc de Nevers s'étendoit toujours vers les Ardennes & la Meuse, & s'étoit saisi d'Hierges & de quelques autres places, en sorte qu'il étoit en état de fournir de grands convois de vivres à l'armée du Roi, qui s'avançant vers la Meuse, prit Argimont, & vint à Givoi, lieu situé sur cette riviere, où les Anglois & les Ecossois, qui servoient dans l'armée de France, s'étant avancez inconsiderément loin du camp, reçûrent un échec assez considerable. L'armée du Duc de Nevers étoit à Givoi, vis-à-vis de l'armée du Roi de l'autre côté de la Meuse. Ce Duc prit un Château du Gouverneur de Namur, où l'on trouva un grand butin & abondance de vivres.

Les deux armées après avoir séjourné six jours à Givoi, s'avancerent séparées l'une de l'autre par la Meuse. Le Duc de Nevers envoia un Heraut à ceux de Dinan leur demander s'ils ne vouloient pas être neutres & ne favoriser ni l'un ni l'autre parti. Ils répondirent brutalement que s'ils tenoient le cœur & le foye du Roi Henri & du Duc de Nevers, ils les feroient volontiers griller pour leur déjeûner. L'armée du Roi qui étoit de l'autre côté de la riviere, assiegea Bouvines ; il n'y avoit point de garnison dans la Ville. Les Habitans eurent la temerité de vouloir soûtenir le siege contre l'armée Roiale : on dressa des batteries & l'on monta bien-tôt à l'assaut. La Ville fut emportée de force ; on fit main-basse sur tout ce qu'on rencontra : une partie des Habitans se jetta dans la Meuse, l'autre alla se refugier dans une tour ; de ceux qui se jetterent dans la Meuse, un grand nombre se noia. Prise de Bouvines.

---

immittere frustra tentarunt. Constabulario adveniente, tormentorum fulmina explosa fuere, ac post triduum præsidiarii deditionem fecere, quæ turpibus conditionibus transacta fuit, Præfectus oppidi & manipularii omnes captivi mansere, & pugnatores alii inermes sunt egressi. Oppidum quod, nomine Mariæ Hungariæ Reginæ, Mariaburgum vocabatur, quæ Regina ipsum ornaverat, & venatûs causa illò veniebat, Henriciburgum appellatum fuit, donec in Hispanorum potestatem reductum fuit.

Les mêmes. Rex postea venit exercitui imperaturus cum Guisiæ Duce, aliisque primoribus aulicis. Tunc deliberatum, decretumque fuit ut Rupes-regia muniretur, quod opportunus locus esset ut ad præsidia Francica liberior aditus foret. Landio strenuo viro hæc cura commissa fuit, & præsidium ibi relictum cum Brolio Armorico Gubernatore. Inter hæc Nivernensis in Arduenna & prope Mosam loca & castra circum occupabat, & Hiergam ceperat, ita ut posset in exercitum regium annonam & commeatus mittere, qui exercitus Agimontium cepit & Givacum venit ad Mosam situm, ubi Angli & Scoti cum longe ab exercitu regio in quo militabant, temere progressi essent, male mulctati sunt, plurimis suorum amissis. Exercitus vero Nivernensis Ducis Givaci erat, è regione exercitus regii ad alteram Mosæ ripam, castellumque cepit ad Namurci Præfectum pertinens, ubi annona copiosa & præda maxima reperta fuit.

Ambo autem exercitus postquam Givaci sex dierum spatio mansérant, moverunt, ita ut a Mosa tantum separarentur. Nivernensis vero preconem Dinantium misit ab oppidanis petens an vellent neutri partium favere. Illi vero superbe, immaniterque respondent, se si cor & jecur Regis Henrici & Nivernensis Ducis tenerent, adustis illis in jentaculum usuros esse. Exercitus regius qui in altera fluminis ora erat Bovinium obsedit, nulli erant in oppido præsidiarii, & oppidani temere obsidionem ferre voluerunt, tormenta statim admota, explosaque fuere, & oppugnatio facta est. Vi captum oppidum fuit, obvii omnes cæsi sunt : oppidanorum pars magna in Mosam se coniecit, alii in turrem confugerunt ; ex iis qui in Mosam se præ-

Les mêmes.

1554. Ceux qui paſſerent à l'autre bord furent ſaiſis par ceux de l'armée du Duc de Nevers, & envoyez au gibet. Après ce premier feu, on traita plus humainement ceux qui s'étoient ſauvez dans la Tour, en conſideration du bon traitement que les Eſpagnols avoient fait aux gens du Roi à la priſe de Terouane.

Priſe de Dinan. Après la priſe de Bouvines, le Duc de Nevers aſſiegea Dinan. L'inſolente réponſe que les Habitans avoient faite, & l'oſtentation de ce peuple orgueilleux, qui ſe vantoit que dix-ſept Rois ou Empereurs avoient tenté inutilement de prendre leur Ville, faiſoient juger qu'ils ſoûtiendroient un long ſiege; mais jamais Ville de guerre ne fut plus promptement priſe. On dreſſa les batteries qui mirent à bas les remparts & les tours. La brêche étant faite, Gaſpard de Coligni monte à l'aſſaut; il eſt d'abord repouſſé, & comme il y revenoit, les Habitans changeant de ton, implorerent la miſericorde du Duc de Nevers, demandant ſeulement leur vie ſauve, & qu'on les garantît du feu. Cela leur fut accordé; le Duc y fit entrer des troupes, pour empêcher qu'on ne fit violence à la Bourgeoiſie. Les Allemans de l'armée du Roi qui virent entrer nos gens, crurent que le pillage de la Ville ſeroit pour eux ſeuls; s'animant donc les uns les autres, ils monterent par la breche, pillerent la Ville, ſans épargner les Egliſes, firent un grand nombre de priſonniers de tout âge & de tout ſexe. Mais le lendemain on publia un Edit, où il étoit ordonné ſur peine de la vie de remettre tous les priſonniers en liberté. La Citadelle ſe rendit d'abord après, à cette condition que la garniſon ſortiroit l'épée au côté ſeulement.

Le Roi marcha avec ſon armée vers le Hainaut, faiſant le dégât par tout. Il paſſa la Sambre, ſans que l'ennemi ſe mît en devoir de l'empêcher, ruinant les Bourgs & les petites Villes, qu'il prenoit ſans reſiſtance, & entre autres Marimont & Bins, deux Maiſons de plaiſance de la Reine Marie pour repreſailles de ce qu'elle avoit fait brûler Folembrai, maiſon de campagne des Rois de France. Il y eut dans cette marche quelques rencontres toûjours à l'avantage des François. L'armée arriva enfin à Renti, dont le Roi entreprit le ſiege dans le deſſein d'attirer l'Empereur à une bataille. Le Conſeil du Roi fut d'avis de faire bien garder un bois, qui occupant une colline, venoit aboutir preſque au

---

cipitaverant, quamplurimi ſubmerſi ſunt; qui ad alteram oram enatavere, a Nivernenſis exercitu ad patibulum miſſi fuere. Poſtea vero humanius actum eſt cum iis qui in turrim confugerant, memores namque Franci quam humaniter ab Hiſpanis Taruanæ excepti fuiſſent, his pepercerunt.

Les mêmes. Poſt captum Bovinium Dux Nivernenſis Dinantium obſedit, temerarium reſponſum oppidanorum, ipſorumque ſuperbia, qua ſeſe jactabant, ſeptemdecim Reges vel Imperatores, oppidum ſuum capere fruſtra tentaviſſe, ſigno eſſe videbantur illos diuturnam obſidionem eſſe laturos; ſed nunquam urbs vel oppidum munitum tam celeriter captum fuit. Tormenta pyria admota, exploſaque fuere, quæ muros turreſque dejecere. Cum per murorum ruinas amplus pateret aditus, Gaſpar Colinius oppugnationem cœpit, ſtatimque depellitur; ſed cum oppugnationem repeteret, oppidani priſtinam deponentes ſuperbiam Nivernenſis Ducis miſericordiam implorant, vitam ſolum & ut ab incendiis abſtineretur petentes. Id conceſſum ipſis fuit. Dux copias in oppidum miſit, quæ ne oppidanis vis inferretur advigilarent. Germani autem qui Regi militabant, id cernentes, prædam ingreſſis tantum attributam fore putavere: quapropter unus alium concitantes per ruinas ingreſſi, ædes etiamque Eccleſias diripiunt, captivos obvios omnes cujuſvis ſexus & ætatis abducunt. Verum inſequenti die promulgatum Edictum fuit, quo ſub capitis pœna jubebatur captivos omnes liberos dimitti. Arx etiam deditionem fecit, illa conditione, ut præſidiarii gladio tantum accincti exirent.

Rex cum exercitu in Hannoniam movit, omnia *Les mêmes.* circum devaſtans. Sabim trajecit, nemine obſiſtente, vicos, caſtra & oppida diruendo, interque alia Mariomontium & Bincium, in queis ſpatiari, oblectandi cauſa ſolebat Maria Hungariæ Regina, idque ut par pari referret Henricus; Maria enim Folembræum domum regiam campeſtrem incendio tradi juſſerat. Iter faciendo Franci ſæpe in hoſtem inciderunt, & in levioribus pugnis proſpero ſemper marte, pugnavêre. Exercitus tandem Rentiacum venit, quod oppidum Rex obſedit, ut Imperatorem ad pugnam concitaret. In Conſilio regio ſtatutum fuit, ut ſilva collem occupans, quæ ad caſtra regia fere pertinge-

camp de notre armée. La charge en fût donnée au Duc de Guiſe, qui avec des troupes choiſies ſe mit en état de bien le défendre. On vit bien-tôt qu'on avoit pris un bon parti ; le premier mouvement que les ennemis firent, fut pour occuper ce bois. Les Eſpagnols vinrent deux fois pour s'en ſaiſir ; mais ils furent vivement repouſſez, & le Duc de Guiſe les ayant attirez à une embuſcade, ils ſe retirerent avec perte. 1554.

Bataille de Kenti, à l'avantage des François.

L'Empereur qui s'étoit poſté avec ſon armée aſſez près du camp des François, ne pouvant ſupporter la honte de laiſſer prendre une de ſes places en ſa preſence, envoia la meilleure partie de ſon armée commandée par Ferdinand Gonzague, & par le Prince Emanuel Philibert ſe ſaiſir du bois, & faire lever le ſiege. Il y vint après cela lui-même pour ſe trouver preſent à l'action. Le Duc de Guiſe avertit le Roi que l'armée de l'Empereur s'avançoit vers la nôtre. Le Roi donna ſes ordres pour mettre l'armée en bataille : Montmorenci qui en qualité de Connétable devoit commander l'avant-garde, n'y vint que fort tard ; il n'arriva que lorſque les ennemis étoient en fuite, ce qui fut peut-être un bonheur pour l'armée ; car le Duc de Guiſe qui ne devoit marcher dans le corps de bataille qu'après le Connétable, ſe trouva ainſi à la tête de l'armée, & y donna ſes ordres fort à propos. Il fit retirer trois cens Arquebuſiers qui étoient dans le bois, en combattant toujours pour venir joindre ſon corps. Gonzague prit cela pour une fuite, & perſuada à l'Empereur de faire avancer ſon armée comme à une victoire aſſûrée. Les Imperiaux s'avancerent, & le Duc de Guiſe détacha d'abord quelque cavalerie legere, conduite par le Duc de Nemours, ſoûtenuë par Tavannes. La cavalerie Impériale de beaucoup plus nombreuſe, donna ſur cette cavalerie legere, qui ſe défendit bien pendant un tems, & fut enfin obligée de ceder au grand nombre. Les Imperiaux qui s'étoient rendus maîtres du bois, voiant cette cavalerie tourner le dos, crurent avoir victoire : mais le Duc de Guiſe après avoir recueilli cette cavalerie legere, la remit en ordre pour donner ſur les Arquebuſiers Allemans à cheval, ordonna à Tavannes de les prendre en flanc, ſe mit à la tête de la Gendarmerie, & fit venir le Duc d'Aumale ſon frere auprès de lui avec ſa cavalerie legere ; après quoi il chargea ſi vivement ce grand corps de cavalerie Allemande, qu'il la renverſa ſur l'infanterie qui ſuivoit, & qui fut miſe en déroute.

---

bat, firmis cuſtodiis muniretur. Hæc cura Duci Guiſio demandata fuit, qui cum delectis cohortibus, cuſtodias apte ordinatas in opportunis locis poſuit. Ex rerum exitu comprobatum eſt, ſagax conſilium fuiſſe ; hoſtis quippe ſilvam occupare ſtatim conatus eſt. Hiſpani bis acceſſere ut in ſylvam penetrarent, ſed vi magna depulſi fuere, cumque Dux Guiſiæ in inſidias illos pellexiſſet, multis ſuorum amiſſis illi receſſerunt.

Les mêmes. Imperator qui ſua prope Francorum caſtra poſuerat, cum ignaviæ ſibi notam inuri putaret, ſi ſe præſente oppidum illud ab hoſte caperetur, majorem exercitus ſui partem miſit, ducibus Ferdinando Gonzaga & Emanuele Philiberto, ut & ſilvam occuparent, & Francos obſidionem ſolvere cogerent ; ipſeque poſtea venit, ut rei tantæ preſens adeſſet. Dux Guiſiæ Regem monuit, quod hoſtilis exercitus ad noſtrum accederet, juſſitque Rex exercitus ordines ad pugnam apparari. Montmorencius, qui utpote Conſtabularius primam aciem ducturus erat, lentius pro more ſuo agens, tardius venit, & jam hoſtibus in fugam verſis exercitum junxit, id quod fortaſſis in rei Francicæ bonum accidit : nam Dux Guiſiæ qui in media acie poſt Conſtabularium pugnaturus erat, abſente illo in prima acie ſtetit, appoſiteque omnia rexit. Trecentos ille ſclopetarios qui in ſylva pugnabant, recedere juſſit ſemper tamen pugnando ut cum copiis jungerentur. Gonzaga receſſum illum fugam eſſe putans, Imperatori ſuaſit, ut exercitum ſuum quaſi ad certam victoriam accedere juberet. Cæſarei itaque moverunt ; Guiſius vero equitum levioris armaturæ agmen miſit, duce Nemoroſio, inſequente cum ſuis Tavanio. Equitatus Cæſareus numero longe ſuperior, hoc agmen eſt adortus, aliquanto tempore fortiter pugnatum eſt ; ſed noſtri tandem cedere compulſi ſunt. Cæſarei qui ſylvam occupaverant, hunc equitatum terga dantem videntes, jam partam ſibi victoriam putavere : at Guiſius cum hos equites in ordinem reduxiſſet, contra ſclopetarios Germanos miſit illos, juſſitque Tavanium latus illorum impetere, & Albæ-malæ Ducem fratrem advocavit cum equitatu levioris armaturæ. Tum vero numeroſiſſimum illud Germanorum equitum agmen tam fortiter impetiit, ut in pedites hoſtium ipſum dejiceret, qui peditatus ſic profligatus eſt.

1554. Vers le même tems le Duc de Nevers avec ſa troupe poſtée du côté de Renti qui regardoit le bois, donna ſur les Arquebuſiers Eſpagnols qui étoient ſortis du bois, ſe confians en leur cavalerie qui les ſoûtenoit ; mais ne pouvant réſiſter à l'effort des François, ils s'enfuirent dans ce même bois. Les François prirent là dix-ſept enſeignes d'Infanterie, cinq étendars de Cavalerie,& quatre canons des ennemis. Ils pourſuivirent les Eſpagnols dans le bois, & prirent quatre autres pieces de canon. Le Prince Emanuel & Gonzague ſe tinrent pendant long-tems cachez dans le bois, & l'on crut dans l'armée Impériale que Gonzague étoit mort ou priſonnier. Montmorenci ne vint avec l'avant-garde que lorſque les ennemis étoient en fuite : on diſoit que s'il fut venu à tems, la victoire auroit été entiere. L'Empereur voiant que les choſes tournoient mal pour lui, battit en retraite. La nuit étant arrivée, les François ſe retirerent ; les Impériaux perdirent là près de deux mille hommes, & les François deux cens cinquante. Le lendemain on continua de battre Renti, & ce même jour les Imperiaux firent de grandes réjouiſſances & des décharges d'artillerie pour la victoire remportée en Italie par le Marquis de Marignan ſur le Maréchal de Strozzi, dont nous parlerons bien-tôt.

pugione, & iis quæ secum auferre possent ; oppidani vero cum auro, argento & suppellectili ; utque carri vel naviculæ ipsis suppeditarentur.

Les mêmes. Theodonis-villa capta, exercitus versus Arlonium movit in Luxemburgensi tractu. Monlucius arte in oppidum ingressus est, captumque illud ac direptum fuit, & cum ignis casu quopiam injectus fuisset, incendio fere totum combustum est, muri & propugnacula solo æquata sunt, locusque desertus fuit. De Luxemburgo etiam obsidendo cogitabatur ; sed cum Nivernensis urbis statum observasset tam probe munitam reperit, ut a consilio desisteretur.

Les mêmes. Thermus Marescallus qui Caleti erat, exercitum collegit quingentorum equitum, & quinquies mille peditum, partim Germanorum, partim Vasconum, & cum viam sibi vi fecisset, ad Fossam-novam, quæ a rusticorum turma defendebatur, versus Dunkercam movit, & ante oppidum per quatriduum fuit : jam sese dedere volebant oppidani, & dum res tractaretur, ingressi nostri oppidum diripuerunt, & oppidanos pessime exceperunt. Marescallus præsidium ibi reliquit, eademque opera Bergas Sancti Vinoci facile cepit, quod oppidum similiter direptum fuit. Cum podagra Thermus laboraret, exercitum reliquit Villabono ducendum. Hic ad Neoportum usque incursiones fecit, omnia diripuit & inhumaniter prædas egit.

Les mêmes. Philippus Rex Egmundanum Comitem misit, ut nostros depelleret, qui negligenter agebant, nec custodiæ securitatique suæ advigilabant, cum hostes proxime essent. Egmundanus celerrime equites ter mille, peditumque duodecim millia collegit, cum innumera pene rusticorum multitudine, qui cum illo incedebant, ut illata sibi mala ulciscerentur. Adveniente Egmundano & exercitu suo, Thermus in exercitum redux, non se parem hosti videns, receptum habere cœpit, suos ad oram maris incedere jussit, & ad ostium fluvii pervenit, quem vado transivit, & post illum hostesque trajecere. Videns autem Marescallus non posse pugnam vitari, suos in aciem ordinavit, aliquot bellica tormenta in hostem explodi jussit. Vascones fortissime pugnavêre, & in primo conflictu videbatur certaminis aleam nostris favere. Egmundani equus occisus est ; sed hostium numero semper crescente, gravius certamen fuit. Vascones tamen semper pugnabant : at Germani

1559. à l'ennemi, au lieu que nos Allemans se tenoient sans rien faire, & témoignoient par leurs gestes qu'ils vouloient se rendre. Dans le tems que les Gascons soutenoient encore l'effort des Espagnols & des Flamans, dix navires Anglois arriverent, & se mirent à foudroyer nos gens, qui allerent alors à vauderoute. Il resta des nôtres quinze cens hommes sur la place, les payisans en tuerent presque autant qui s'enfuyoient. Le Maréchal de Thermes & tous les Chefs furent pris. Les ennemis perdirent dans ce combat cinq cens hommes. Cette perte nous fut très-dommageable ; la paix qui se traitoit fut faite à de plus dures conditions pour nous.

Grande flote d'Anglois & de Flamands.

Au même tems un grande flote de six-vingts vaisseaux tant Anglois que Flamans, vint sur les côtes de la Normandie, & mit l'allarme dans cette Province. La flotte se rabbatit après sur la Bretagne, & alla aborder au Conquet. Les Habitans se défendirent quelque tems, les ennemis mirent sept mille hommes à terre, & alors ceux qui défendoient le Conquet, s'enfuirent. Le Bourg fut pris & pillé par les Anglois, qui entrerent plus avant dans la campagne, saccageant & désolant le payis. Mais le sieur de Kersimont aiant assemblé six mille hommes, vint donner sur les pillards qui prirent la fuite, & furent poursuivis jusqu'à leurs vaisseaux. Il y eut six cens hommes des leurs tuez, & plus de cent prisonniers. Les Bretons s'assemblerent en divers endroits au nombre de plus de trente mille. Cette grande flote voiant qu'il n'y avoit que des coups à gagner, se retira.

Le Duc de Guise vint trouver le Roi à Pierrepont, avec Guillaume fils du Duc de Saxe, qui amenoit deux mille hommes de cheval, la plupart Prussiens, & dix mille hommes de pied, & vint joindre l'armée du Roi. Elle se trouva des plus fortes qu'on eut jamais vûës. L'armée du Roi Philippe n'étoit pas moins nombreuse, & grossissoit tous les jours. Le Roi Henri voiant l'ennemi à portée d'assieger quelques Villes de Picardie, fit renforcer les garnisons de Corbie, & de quelques autres lieux. Tandis qu'on traitoit de la paix, les deux armées demeuroient en presence l'une de l'autre. Il y eut quelques entreprises & quelques courses des nôtres. La principale fut celle du Vidame de Chartres Gouverneur de Calais, qui aiant des intelligences dans Saint Omer, voulut surprendre cette Ville : mais la menée fut découverte, & le coup manqua.

---

nostri stantes, nec pugnam capessentes, sese dedere velle hosti videbantur. Dum adhuc Vascones contra Hispanos & Flandros concertarent, decem Anglicæ naves advenêre, & nostros tormentorum fulminibus impetiêre, nostrique tunc fugam arripuêre. Ex nostris mille quingenti cæsi mansêre, & parem fere numerum rustici trucidavêre. Thermus Marescallus & Tribuni omnes capti sunt. In hac pugna hostes, quingentos suorum amiserunt. Hæc clades nobis damno fuit : pax enim de qua tunc agebatur, pejori nobis conditione concluſa fuit.

Les mêmes. Eodem tempore ingens classis centum viginti navium Anglicarum & Flandrensium ad oram Normanniæ venit, & in totam illam provinciam terrorem intulit. Postea vero versus Britanniam vela dedit, & ad Conquestum Britanniæ portum hostes exscensum fecêre. Oppidani aliquandiu obstiterunt. Hostes vero septem millia virorum emiserunt, tuncque ii qui Conquestum defendebant, aufugerunt, oppidum captum & ab Anglis direptum fuit, qui etiam in agros ulterius pervenerunt, prædas agentes & depopulantes : verum Kersimontius Toparcha, collectis sex virorum millibus, in prædones illos irrupit, qui fugam fecerunt, & ad naves usque suas pulsi sunt. Sexcenti autem cæsi & centum capti fuere. Armorici variis in locis plusquam triginta mille arma sumsere ; cumque classis illa nihil se sine periculo facere posse videret, aliò vela dedit.

Dux Guisius Regem adiit Petropontio agentem, *Les mêmes.* Villelmum Ducis Saxoniæ filium secum habens, qui cum equitibus bis mille, quorum maxima pars Borussi erant, & decem millibus peditibus exercitum regium junctum venit, qui sic numerosissimus erat, nec minorem Philippus Rex collegerat, qui in dies augebatur. Henricus vero cum videret hostem facile posse aliquot ex Picardiæ oppidis obsidere, Corbeiæ & aliorum locorum præsidia augeri jussit. Dum de pace ageretur, exercitus ambo coram stabant. Nostri aliquot expeditiones, incursionesque fecerunt. Præcipua vero fuit cum Vicedominus Carnutum Caleti Præfectus, in Audomari fano quosdam secum consentientes habens, urbem ex improviso capere voluit ; sed re deprehensa frustra cessit conatus.

En ce tems-ci François de Noailles Evêque d'Aqs, qui juſqu'alors avoit manié avec beaucoup d'adreſſe à Veniſe l'affaire de la preſéance du Roi de France ſur le Roi d'Eſpagne, & ſur tous les autres Rois de la Chrétienté, obtint enfin une Déclaration du Sénat, qui portoit que dans leurs aſſemblées & devant leur Doge l'Ambaſſadeur de France précederoit toujours celui d'Eſpagne. Le Roi Philippe mécontent de cette Déclaration, rappella ſon Ambaſſadeur, & n'en envoia de long-tems à Veniſe. 1559.

Les conferences pour la paix s'étoient juſqu'alors tenuës à Liſle: le congrès qui ſe tint depuis dans les formes fut transferé à Cercamp dans le Cambreſis, lieu fort commode pour l'un & l'autre parti. Les Députez du Roi furent le Connétable, le Maréchal de Saint André, Jean de Morvilliers Evêque d'Orleans, & Claude de l'Aubepine. Le Cardinal de Lorraine y vint auſſi depuis à la requête du Connétable, & y eſt nommé le premier dans le traité que nous avons encore aujourd'hui. Pour le Roi Philippe, le Duc d'Albe, le Prince d'Orange, Gomes de Silva, Perrenote Evêque d'Arras. La Reine d'Angleterre & le Duc de Savoie y avoient auſſi les leurs. Pendant que ce congrès ſe faiſoit, les deux Rois d'un commun conſentement envoierent leurs troupes dans des quartiers. Conferences pour la paix.

Une grande difficulté qui ſurvint, lorſqu'on étoit convenu de preſque tous les autres articles, fit differer long-tems la concluſion de la paix: Marie Reine d'Angleterre vouloit à toute force qu'on lui rendît Calais & les Fortereſſes voiſines priſes ſur les Anglois, à quoi les François n'auroient jamais conſenti. Vers le même tems elle tomba malade: le Roi Philippe y envoia le Comte de Feria; Marie fut accablée de douleur tant de la perte de Calais, que de ſe voir negligée par ſon mari. Le mal ſe tourna en hydropiſie: comme ſon ventre s'enfloit, elle ſe crut enceinte & ne fit aucun remede, prenant même ſouvent des alimens contraires à ſon mal. La fievre qui s'y mit, l'envoia bientôt au tombeau. Il n'y eut que ſeize heures d'intervalle entre ſa mort & celle du Cardinal Polus, qui finit auſſi ſes jours en Angleterre.

Après la mort de Marie Reine d'Angleterre, Marie Reine d'Ecoſſe, femme de François Dauphin, ſe porta pour Reine & heritiere d'Angleterre. Les Anglois mirent ſur le Trône Eliſabeth ſœur de la feuë Reine Marie. Philippe voulut perſuader à ſon oncle Ferdinand Empereur de la demander pour un de ſes

---

Hoc tempore Franciſcus Noallius Epiſcopus Aquenſis, qui eatenus dextere admodum jus præcedendi, Regi Francorum debitum, contra Hiſpanorum Regem & alios omnes defenderat, decretum tandem Veneti Senatus impetravit, quo ferebatur in conſeſſibus ſuis ante Ducem habitis, Oratorem Franciæ ſemper ante Oratorem Hiſpaniæ ſeſſurum eſſe. Rex Philippus hanc declarationem ægre ferens, Oratorem ſuum revocavit, nec niſi diu poſtea Oratorem Venetias miſit.

Les mêmes. Congreſſus pro pace qui hactenus ad Inſulam habiti fuerant, ad Cercampum poſtea tranſlati ſunt, qui locus cuique partium percommodus erat. Oratores regii fuere Conſtabularius, Santandreanus Mareſcallus, Joannes Morvillerius Epiſcopus Aurelianenſis, & Claudius Albaſpinæus. Cardinalis etiam Lotharingus adfuit, requirente Conſtabulario, primuſque nominatur in pacto quod hodieque ſervatur. Pro Philippo Rege Dux Albanus, Princeps Arauſicanus, Gomeſius de Sylva, Perrenotus Epiſcopus Attebatenſis. Regina Angliæ & Dux Sabaudiæ ſuos etiam iſtic Oratores habebant. Dum congreſſus haberetur, ambo Reges, uno conſenſu copias in loca ſua miſerunt.

Magna ſuborta difficultas, cum de aliis pene omnibus conventum eſſet, pacis concluſionem differre coegit. Maria Angliæ Regina Caletum ſibi reſtitui volebat, necnon arces & munitiones omnes reliquas a Guiſio captas, cui rei nunquam Franci manus dediſſent. Eodem tempore illa in ægritudinem incidit. Philippus Rex Comitem Feriæ illò miſit. Maria dolore obruta fuit, tum quod Caletum amiſiſſet, tum quod a marito negligeretur; ingraveſcente morbo, in hydropiſin incidit; cum venter inflaretur, ſe gravidam eſſe putavit, neque ullum ſibi remedium inferri ſivit, alimenta ſæpe ſumens morbo ſuo contraria, febri tandem correpta obiit, & poſt ſexdecim horas, Cardinalis etiam Polus in Anglia mortuus eſt.

Poſt Mariæ Angliæ Reginæ mortem, Maria Scotorum Regina, uxor Franciſci Delphini ſe pro Angliæ Regina geſſit, & inſignia Regum Angliæ ſumſit. Angli in ſolium regium evexerunt Eliſabetham Mariæ defunctæ ſororem. Philippus Ferdinando patruo ſuadebat, ut illam pro filiorum aliquo peteret uxorem. Di-

1559. fils. On disoit même qu'il avoit demandé dispense à Rome pour épouser lui-même la sœur de sa premiere femme, & que le Roi Henri qui craignoit avec raison ce mariage, avoit fait agir secretement auprès du Pape, pour le detourner de donner une telle dispense. Mais on assuroit que les Anglois avoient obligé Elisabeth en la faisant Reine, de jurer qu'elle n'épouseroit pas un Prince Etranger.

Guerre de Piémont.

En Piémont les affaires alloient mal : le Roi en avoit rappellé la meilleure partie des troupes pour renforcer sa grande armée ; ce qui restoit n'étoit point payé depuis longtems, & les soldats désertoient en troupes. Brissac ne cessoit d'écrire pour demander de l'argent ; mais comme le Piémont alloit être rendu par le Traité de paix au Duc de Savoie, on ne tenoit aucun compte de ses lettres. Le Duc de Sesse, Lieutenant General pour le Roi Philippe en Piémont, profitant de la conjoncture, alla assieger Cental, & pendant ce siege cinq cens Cavaliers & autant de Fantassins qui étoient partis d'Ast, pour aller joindre l'armée ennemie, furent rencontrez par Gonor de Cossé frere du Maréchal de Brissac & défaits à plate couture. Cental fut pris & razé : le Duc de Sesse prit encore quelques petits Châteaux & fortereresses, & assiegea Montcalvo, qui fut pris dans peu de jours par la negligence des Commandans. Le Duc de Sesse alla ensuite se presenter devant Casal : la Ville avoit une forte garnison ; & les nôtres firent une sortie si furieuse, qu'ils mirent le désordre dans l'armée ennemie, prirent un de leurs étendars, sans presque aucune perte. Le Duc de Sesse voiant la place trop forte, & la saison déja fort avancée, se retira.

Traité avec la Reine Elisabeth.

L'affaire de Calais avoit retardé la conclusion de la paix. Elisabeth couronnée Reine, jugeant qu'il ne seroit ni de son honneur, ni de l'interêt de la Nation Angloise de traiter conjointement avec les Espagnols pour la restitution de Calais, voulut qu'on en conferât à part, & sans qu'ils s'en mêlassent : on convint bien-tôt, à cette condition que le Roi de France jouiroit encore pendant huit ans de Calais, & de tous les lieux des environs ci-devant possedez par les Anglois, & que ce terme étant expiré, le Roi Henri ou rendroit Calais aux Anglois, ou leur payeroit cinq cens mille écus d'or, & qu'il donneroit dèslors au choix de la Reine des ôtages pour la sûreté du Traité. Cette Princesse invitée par les Etats du Roiaume, cassa tous les Actes, Déclarations & Edits de la Reine Marie sa sœur, touchant la Religion, réta-

---

cebant etiam quidam illum dispensationem Summi Pontificis postulavisse, ut sibi sororem uxoris defunctæ ducere liceret, Regemque Henricum, qui jure metuebat ne hoc connubium fieret, secreto apud Summum Pontificem egisse ut ne hoc permitteret ; sed asserebatur Anglos cum Elisabetham Reginam constituêre, sacramentum ab illa exegisse, quod nulli exterorum Principum nuptura esset.

Thuanus, Belcarius, La Popelinière.

In Pedemontio res Francorum collapsæ erant. Rex maximam copiarum partem evocaverat ut exercitui suo jungeret ; quod restabat autem a multo jam tempore stipendiis carebat, militesque turmatim dilabebantur. Brissacus frequentibus literis postulabat pecuniam sibi pro stipendiis mitti. Quia vero Pedemontium totum ex pacto Duci Sabaudiæ mox restituendum erat, nihil literæ impetrabant. Dux Suessanus qui pro Rege Philippo in Pedemontio imperabat, occasionem captans, Centalium obsedit, & dum obsidio pergeret, quingenti equites, & totidem pedites Asta Pompeia profecti, ut hostilem exercitum jungerent, in Gonorium-Cossæum inciderunt Brissaci fratrem, & profligati omnino fuere. Centalium captum & solo æquatum fuit. Dux Suessanus aliquot etiam castra & oppidula cepit, ac Montem-calvum obsedit, qui paucis post diebus per ignaviam Præfectorum captus est, Suessanus postea ante Casalium venit. In urbe præsidium grande erat, ac nostri irruptionem talem fecerunt, ut exercitum hostilem totum turbarent, vexillumque caperent, nullo pene suorum amisso. Dux Suessanus urbem adeo munitam cernens, cum jam hiems appeteret, receptui cecinit.

Les mêmes.

Caleti negotium pacis conclusionem distulerat. Elisabetha postquam Regina coronata fuit, non sibi honori, neque Anglis e re esse fore videns, si conjunctim cum Hispanis de restitutione ageret, seorsim ea de re congredi voluit, citoque ambæ partes rem terminavêre, illa conditione, ut Rex Francorum per octo annos sequentes Caletum & circumvicina castra servaret, quibus elapsis, Rex Henricus aut Caletum redderet, aut ipsis quingenta millia scutorum numeraret, ac pro pacti firmitate Rex obsides Reginæ daret, quales illa deligeret. Hæc porro Regina, concitantibus Regni Ordinibus, omnes Actus, Declarationes & Edicta Mariæ sororis circa Religionem abro-

blit

blit ceux du Roi Edouard. Il fut ordonné qu'on ne reconnoîtroit plus le Pape : elle reprit le nom de Chef de l'Egliſe Anglicane qu'avoient uſurpé ſon pere & ſon frere. On abolit le culte des Images : la Reine ſeule garda un Crucifix dans ſa Chapelle : on fit dans la Religion tous les autres changemens qui ſubſiſtent aujourd'hui en Angleterre. 1559.

Paix avec le Roi d'Eſpagne.

La principale difficulté étant levée, les deux Rois convinrent facilement ſur les autres points. Le Roi abandonna Sienne au Duc Coſme, à condition qu'on ne rechercheroit point les Siennois ſur le paſſé, & qu'on leur reſtitueroit leurs biens. Il y eût quelque débat ſur le Piémont, dont le Roi prétendoit qu'une partie lui appartenoit, & l'on convint qu'en attendant que l'affaire ſe terminât à l'amiable, le Roi garderoit Turin, Quiers, Chivas & Ville-neuve d'Aſt. La convention entre les deux Rois fut plus aiſée : Henri rendoit à Philippe, Thionville, Mariambourg, Damvilliers, Ivoi & Montmedi ; & Philippe remettoit à Henri, Saint Quentin, le Catelet, Ham & le territoire de Terouane, enſorte pourtant qu'il ne pourroit fortifier la Ville, & que pour faire une eſpece de compenſation, le Roi Henri raſeroit les murs d'Ivoi, avant que de le rendre, & qu'il ne ſeroit plus permis de les rebâtir, & qu'Henri remettroit encore à Philippe Valence dans le Milanois.

Mariage du Roi d'Eſpagne avec Eliſabeth de France.

Pour rendre la paix plus ſtable, on conclut le mariage d'Eliſabeth fille aînée d'Henri, qui n'avoit qu'onze ans, avec le Roi Philippe. La dot aſſignée fut de quatre cens mille écus. Marguerite ſœur du Roi Henri fut donnée à Philibert Emanuel Duc de Savoie avec trois cens mille écus de dot, & le revenu annuel du Berri. Un autre mariage fut fait dans le même tems de Claude ſeconde fille du Roi avec Charles Duc de Lorraine, qui avoit été élevé dans la Cour de France. Les nôces en furent celebrées à Paris avec beaucoup de pompe & de magnificence. Il y eut à la Diete d'Auſbourg, où Bourdillon & l'Archevêque de Vienne avoient été envoiez par le Roi Henri, quelques difficultez touchant Mets, Toul & Verdun. Quelques Princes vouloient que le Roi reſtituât ces Villes ; mais d'autres Princes Alemans parlerent pour le Roi, ce qui fit qu'on n'inſiſta pas beaucoup.

Bien des gens furent mécontens de cette paix, & ſur-tout les Guiſes : ils diſoient que c'étoit une honte au Roi de rendre cent & tant de Places, Villes

---

gavit, quæ ab Eduardo data fuerant, reſtituit. Mandatum fuit ut non ultra Papæ Romano obtemperaretur ; ut Eccleſiæ Anglicanæ caput Regina diceretur, quod nomen & pater & frater ſuus uſurpaverant. Imaginum cultus abolitus eſt : Regina Crucifixum tantum in Capella ſua ſervavit, & in Religionem aliæ omnes mutationes invectæ ſunt, quæ hodieque in Anglia viſuntur.

Les mêmes. Cum maxima illa difficultas ſublata eſſet, ambo Reges de cæteris facile convenerunt. Rex Senas Duci Coſmo poſſidendas reliquit, illa conditione ut in Senenſes nulla perquiſitio fieret, utque bona ſua ipſis reſtituerentur. Circa Pedemontium quædam diſſenſio ſuborta eſt, cujus partem Rex ad ſe pertinere contendebat ; ſed conventum tandem ut Rex Auguſtam Taurinorum, Clerium, Clavaſium & Villamnovam in Aſtenſi agro retineret, donec lis amice componeretur. Inter ambos autem facilius res terminata fuit : Henricus Philippo reſtituebat Mariaburgum, Danvillarium, Ivodium, ac Montemmedium. Philippus Henrico reddebat Sanctum Quintinum, Caſtelletum, Hamum & Taruanenſem agrum, ita tamen ut Taruana reſtaurari non poſſet ; utque aliqua compenſatio fieret, cautum eſt ut Rex Ivodii muros, antequam redderet, ſolo æquaret, nec Philippus dirutos reſtaurare poſſet, ut etiam Henricus Valentiam in Mediolanenſi tractu Philippo redderet.

Ut firmior pax evaderet, connubium Eliſabethæ grandioris natu Henrici filiæ undecennis cum Philippo Rege ſtatutum fuit, cui dos aſſignatur 400000. aureorum. Margarita Regis ſoror Philiberto Emanueli Sabaudiæ Duci uxor datur cum dote 300000. aureorum, & Bituricenſis tractûs uſufructu. Connubium aliud tunc actum fuit Claudiæ ſecundæ Regis filiæ cum Carolo Lotharingiæ Duce, qui in aula regia Francica educatus fuerat. Nuptiæ celebratæ ſunt Lutetiæ cum magnificentia & pompa maxima. In Dieta autem Auguſtæ Vindelicorum celebrata ad quam ab Henrico miſſi fuerant Bordillonius & Archiepiſcopus Viennenſis, aliquid difficultatis fuit. Quidam Principes Germani volebant Metas, Tullum & Virdunum Imperio reſtitui ; ſed cum alii Principes pro Rege ſtarent, non diu diſceptatum fuit.

Multi pacem hujuſmodi non probavêre, maximeque Guiſius & frater ejus. Pudor eſt, inquiebant, Regem, plus quam centum urbes, oppida, vel mu-

1559. ou Fortereſſes pour trois ou quatre que Philippe lui reſtituoit : mais ce grand nombre de places que le Roi rendoit étoient preſque toutes dans le Piémont, dans le Siennois & dans l'Iſle de Corſe. Et bien loin que ce fût un déſavantage pour la France d'abandonner ainſi l'Italie, c'étoit un grand bonheur pour elle de rappeller toutes ſes troupes, & de réünir ſes forces. Tous les malheurs arrivez pendant quatre Regnes avoient été cauſez par ces ruineuſes guerres d'Italie ; & ſi les troupes qui y étoient les plus aguerries de France, & les meilleurs Capitaines, comme les Ducs de Guiſe, d'Aumale, les Maréchaux de Briſſac, de Thermes, de Strozzi, Montluc & tant d'autres, avoient été ſur nos frontieres de Picardie, la guerre contre le Roi Philippe auroit ſans doute mieux tourné. Bien loin donc que cette paix lui fût déſavantageuſe, elle lui étoit très-favorable ; elle étendoit ſes limites en retenant Mets, Toul, Verdun & Calais, Villes qu'elle a toujours gardées depuis ; car Calais qui fut ſurpris du tems d'Henri IV. fut rendu bien-tôt après : & elle devenoit plus forte contre ſes voiſins, en rappellant pour toujours ſes troupes de l'Italie ; que ſi elle ne profita pas d'abord de ces avantages, les guerres civiles qui durerent près de quarante ans, en furent la cauſe.

Le nombre des Lutheriens & des Calviniſtes s'étoit ſi fort multiplié en France, que dans les Cours de Juſtice & dans la Cour même du Roi pluſieurs avoient embraſſé ces nouvelles opinions. Le Roi prévoiant les conſequences fâcheuſes de cette innovation dans le Chriſtianiſme ; bien inſtruit des guerres & des malheurs qu'elle avoit cauſé, & cauſoit encore dans l'Allemagne, & animé d'ailleurs par le Cardinal de Lorraine, fit un Edit au commencement de Juin 1559. par lequel il ordonnoit de condamner à mort tous ceux qui ſeroient convaincus de Lutheraniſme. Il fit mettre à la Baſtille Anne du Bourg, Louis du Faur, Antoine Fumée, Euſtache de la Porte, & Paul de Foix, tous Conſeillers. Du Ferrier, Nicole du Val & Claude Viole devoient auſſi y être mis ; mais ils eurent l'adreſſe de ſe bien cacher. Cette affaire eſt rapportée fort au long par M. de Thou, la Popeliniere, & dans les Memoires de Caſtelnau.

Edit contre les nouveaux Religionnaires.

Les Princes Proteſtans d'Alemagne, les Electeurs de Saxe, de Brandebourg, le Palatin du Rhin, & quelques autres envoierent des Députez au Roi pour lui

---

nitiones reſtituere, & tria vel quatuor tantum a Philippo accipere. Sed illè tantus urbium oppidorumque numerus fere totus in Pedemontio, in Senenſi agro & in Corſica inſula erat ; & nedum in Franciæ damnum cederet, quod Italia relicta, noſtri in patriam reverterentur : id beneficii loco habendum erat, quod Franciæ copiæ omnes intra Regni limites revocarentur, ut vis unita fortior eſſet. Nam ſi copiæ illæ quæ in Italia erant, in bello magis exercitatæ, ſi duces bellicæ rei peritiores, Guiſius, Aumalius, Briſſacus, Thermus, Strozzius, Monlucius & tot alii, in Francicis confiniis fuiſſent, melius haud dubie ceſſurum erat bellum contra Regem Philippum. Tantum abeſt igitur ut pax iſthæc in Franciæ damnum ceſſerit, ut etiam opportuna ipſi, utiliſque fuerit ; limites quippe ſuos extendebat, dum Metæ, Tullum, Virdunum & Caletum ſibi accedebant, quas urbes poſtea ſemper ſervavit ; nam etſi Caletum ſub Henrico IV. captum eſt, cito reſtitutum fuit ; ſic illa contra vicinos potentior evadebat, revocatis ex Italia copiis ſuis. Si autem inde partam utilitatem non ſtatim ſenſerit, id domeſticis bellis quæ per quadraginta fere annos protracta ſunt, tribuendum.

Lutheranorum & Calviniſtarum numerus uſque adeo in Gallia accreverat, ut in Senatorum Curiis, atque etiam in aula regia, multi novis illis opinionibus infecti eſſent. Rex vero proſpiciens quantum damni ex hujuſmodi in Chriſtianiſmo immutationibus emerſurum eſſet, ac videns quanta mala in Germaniam intuliſſent, inferrentque in dies ; concitante etiam Lotharingo Cardinali, initio Junii anni 1559. Edictum promulgavit, quo præcipiebat, ut quotquot Lutheraniſmum profiteri deprehenderentur, interficerentur. In Baſtiliam conjici juſſit Annam Burgum, Ludovicum Fabrum, Antonium Fumeum, Euſtachium Portam & Paulum Foxium, qui omnes ex Senatorum numero erant. Ferrerius autem, Nicolaus Valla, & Claudius Viola, in Baſtiliam quoque conjiciendi, arte ſe ſubduxerunt, quæ res pluribus a Thuano, Popelinatio & in Memoriis Caſtrinovani narrantur. *Les mêmes.*

Principes Proteſtantes Germaniæ, Electores Saxoniæ, Brandeburgi, Palatinus Rheni & aliquot alii, Oratores ad Regem miſerunt, qui ipſum deprecaren- *Les mêmes.*

faire des remontrances en faveur de ſes Sujets, qui étoient de même religion qu'eux. Le Roi les reçut fort humainement, & de maniere qu'il ſembloit s'adoucir à l'égard de ces Religionnaires ; mais à peine ces Députez furent-ils ſortis du Roiaume, qu'il continua de faire faire le procès aux priſonniers ; mais l'étrange accident qui ſurvint, ſuſpendit pour un tems ces pourſuites. 1559.

Le Roi Henri II. bleſſé à mort dans un tournoi.

Le Duc d'Albe accompagné du Prince d'Orange & du Comte d'Egmond, vint à Paris pour celebrer les nôces du Roi Philippe avec Eliſabeth de France. La céremonie ſe fit dans l'Egliſe de Notre-Dame le pénultiéme de Juin. Le Roi y amena ſa fille, & le Duc d'Albe y aſſiſta comme Procureur du Roi Philippe ſon maître. Le Duc de Savoie s'y trouva auſſi. On fit toutes les réjouiſſances accoûtumées. Le Roi avoit ordonné un Tournoi dans la ruë Saint Antoine auprès de la Baſtille, où il rompit quelques lances avec ſon adreſſe & ſa vigueur ordinaire. Lorſque tout étoit fini, le Roi voulut encore rompre une lance contre le Comte de Montgommeri qui s'en défendit d'abord ; mais il fut obligé de ceder à ſes ordres. Ils coururent l'un contre l'autre d'une ſi grande roideur, que la lance de Montgommeri s'étant rompuë, le tronçon qu'il tenoit à la main, entra dans l'œil du Roi ſi avant, qu'il tomba de cheval, perdit la connoiſſance & la parole, & demeura en cet état juſqu'à la mort. Quelques-uns ont dit que comme on l'emportoit, il vit la Baſtille, & penſant à ceux qui y étoient enfermez, il dit qu'il craignoit d'en avoir trop fait pour cauſe de religion. Mais les autres Hiſtoriens diſent qu'il ne parla plus après qu'il eût reçû le coup, & la Popeliniere qui favoriſe par tout les Religionnaires, raconte la choſe comme eux, & ne dit point qu'il ait parlé depuis le coup reçû. Les Medecins, tant ceux de Paris, que ceux que lui envoia de Bruxelles le Roi Philippe ſon gendre, n'y purent trouver aucun remede. Il avoit été bleſſé le 29. Juin, & mourut le 10. Juillet dans la quarante-uniéme année de ſon âge, après avoir regné douze ans, trois mois & dix jours.

Préſages de cette mort.

Le Duc de Savoie, à qui les conditions de la paix étoient fort avantageuſes, craignant que la mort prochaine du Roi n'y apportât quelque changement, ſe hâta de ſe marier avec Marguerite ſa ſœur. Les nôces furent faites ſans pompe le neuviéme Juillet. On aſſûre qu'un devin qui fit ſon horoſcope, prédit qu'il ſeroit tué en ſe battant en duel, que l'horoſcope fut preſenté au Roi, qui n'en

---

Les mêmes. tur pro ſubditis ipſius, qui eamdem quam ipſi Principes religionem profiterentur. Illos Rex perhumaniter excepit, ita ut erga ſectarios illos ſtatim mitius affectus videretur ; ſed ubi primum Oratores illi profecti fuere, reorum perquiſitionem continuari juſſit ; ſed horrendo caſu res aliud in tempus miſſa fuit.

Les mêmes. Dux Albanus, cum Principe Arauſicano & Egmundano Comite, Lutetiam venerunt, ut Philippi Regis cum Eliſabetha Franciæ nuptias celebrarent. In Eccleſia Beatæ Mariæ nuptiæ peractæ ſunt. Rex filiam ſuam duxit, & Dux Albanus Regis Philippi Procurator ibi comparuit, adfuit quoque Dux Sabaudiæ. Quidquid oblectamenti in tanta celebritate intervenire ſolet adhibitum fuit. Rex juſſerat ludicram equeſtrem pugnam haberi in Vico Sancti Antonii prope Baſtiliam, ubi ipſe Henricus cum ſolita dexteritate lanceas aliquot rupit. Cum jam finita pugna eſſet, Rex voluit cum Montgommerio Comite lanceam adhuc rumpere. Abnuebat Mongommerius ; ſed jubente Rege, ambo fortiter concurrerunt. Mongommerii fracta lancea fuit, & infelici caſu aperta Regis caſſide, truncus in oculum ipſius intravit, & uſque adeo penetravit, ut Rex caderet, amiſſo & mentis & loquelæ uſu, & eo in ſtatu ad mortem uſque manſit. Narravêre quidam Regem dum exportaretur, Baſtiliam vidiſſe, & de iis qui juſſu ipſius ibi incluſi fuerant cogitantem, ſe timere dixiſſe, ne nimium ſæviiſſet ; ſed alii narrant ipſum, hoc ictu percuſſum, non ultra loquutum fuiſſe : & Popelinarius qui ſectariis ubique favet, eodem modo idipſum refert, nec loquutum fuiſſe dicit. Medici, nec Pariſini, nec ii qui a Philippo Rege Bruxellis miſſi fuerant, aliquid remedii excogitare potuerunt. Vulnus acceperat die vigeſimo nono Junii, obiitque decima die Julii, quadrageſimum primum annum emetiens, cum regnaſſet annos duodecim, menſes tres, dies decem.

Dux Sabaudiæ, cui pacis conditiones opportunæ erant, veritus ne Regis obitus mox futurus, aliquid mutationis inferret, nuptias cum Margarita Regis ſorore acceleravit, & ſine pompa ipſam duxit nono Julii die. Affirmatur porro vatem quempiam horoſcopium ejus feciſſe, prædixiſſeque illum in duello quodam moriturum eſſe, horoſcopiumque Regi obla-

1559. fit que rire & toute la Cour auſſi. En effet il n'y a point d'hiſtoire qui nous fourniſſe un fait pareil à celui-ci : Un Roi tué en jouſtant contre un de ſes ſujets. Pluſieurss eurent un preſſentiment de cette mort : ce que Montluc rapporte là-deſſus dans ſes Commentaires, merite d'être remarqué. Il étoit alors en Guienne, & la nuit qui précedoit le jour du tournoi, il eut ce ſonge. » A mon premier » ſommeil, dit-il, je ſongeai que je voiois le Roi aſſis ſur une chaire, aiant le » viſage couvert de goutes de ſang, & me ſembloit que ce fut tout ainſi que » l'on peint Jeſus-Chriſt quand les Juifs lui mirent la couronne, & qu'il tenoit » ſes mains jointes. Je lui regardois, ce me ſembloit, ſa face, & ne pouvois » découvrir ſon mal, ni voir autre choſe que ſang au viſage. J'oiois, comme » il me ſembloit les uns dire ; il eſt mort ; les autres, il ne l'eſt pas encore. Je » voiois les Medecins & Chirurgiens entrer & ſortir dedans la chambre : & cui-» de que mon ſonge me dura longuement ; car à mon reveil je trouvai une choſe » que je n'avois jamais penſée ; c'eſt qu'un homme puiſſe pleurer en ſongeant ; » car je me trouvai la face toute en larmes, & mes yeux qui en rendoient tou-» jours ; & falloit que je les laiſſaſſe faire : car je ne me peus garder de pleurer » longuement après. Ma feuë femme me penſoit reconforter : mais jamais je » ne peus prendre autre réſolution, ſinon de ſa mort. » Il apprit quatre jours après, qu'il étoit bleſſé, & qu'on eſperoit peu de ſa vie.

Mezerai dit auſſi avoir appris de gens de qualité, qui l'avoient oüi raconter à Charles Duc de Lorraine gendre du Roi, que la nuit qui préceda le tournoi, une Dame logée près de la Baſtille, avoit vû en ſonge, qu'il avoit été bleſſé & abbatu par terre d'un coup de lance dans l'œil, & que l'éclat en avoit rejailli dans l'oreille du Dauphin, qui en avoit été renverſé mort auprès de ſon pere ; ce qui marquoit que le Dauphin François ne lui ſurvivroit pas long-tems. La maladie dont il mourut commença par l'oreille.

Son caractere & ſes mœurs

Henri II. fut Prince fort doux, clement, de facile abord, *& du meilleur & plus ſimple naturel que le Roiaume eût jamais eû*, dit la Popeliniere. Les Huguenots même contre leſquels il avoit allumé tant de feux dans le Roiaume, en conviennent, & attribuent ces executions à ceux qui le gouvernoient, & ſur-tout au Cardinal de Lorraine : mais le Roi y étoit aſſez porté de lui-même. Il voioit les grands maux & les déſaſtres que la nouvelle Religion avoit cauſez en Ale-

---

tum fuiſſe ; qui rem cum riſu excepit, arridentibus etiam aulicis. Et vere nuſquam in hiſtoria comperias Regem cum ſubdito quodam ludicre pugnantem cæſum fuiſſe. Quidam mortem ejus præſenſerunt ; quod autem Monlucius in Commentariis ſuis refert annotandum videtur. Erat ille tunc in Aquitania, & nocte illa quæ ludicram pugnam præcedebat, viſum ille dormiens habuit. » In primo ſomno, inquit, vide-» bam Regem in ſella ſedentem, vultu ſtillis ſangui-» nis conſperſo, qualem Jeſum-Chriſtum depingunt, » quando Judæi ipſi coronam impoſuerunt, manus » junctas tenenti. Vultum conſiderabam, nec quo » afficeretur malo deprehendere poteram, neque » aliud videre, quam ſanguinem in vultu ſparſum. » Alios mihi videbar audire dicentes, Mortuus eſt ; » alios, Nondum obiit ; medicos & chirurgos in cubi-» culum ingredientes, & inde egredientes videbam, » putoque ſomnium longi temporis fuiſſe. Expergefac-» tus enim rem expertus ſum, quam nunquam putave-» ram ; quod nempe vir quiſpiam poſſit ſomniando » in fletus erumpere : faciem quippe totam lacrymis » opertam reperi, & oculi plorantes diu, etiam me » obſiſtente, lacrymas emiſerunt. Uxor me conſolari » conabatur ; ſed non potui aliud credere, quam » quod Rex mortuus eſſet. » Poſt quatriduum autem comperit Regem vulneratum fuiſſe, parumque de ejus vita ſperari.

Mezeræus etiam narrat ſe a primoribus quibuſdam edidiciſſe, qui rem a Carolo Duce Lotharingiæ Regis genero acceperant ; nocte videlicet ludicram pugnam præcedente, nobilem quamdam feminam, cujus ædes prope Baſtiliam erant, Regem in ſomnio vidiſſe ictu lanceæ in oculo vulneratum in terram incidiſſe, atque truncum in aurem Delphini reflexum fuiſſe, qui prope patrem mortuus dejectus fuerat ; quo ſignificabatur Delphinum non diu patri ſuperſtitem futurum : morbo autem hic obiit, qui ab aure incœperat.

Henricus II. Princeps mitis, clemens, aditu facilis, *cujus melior & candidior indoles erat, quam uſpiam in Regno viſa fuiſſet*, inquit Popelinarius. Calviniſtæ ipſi, adverſus quos tot ignes ille in Regno accenderat, clementem fuiſſe non inficiantur ; ſed tot illata ſupplicia adſcribunt iis qui Regem ad votum moderabantur, maximeque Cardinali Lotharingo : verum Rex ſuopte motu ad id inclinabat. Videbat quippe quot mala, quot calamitates nova Religio in Ger-

magne. Le nombre de ces Religionnaires augmentoit tous les jours en France. Pluſieurs Seigneurs & Dames de ſa Cour & des Officiers de ſon armée, s'étoient mis dans ce parti; ce qui ſembloit préſager quelque grande révolution dans l'Etat, qui arriva peu de tems après ſa mort. Il crut donc qu'il falloit emploier les remedes les plus violens pour arrêter ce grand mal; mais il empira toujours à un tel point, qu'il mit le Roiaume à deux doigts de ſa perte.

Après Diane qui poſſeda toujours l'eſprit & le cœur du Roi, les Guiſes, ſur-tout le Cardinal, le Connétable de Montmorenci, & le Maréchal de Saint André, étoient ſes plus grands favoris; mais la perte de la bataille de Saint Quentin penſa entierement diſgracier ces deux derniers, à ce que dit Brantôme, homme de qualité, bien informé de ce qui s'étoit paſſé dans la Cour du Roi Henri. Après qu'ils eurent été pris à cette bataille, dit-il, il ne les regretta point, & s'ils étoient échappez ſans être pris, j'ai oui dire qu'il leur auroit fait mauvais parti. Il ne ſe ſoucioit gueres de les voir priſonniers; juſqu'à ce que Meſſieurs de Guiſe ſe donnant de grands airs à cauſe de la faveur où ils étoient, *& ſe montrans un peu inſolens*, & le Roi voulant ſe défaire d'eux, *il rappella Monſieur le Connétable & Saint André, c'eſt-à-dire, qu'il leur manda de moienner une paix: ce qu'ils firent à notre déſavantage, & pour le ſeur Meſſieurs de Guiſe s'en alloient chez eux.* Peut-être prévoioit-il comme le Roi François ſon pere, que ces Guiſes ſeroient un jour formidables à la Maiſon Roiale de France.

---

maniam importaviſſet. Hæreticorum numerus creſcebat in dies per Regnum Francorum; ex primoribus plerique utriuſque ſexûs, in exercitu quidam duces & Præfecti has ſectabantur partes, unde portendi videbatur magna in ſtatu rerum everſio, quæ revera poſt ejus obitum ſubſequuta eſt. Putabat ergo violentis utendum eſſe remediis, ut tantum exſtingueretur incendium; ſed malum manavit in dies latius, eoque devenit ut in extremam fere perniciem Regnum decuteret.

Poſt Dianam, quæ Regis cor & animum imperio ſuo ſubegerat, Guiſii, maximeque Cardinalis, Conſtabularius & Santandreanus apud illum gratia multum valebant. Verum Sanquintiniana clades poſtremos hoſce duos a Regis gratia pene decuſſit, inquit Brantomius, vir claro genere, qui ea quæ in Henrici Regis aula gerebantur, apprime noverat. Poſtquam illi, inquit, in pugna capti fuerant, non doluit, inquit, & ſi liberi ex pugna elapſi fuiſſent, peſſime certe excipiendi erant. Captivos ille nihil curabat, donec Guiſii altos ſpiritus ſumentes, ob favorem & gratiam quam obtinebant, *etiam inſolentiæ & arrogantiæ ſigna dederunt*. Tunc enim Rex illos eliminare cupiens, *Conſtabularium & Santandreanum revocavit; id eſt, præcepit ipſis ut faciendæ paci ſtuderent, quam ipſi non ita commodam nobis fecerunt, certiſſimumque eſt tunc Guiſios ad ſua loca remittendos fuiſſe.* Fortaſſis prævidebat Henricus perinde atque pater ſuus, Guiſios domui Regiæ Francicæ aliquando formidoloſos fore.

MONUMENS DU REGNE D'HENRI II.

PL. VIII. NOus donnons ici la Planche où eſt repreſenté Henri II. au lit de la mort, tirée d'une eſtampe en bois faite dans le même tems. Henri eſt couché dans ſon lit au Palais des Tournelles, comme porte l'inſcription de la Planche. Auprès de ſon chevet eſt le Cardinal de Lorraine qui étend les mains déplorant le malheur qui vient d'arriver; un peu plus loin eſt la Reine Catherine en pleurs joignant les mains. Plus en arriere entre les deux eſt le Connétable de Montmorenci, le chapeau ſur la tête; tout cela eſt marqué au bas de l'ancienne eſtampe, où il n'eſt rien dit de ceux qui ſuivent. Mais je crois qu'il ne faut point douter que le jeune Prince qui eſt preſque au pied du lit du même côté, ne ſoit François Dauphin. Les trois Princeſſes qu'on voit un peu en arriere ſont apparemment Marguerite ſœur du Roi, qui épouſa alors Philibert Duc de Savoie, Elizabeth ſa fille qui fut Reine d'Eſpagne, & Claude ſon autre fille qui fut Ducheſſe de Lorraine. Je ne ſçai qui eſt celui qui eſt près du chevet de l'autre côté en robe longue; l'autre, qui tient une phiole à la main, eſt un Medecin. Les trois qui ſont autour de la table chargée de pots, de phioles, & d'inſtrumens de Chirurgie, ſont auſſi Medecins ou Chirurgiens. Deux qui arrivent & font la reverence, ſont apparemment deux Medecins envoyez de Flandre par le Roi d'Eſpagne. Les derniers du même côté qui tiennent des hallebardes, ſont appellez dans la premiere eſtampe Gardes de la Chambre du Roi. Plus haut, & comme dans un lointain à l'extrêmité de la planche, on voit des gens qui courent à cheval. L'anciennne eſtampe met ici cette note: *Poſtes courans & des Medecins & Chirurgiens bien experts, envoyez de Flandre par le Roi d'Eſpagne.*

PL. IX. 1. La premiere figure d'Henri II. peint en buſte, eſt tirée de ſon portrait original & du tems, [1] du cabinet de Monſieur de Gagnieres. Son bonnet eſt de la forme ordinaire de ſon tems, le reſte ſe remarque à l'œil. [2] L'autre portrait original tiré du même endroit, le repreſente debout avec toute ſa taille; ſa culote 2.

MONUMENTA REGNI HENRICI II.

HIc Tabulam proferimus Henricum II. in lecto decumbentem, & lethali vulnere ſaucium, referentem, ex tabula delineata lignea ipſo tempore facta deſumtam. Henricus decumbit in ædibus regiis Turricularum, ut inſcriptio vetus indicat. Prope cervical ejus eſt Cardinalis Lotharingus, extenſis manibus, tam infelicem caſum deplorans. Paulum ulterius eſt Catharina Regina lacrymans, junctis manibus. Inter ambos, ſed retro poſitus eſt Montmorancius Conſtabularius, petaſum capite geſtans. Sic in tabula veteri notatur. Sequentium vero nomina non comparent, ſed non dubito quin junior Princeps, qui in eodem latere extremam fere partem occupat, ſit Franciſcus Delphinus. Tres feminæ Principes juniores, quæ paulum a tergo viſuntur, videntur eſſe Margaritam Regis ſororem, quæ Philiberto Emanueli Duci Sabaudiæ nupſit, Eliſabetham Regis filiam Hiſpaniæ Reginam, & Claudiam item Regis filiam, quæ Lotharingiæ Duci nupſit. Neſcio quis ſit ille alius qui in alio latere prope cervical Regis adſtat, oblonga veſte. Alius, qui phialam tenet, medicus eſt. Tres alii qui circa menſam ſunt, vaſis, phialis & inſtrumentis Chirurgicis onuſtam, etiam Medici, vel Chirurgi ſunt: qui advenientes reverenter ſalutant, ſunt fortaſſe Medici ex Flandria a Rege Hiſpaniæ miſſi. Eodem ex latere qui poſtremi ſunt, quique haſtas tenent, in veteri tabula vocantur Cuſtodes cubiculi regii. In ſuperna & extrema tabulæ parte, equites procul apparent currentes. Inſcriptio veteris tabulæ, qui ſint illi edocet: *Veredarii*, inquit, *Medici & Chirurgi ex Flandria a Rege Hiſpaniæ miſſi.*

Primum Henrici II. ſchema protomen ejus exhibet ex tabula depicta ſui temporis deſumtam, quæ in Muſeo D. de Gagneriis erat. Pileus ejus formam illo tempore uſurpatam refert. Cætera oculis obſervanda relinquuntur. Aliud ejuſdem ſchema, eodem ex loco exſumtum, eumdem cum ſtatura tota repræſen-

LE ROI HENRI II.

2





La Reine Catherine de Medicis

3




4



T. V. 1.

LE ROI HENRI II. BLESSÉ A MORT,
representé dans son lit.



fort large & même gonflée, ne deſcend que juſqu'à demi-cuiſſe. C'étoit la mode de ces tems là. L'eſcarcele qui pend à ſa ceinture étoit en uſage avant le ſiecle de Saint Louis, & le fut encore aſſez long-tems après la mort d'Henri III. Les deux 3 portraits ſuivans de Catherine de Medicis 4 Reine de France, & femme d'Henri II. ſont tirez du même cabinet. Cette grande piece d'étoffe qui s'éleve ſur ſes épaules, ſe voit de même dans les autres portraits que j'ai vûs de cette Princeſſe. 3. 4.

La planche ſuivante tirée du même cabinet, repreſente la reception d'un Chevalier de l'Ordre de S. Michel, par le Roi Henri II. Au bas du deſſein on ne lit que ces mots: *Reception d'un Chevalier de Saint Michel dans la ſainte Chapelle de Vincennes, par le Roi Henri II. pris ſur une miniature qui eſt à la tête des Statuts.* L'habit du Roi & des Chevaliers aſſis à ſes côtez eſt blanc, & le collier eſt rouge. Les armoiries qui ſont au bas ſont apparemment du Chevalier reçû. PL. X.

La premiere figure qui ſuit eſt de Marguerite de France, troiſiéme & derniere fille de François I. née en 1523. elle eſt repreſentée ici comme elle étoit avant ſon mariage, tirée d'un original fait par Corneille Peintre de ces tems. Le tableau qui étoit dans le cabinet de M. de Gagnieres, a paſſé depuis en d'autres mains. Elle porte ici un bonnet tel que celui du Roi ſon frere. Après qu'il eut été bleſſé au tournoi de la ruë Saint Antoine, un jour avant ſa mort, elle épouſa Philibert-Emanuel Duc de Savoye, & mourut en 1574. Elle étoit repreſentée au même cabinet dans deux autres tableaux en Ducheſſe de Savoie. 2 Dans le premier elle tient un écureüil de la main droite & ſes gands de la gauche, & porte une petite couronne; dans le ſecond 3 elle eſt coëffée differemment. Dans l'un & dans l'autre elle eſt en vertugadin, mais moins large que celui d'autres Princeſſes de ſon tems, & que les paniers d'aujourd'hui. PL. XI. 1. 2. 3

Eliſabeth de France fille d'Henri II. ſe voit en cette forme dans un tableau du même cabinet de M. de Gagnieres, d'où ſont auſſi tirées les figures des Princes & Princeſſes repreſentez dans cette planche. 1 Elle fut ainſi peinte avant ſon mariage. On la voit ici de bout careſſant un petit chien ſur une table. Elle fut mariée l'an 1559. à Philippe II. Roi d'Eſpagne. La figure ſuivante la montre 2 vétuë en Reine couronnée & habillée à l'Eſpagnole. Elle mourut à Madrid PL. XII. double. 1. 2.

---

tat. Femoralia ejus lata & inflata, ad medium femur deſcendunt, iſtius ævi more, marſupium & zona pendens, jam ante S. Ludovici ævum in uſu erant, atque etiam diu poſt ætatem Henrici III. adhibitum fuit. Duæ ſequentes imagines Catharinam Mediceam Franciæ Reginam & Henrici II. uxorem exhibentes, ex eodem Muſeo eductæ ſunt. Pannus ille qui ſupra humeros extollitur, in cæteris, quæ vidi, iſtius ſchematibus conſpicitur.

Tabula ſequens ex eodem Muſeo educta Equitis Ordinis S. Michaelis creationem ab Henrico II. factam exhibet: in ima tabula hæc leguntur: *Inſtitutio cujuſdam Equitis Ordinis S. Michaelis in ſacra Capella Vincennarum ab Henrico II. facta, deſumta ex tabula minio depicta, quæ in ſtatutorum Ordinis frontiſpicio habetur.* Veſtis Regis & Equitum alba eſt, & collare rubrum. Inſignia in imo poſita, Equitis qui recipitur eſſe videntur.

Primum ſchema tabulæ ſequentis eſt Margaritæ tertiæ & poſtremæ filiæ Franciſci I. quæ anno 1523. nata eſt. Hic qualis erat antequam nuberet exhibetur ex tabula depicta a Cornelio Pictore, quæ in Muſeo Gagneriano olim viſebatur, & jam alias in manus tranſiit. Pileum illa geſtat pileo fratris ſui Henrici Regis ſimile. Poſtquam ille in vico S. Antonii in ludicra pugna vulneratus fuerat, pridie quam ipſe obiret. Philiberto Emanueli Sabaudiæ Duci Margarita nupſit, & mortua eſt anno 1574. In eodem muſeo bis depicta illa erat, ut Sabaudiæ Duciſſa. In prima tabula ſcurium manu dextera tenet, & ſiniſtra chirothecas. In altera vero ornatum capitis alium habet. In utraque veſtem inferne latam & inflatam habet; ſed longe minus, quam ſui ævi Principes feminæ geſtabant, & quam hodiernus uſus exhibet.

Eliſabetha Henrici filia hac forma viſebatur in tabula depicta ejuſdem Muſei, unde etiam educta ſunt cætera ſchemata Principum utriuſque ſexus, quæ in hac tabula conſpiciuntur. Etiam antequam nuberet, depicta fuit qualis hic viſitur, catellum in menſa poſitum blandiens. Anno 1559. Philippo II. Hiſpaniarum Regi nupſit. Schema ſequens illam Reginam exhibet coronatam, Hiſpanica ornatam veſte.

l'an 1568. & fut fort regrettée des Eſpagnols, qui la regardoient comme une des plus vertueuſes Princeſſes.

3. Celle qui ſuit eſt ſa ſœur [3] Claude de France mariée à Charles II. Duc de Lorraine en 1558. Elle mourut en 1575. ſon habit eſt rouge dans le tableau original.

4. Jean de Bourbon [4] Comte de Soiſſons & d'Anguien, fils de Charles Duc de
5. Vendôme, & frere d'Antoine depuis Roi de Navarre, fut tué en combattant vaillamment à la bataille de Saint Quentin en 1557. Sa ſœur [5] Marguerite de Bourbon qui vient après, née en 1516. épouſa en 1538. François de Cleves Duc de Nevers, & mourut l'an 1589.

6. La derniere eſt [6] Diane legitimée de France, Ducheſſe d'Angoulême, fille naturelle d'Henry II. Elle épouſa en premieres noces Horace Farneſe Duc de Caſtro, qui fut tué à Hedin en 1554. & depuis François de Montmorenci, Maréchal de France. Elle mourut ſans poſterité l'an 1619.

Madriti autem obiit anno 1568. nec ſine Hiſpanorum mœrore, qui illam ut virtute fulgentem in honore habebant.

Quæ ſequitur, ſoror illius eſt Claudia nempe, quæ anno 1558. Carolo II. Lotharingiæ Duci nupſit. Mortua eſt anno 1575. Veſtis ejus in tabula depicta rubra eſt.

Joannes Borbonius Comes Sueſſionenſis & Anguianus, filius Caroli Vindocinenſis Ducis, & frater Antonii, qui poſtea Rex Navarræ fuit, fortiter pugnans interfectus eſt in Sanquintiniana clade anno 1557. Margarita Borbonia ſoror ejus quæ ſequitur 1516. nata anno 1538. nupſit Franciſco Clivienſi Nivernenſi Duci, & obiit anno 1589.

Poſtrema exhibetur Diana Henrici II. ſpuria filia, ſed in legitimorum ſortem deducta. Primo nupſit Horatio Farneſio Caſtrenſi Duci, qui Hedini interfectus eſt anno 1554. & poſtea connubio juncta eſt Franciſco Montmorancio Franciæ Mareſcallo: ſine poſteris obiit anno 1619.

1
MARGUERITE DE FRANCE
avant son Mariage



2
MARGUERITE DE FRANCE
Duchesse de Savoie



3
la même



X. Pl. du Tom. V. pag. 64.

RECEPTION D'VN CHEVALIER DE L'ORDRE DE SAINT MICHEL
par Henry II.



T. V. K.

1
Elisabet fille d'Henry II.



2
la même
Reine d'Espagne.



3
Claude de France
Duchesse de Lorraine.



4
Jean de Bourbon Duc d'Anguien.



5
Marguerite de Bourbon Duchesse
de Nevers.



6
Diane de France
Duchesse d'Angoulême.



FRANÇOIS II.

tinus oravit. Initio Reginæ matris & Guiſiorum pro exſtinguenda ſeditione curam laudibus extulit ; ſed addidit illius cauſam ſublatam non fuiſſe, imo malum in dies latius manare, illorum negligentia qui medelam afferre deberent. Epiſcopos autem vehementer inſectatus eſt, qui nonniſi augendæ rei familiari advigilarent, luxum deliciaſque ſectarentur ; ita ut uno tempore quadraginta eorum Lutetiæ verſantes viſi fuerint, otio & voluptati tantum operam dantes, dum Parochi cæterique Eccleſiaſtici ipſorum exemplum ſequerentur, nec mirandum eſſe ſi & nobiles & populi, qui vix Religionem noſſent, a novæ doctrinæ Concionatoribus in errorem facile inducerentur. Tum ad Regem converſus, hortatus illum eſt ut exemplo aliis eſſet, Scripturam Sacram ſibi quotidie explicari curaret, & in aula regia ſæpe verbum Dei prædicari, moxque Catharinam alloquens, monuit illam, ut profanarum & impudicarum cantilenarum loco, quæ perpetuo in ejus cubiculis audiebantur, Pſalmos & Hymnos vulgari lingua cantari juberet, indeque ſignificabat ſe non illos probare, qui illam Hugonotorum conſuetudinem carperent. Perorando autem dixit ut malis præſentibus occurreretur neceſſarium eſſe Concilium generale, & ſi a Summo Pontifice impetrari non poſſet, nationale Concilium eſſe cogendum, ac tormentorum ſuppliciorumque finem faciendum eſſe, quæ novorum Sectatorum numerum in dies augebant, nedum minuerent.

Tam vehemens & audax oratio objurgatione non caruiſſet, niſi Carolus Marillacus Archiepiſcopus Viennenſis, qui poſt illum oravit vehementiore modo aulæ regiæ vitia & Regni præſentem adminiſtrationem perſtrinxiſſet. Tacite autem Guiſios pupugit, & orationem clauſit dicendo, rem tanti eſſe momenti, ut Regni Ordines omnes pro tantis negotiis convocandi eſſent.

In tertio conſeſſu Colinius libellos ſupplices quos Regi in gratiam Proteſtantium obtulerat, in medium reduxit, dixitque, ſe poſſe 50000. virorum iis ſubſcribentium nomina in medium afferre. Inſtitit ut Religionis ſuæ liberum exercitium & templa ipſis concederentur. Regi quoque auctor erat, ut novam illam ſclopetariorum turmam pro cuſtodia ſua advectam amandaret, quod ſigno eſſet ipſum ſubditis

marquoit qu'il ſe méfioit de ſes bons ſujets. Il finit en diſant qu'une aſſemblée des Etats lui ſembloit neceſſaire. Le Duc de Guiſe qui parla enſuite refuta ce que l'Amiral venoit de dire, & fut auſſi pour l'aſſemblée des Etats Generaux. Le Cardinal de Lorraine fit un diſcours fort éloquent ſur les libelles qu'on avoit fait courir contre lui & contre ſon frere, ſur le danger qu'il y avoit de donner aux Religionnaires la liberté de conſcience & des Temples. Il conclut enfin comme les autres qu'il falloit aſſembler les Etats Generaux pour déliberer ſur le Concile, ou General ſi l'on pouvoit l'obtenir du Pape, ou Nationnal ſi le general étoit differé trop long-tems. La reſolution en fut priſe, & à la derniere ſéance qui fut à la fin d'Août, le Roi ordonna par un Edit que les Etats s'aſſembleroient à Meaux le 10. Decembre. 1560.

Les Etats ſont indiquez.

Le Roi de Navarre & le Prince de Condé, qui, comme nous avons dit, s'étoient tenus en Gaſcogne pendant le tems de l'aſſemblée de Fontainebleau, avoient des correſpondances par tout le Royaume. Un nommé la Sague, qui avoit autrefois porté les armes dans le Piedmont, étoit leur Commiſſionnaire, & leur apportoit des lettres de differens endroits. Ce la Sague vint à Fontainebleau, où il trouva un nommé Bonval avec lequel il avoit ſervi dans le Piémont. Ils renouvellerent connoiſſance, & la Sague lui découvrit imprudemment qu'il étoit au ſervice du Roi de Navarre, & lui fit confidence de tout ce qu'il ſavoit des deſſeins des deux freres, de leurs allures & de leurs correſpondances. Bonval alla tout découvrir au Maréchal de Briſſac qui l'amena au Duc de Guiſe à qui il raconta tout. La Sague venoit de partir pour la Gaſcogne, on fit courir après lui, & on le prit à Etampes. Il fut amené aux Guiſes, & l'on ſaiſit toutes les lettres qu'il portoit. Les Guiſes eſperoient d'y en trouver des Montmorencis qui leur donneroient lieu de les mettre mal dans l'eſprit du Roi; mais ils n'y trouverent que des lettres de compliment. Il y en avoit une du Vidame de Chartres, écrite en termes ambigus & à double entente. Ils l'interpreterent à leur maniere, & le firent mettre à la Baſtille. Ils confronterent la Sague avec Bonval; & comme ils ſe contrediſoient ſouvent, ils voulurent mettre la Sague à la queſtion. Mais ſans attendre la torture il confeſſa tout ce qu'il ſavoit des deſſeins, des intrigues ſecrettes du Roi de Navarre & du Prince de Condé.

La Sague Commiſſionaire du Roi de Navarre ſaiſi.

En ce même tems les Religionnaires firent une entrepriſe ſur Lion, dont la

---

ſuis minime fidere, clauſitque dicendo, Ordines Regni omnes convocare neceſſarium ſibi videre. Dux Guiſiæ qui poſtea loquutus eſt ea quæ Colinius dixerat, confutavit. Cardinalis vero Lotharingus elegantem orationem habuit contra libellos famoſos qui contra ſe & contra fratrem ſuum Ducem ſparſi fuerant, periculumque magnum fore dixit, ſi Hugonotis libertas conſcientiæ & templa concederentur, clauſitque ut alii, Regni Ordines congregandos eſſe dicens, ut de Concilio vel generali vel nationali deliberaretur. In ultimo igitur conſeſſu, Auguſto menſe vertente, de congregandis Regni Ordinibus, Edictum a Rege prodiit, loco indicto, Meldis ſcilicet ad diem decimam Decembris.

Les mêmes. Rex Navarræ & Princeps Condæus, qui ut diximus, in Vaſconia erant, dum Conventus ad Fontembellaqueum haberetur, per totum Regnum cum multis occulta conſilia habebant: quidam vero Saga nomine, qui olim in Pedemontio arma geſtaverat, ipſis nunciii munere fungebatur, & multis ex locis literas ipſis afferebat. Saga Fontembellaqueum venit, ubi quemdam Bonvallium nomine, quicum in Pedemontio meruerat, reperit, tunc priſca renovata conſuetudine, Saga imprudenter Bonvallio omnia aperit, ſe Regis Navarræ domeſticum dicit, ſibique nota omnia de fratrum conſiliis, necnon de iis per regnum, qui cum ipſis conſentirent, Bonvallio declaravit. Bonvallius omnia Briſſaco Mareſcallo revelavit, qui ipſum Guiſio adduxit, cui res tota expoſita fuit. Saga jam profectus erat ut Vaſconiam peteret. Poſt illum miſſi qui comprehenderent Stampis illum cepere. Guiſiis ille adductus fuit, epiſtolæ omnes ac literæ quas geſtabat, captæ lectæque fuerunt. Sperabant Guiſii ſe Montmoranciorum literas reperturos quæ poſſent illos Regi ſuſpectos reddere; ſed ſalutationis tantum & urbanitatis notas invenerunt. Quædam tamen epiſtola occurrit Vicedomini Carnutenſis, quæ ambiguis verbis obſcuriſque conſtabat, quam ipſi quo peſſimo poterant modo interpretati, in Baſtiliam ipſum conjici curavêre. Ante Bonvallium Saga adducitur. Saga Bonvallio ſæpe contradicit. Tormentis Saga ſubjiciendus erat. Tunc vero ille omnia confeſſus eſt, Principum amborum conſilia, artes, res ſuſceptas.

Eodem tempore novæ religionis Sectatores Lugdu- *Les mêmes.* num ex improviſo ſibi ſubigere tentavêre; idque

1560. nouvelle vint à la Cour quatre jours après que la Sague eût été arrêté. Maligni le jeune, homme du Roi de Navarre, qui s'enfuit après la conjuration d'Amboiſe, s'étoit retiré en Provence, où il ramaſſa des gens. Il avoit des intelligences dans Lion, s'y rendit lui-même, y fit venir des gens armez, & conduiſit l'affaire avec beaucoup de ſecret & de dexterité. D'un autre côté le Connétable de Montmorenci ſollicitoit vivement le Roi de Navarre de venir à la Cour, & lui recommandoit ſur tout d'empêcher que les gens de ſon parti ne s'emparaſſent de quelque Ville, parce que cela gâteroit ſes affaires. Le Navarrois informé que Maligni avoit quelque deſſein ſur Lion, lui envoia ordre de ſe deſiſter de cette entrepriſe. Maligni ceſſa pour un tems, & ne penſoit plus à executer ce deſſein. Mais une nuit, comme il faiſoit tranſporter des armes dans une maiſon, l'Abbé d'Achon qui commandoit dans la Ville en la place de ſon oncle le Maréchal de Saint André, averti de la choſe, y envoya trois cens Arquebuſiers qui inveſtirent la maiſon. Il n'y avoit dedans que trente hommes armez qui ſe défendirent; Maligni qui logeoit auprès y accourut, ſe jetta dans la maiſon, chargea les Arquebuſiers, les mit en fuite, & avec ſoixante hommes qu'il menoit, il ſe ſaiſit du pont de la Sône, enſorte qu'il étoit maître de toute la grande partie de la Ville qui eſt entre le Rhône & la Sône. Maligni envoia avertir ceux de ſon parti qui logeoient en differens endroits de la Ville; & ſi tous étoient venus, elle étoit infailliblement priſe: mais comme ils ne s'attendoient point à cette allarme, perſonne ne vint. Maligni ſongea alors à ſe retirer, & d'Achon qui ne vouloit point engager un nouveau combat dans la Ville, lui fit ouvrir les portes. Le Maréchal de Saint André qui y vint après, fit executer quantité de ces conjurez. M. de Thou dit qu'il enveloppa l'innocent avec le coupable, pour profiter de la dépoüille de quelques riches Bourgeois.

Entrepriſe ſur Lion.

Il y avoit de grands mouvemens en pluſieurs endroits du Royaume qui ſembloient préſager quelque guerre civile; ce qui fit que la Reine Mere jugea à propos de quitter Fontainebleau, lieu tout ouvert, pour ſe rendre avec la Cour, à Saint Germain en Laye. Sollicitée par les Guiſes, elle ſouhaitoit que le Roi de Navarre & le Prince de Condé vinſſent à la Cour ſans aucune compagnie de gens armez. Le Roi y envoia le Comte de Cruſſol pour porter les deux

---

quatriduo poſtquam Saga captus fuerat, in aula regia nunciatum eſt. Malinius junior Regi Navarræ addictus, qui poſt Amboſianam conjurationem aufugerat, in Provinciam venerat, ibique armatos viros collegerat. Lugduni quidam erant qui pari cum illo conſenſu rem gerebant. In urbem ille ſe contulit, armatos advocavit, ac rem ſecreto dextereque geſſit. Interea vero Conſtabularius Regem Navarræ urgebat, ut in aulam regiam veniret, monebatque imprimis, ut impediret, quominus quiſpiam ex ſibi addictis viris, urbem aliquam invaderet, vel occuparet; hinc enim futurum ut negotia omnia peſſum irent. Navarræus vero gnarus Malinium Lugdunum invadere in animo habere, ut id conſilii deponeret per nuncium ipſi mandavit. Malinius deſtitit, neque ultra id tentare cogitabat: verum nocte quadam cum arma in domum aliquam transferri curaret, Achonius Abbas Santandreani ſororis filius, qui illius loco in urbe imperabat, re comperta, trecentos ſclopetarios miſit, qui domum cinxêre, ubi triginta ſolum ſclopetarii erant, qui tamen illos propulſavêre. Malinius qui prope ſedes habebat, accurrit, in domum ingreſſus, ſclopetarios adortus eſt, & cum 60. viris, qui ſecum erant, ipſos in fugam vertit. Tum Araris pontem occupavit, ita ut magnam illam urbis partem teneret, quæ inter Rhodanum & Ararim ſita eſt. Malinius rem nunciari curavit iis per urbem, qui factionis ſuæ erant, & ſi omnes veniſſent, urbs haud dubie capta fuiſſet; ſed quia inexſpectata omnino res erat, nemo venit. Tunc Malinius receptum habere cogitavit. Achonius autem qui novam in urbe pugnam committi nolebat, portas ipſi aperiri juſſit. Mareſcallus vero Santandreanus qui poſtea venit, multos ex conjuratis ad ſupplicium miſit. Thuanus vero dicit ipſum innoxios cum noxiis miſcuiſſe, ut aliquot opulentorum civium bona invaderet.

In multis Regni locis magni motus ſuboriebantur, quæ bellum civile prævertere videbantur: ideo Regina mater Fomtenbellaqueum locum apertum undique reliquit, ut ad Sanctum Germanum in Laia, cum tota regia aula ſe conferret. Inſtantibus Guiſiis cupiebat Franciſcus Rex, ut Navarræus & Condæus in aulam regiam venirent, nullis ſtipati pugnatoribus. Rex igitur Cruſſolium Comitem miſit, qui illis

Les mêmes

freres

freres à s'y rendre, en leur donnant ſa foi & ſa parole qu'aucun mal ne leur arriveroit. Cependant les recherches que l'on faiſoit tous les jours pour découvrir les allures du Prince de Condé, ſembloient marquer toute autre choſe. Pour engager les deux Princes à venir, on y envoia leur frere le Cardinal de Bourbon, qui ſe laiſſa trop facilement perſuader qu'on n'en vouloit nullement à leurs perſonnes. Vers ce même tems, le Vidame de Chartres fort malade à la Baſtille, obtint la liberté de ſe retirer en ſa maiſon qui n'en étoit pas éloignée, & il y mourut peu de jours après épuiſé, tant par l'ennui d'une priſon, que par les débauches de ſa jeuneſſe. 1560.

Mouvemens en Dauphiné.

En Dauphiné le nombre des Calviniſtes augmentoit extraordinairement, & ſur tout à Valence où ils occupoient preſque toute la Ville, & à Montelimar où les nouveaux Predicateurs avoient fait un grand progrès. Un Moine nommé Tempête, ſans quitter ſon habit, prêchoit la nouvelle Doctrine: la petite Ville de Romans étoit auſſi pleine d'Huguenots. Ils avoient déja pris les armes. Le Duc de Guiſe Gouverneur de Dauphiné, y envoia Maugiron homme fort adroit & ruſé, qui ramaſſa des gens, & les fit couler vers Valence. Il y alla enſuite, & parla aux habitans amiablement, leur perſuada de metttre bas les armes, & de renvoier les gens armez qu'ils avoient fait venir de dehors pour les défendre. Quand ils furent partis, il ſe ſaiſit de la Ville, la pilla, & rançonna pluſieurs Bourgeois: il ſurprit de même Montelimar & Romans. Monbrun, qui à la tête d'une troupe de Religionnaires s'étoit ſaiſi de pluſieurs places du Comté de Venaiſſin, en fut auſſi chaſſé & obligé de s'enfuir en Suiſſe. Il y eut encore des mouvemens en Provence & en Bretagne. C'étoient comme des préludes d'une cruelle guerre civile.

Le Roi de Navarre & le Prince de Condé vont à la Cour.

Cependant le Roi de Navarre & le Prince de Condé, trompez par leur frere le Cardinal de Bourbon, qui s'étoit lui-même laiſſé tromper, ſe diſpoſoient à venir à la Cour malgré les avis qu'ils recevoient de differens endroits, de ne point aller ſe jetter inconſiderément entre les mains de leurs ennemis, ou d'y aller ſi bien armez qu'ils fuſſent hors d'inſulte. Charles de Marillac Archevêque de Vienne, qui connoiſſoit mieux que perſonne les deſſeins des Guiſes, les détournoit d'y venir. Il emploia auſſi la Dame de Montpenſier leur parente pour les en diſſuader. Puis voiant qu'il n'avançoit rien, & que les Guiſes qu'il avoit

---

fide data in aulam regiam venire ſuaderet. Attamen diuturnæ quæ fiebant perquiſitiones de Condæi geſtis, ſecuritatem nullam polliceri videbantur. Ut ambo fratres fidenter accederent, miſſus ipſis fuit Cardinalis Borbonius frater, qui facilius quam par fuiſſet credidit nihil ipſis a Rege metuendum eſſe. Interea Vicedominus Carnutenſis, qui in Baſtilia gravi morbo laborabat, inde dimiſſus eſt, ut in ædes ſuas Baſtiliæ vicinas ſe transferret, ubi paucis poſtea diebus obiit, tum ex carceris mœrore, tum ex nimiis juventutis ſuæ voluptatibus conſumtus.

Les mêmes. In Delphinatu ſupra modum creſcebat Calviniſtarum numerus, maximeque Valentiæ, ubi totam fere urbem occupabant, & Montelimarii ubi novi Concionatores magnam acceſſionem fecerant. Monachus quidam Tempeſtas nomine, non poſita Monachi veſte, novam illam doctrinam prædicabat. Romantium quoque oppidulum Hugonotis plenum erat. Jam illi arma ſumſerant. Dux autem Guiſius iſtius Provinciæ Præfectus, Maugironum illò miſit aſtutum & callidum virum, qui pugnatores collegit, ac verſus Valentiam miſit; ipſe quoque illò ſe contulit, & cives amice alloquutus eſt, ipſiſque ſuaſit ut arma ponerent, & armatos quos aliunde advocaverant, amandarent. Poſtquam autem illi profecti ſunt, ipſe urbem occupavit, expilavit, & a civium plurimis pecuniam extorſit. Montelimarium etiam & Romantium ex improviſo cepit; Monbrunius qui cum Calviniſtis armatis plurimis loca quædam & caſtra ceperat in Venaſcinenſi Comitatu, inde etiam expulſus, apud Helvetios aufugere coactus eſt. In Gallo-provincia quoque & in Armorica motus tunc fuere. Hæc belli civilis ceu præludia erant.

Les mêmes. Interea Rex Navarræ & Princeps Condæus a fratre ſuo Cardinali decepti, qui & ipſe deceptus fuerat, in aulam proficiſci regiam parabant, etſi monita plurimis ex locis accipiebant, ut non inconſiderate in manus inimicorum ſe conjicerent; vel eò ita armatis viris ſtipati ſe conferrent, ut hoſtes propulſare poſſent. Carolus vero Marilliacus Archiepiſcopus Viennenſis, qui Guiſiorum propoſitum plus quam cæteri omnes norat, ne accederent rogabat. Montpenſeriam quoque Principem feminam, quæ illos averteret adhibuit; cumque videret ſe nihil proficere,

1560. mortellement offenſez à Fontainebleau, alloient entierement prendre le deſſus, il en conçût un ſi cuiſant déplaiſir, qu'il en mourut à Melun.

Le Roi & la Reine Mere vinrent à Orleans, où ſe devoient tenir les Etats. On ſe méfioit des habitans qui étoient Religionnaires pour la plûpart : voilà pourquoi l'on mit des Corps de Gardes en pluſieurs endroits de la Ville. Ceux qui commandoient à ces troupes étoient tous dévoüez aux Guiſes. D'Andelot Colonel de l'Infanterie Françoiſe, craignant pour ſa perſonne, prit prudemment le parti de ſe retirer en Bretagne, où il avoit de grands biens. Le Roi de Navarre & le Prince de Condé ſe mirent en chemin, la Cour envoia au devant d'eux le Cardinal d'Armagnac, qui les rencontra dans l'Angoumois, pluſieurs diſoient qu'il étoit du parti des Guiſes; il leur perſuada de ſe rendre à Orleans en diligence, les aſſurant qu'il n'y avoit rien à craindre pour eux. Ils continuerent leur route, & ils arriverent à Poitiers, où on leur ferma les portes.

Le Roi de Navarre offenſé de cette inſulte, s'en alla à Luſignan; pluſieurs de ſa compagnie voulurent lui perſuader de rebrouſſer chemin, & de ne plus penſer à ſe rendre aux Etats : mais il s'obſtina, & il y arriva avec le Prince. Ils allerent enſemble ſaluer le Roi. La Reine Mere les reçût fort gratieuſement; mais le Roi dit au Prince de Condé qu'il falloit qu'il ſe purgeât de pluſieurs accuſations qu'on avoit intentées contre lui. Il répondit qu'il ſavoit bien que les Guiſes l'avoient calomnié, mais que ſe confiant en ſon innocence après l'ordre reçû de Sa Majeſté, il venoit comparoître en ſa préſence pour défendre ſa cauſe. Après quoi il fut ſaiſi par Philippe de Mailli-Brezé & par François le Roi-Chavigni, Capitaines des Gardes du Corps, qui le conduiſirent à une maiſon voiſine, où l'on avoit conſtruit une eſpece de Fort de brique muni de quelque artillerie : on mit des grilles aux fenêtres, & l'on mura les portes, n'y laiſſant qu'une fort petite entrée. Il fut là enfermé ſous ſure garde.

Le Prince de Condé ſaiſi & mis en priſon.

Le Roi de Navarre demandoit qu'on le laiſſât en ſa garde, & qu'il en répondroit : mais bien loin d'être écouté, on changea ſes gardes; & quoiqu'on le laiſſât en une eſpece de liberté, on obſerva toujours ſes démarches. On fit auſſi ſaiſir Bouchard ſon Chancelier, qui étoit dans la Guienne, & on le fit conduire à Saint Jean d'Angeli. Magdelaine de Mailli de Roie, belle-mere du

---

& Guiſios quos ipſe ad Fontembellaqueum graviſſime offenderat, ſuperiores evaſuros eſſe, tanto affectus mœrore eſt ut Meloduni exſtingueretur.

La Popeliniere. Thuanus. Belcarius. Rex & Regina mater Aurelianum venerunt, ubi Ordines Regni conventuri erant. Aurelianenſibus, quorum maxima pars Calviniſtæ erant, non fidebatur, ideoque armatorum cuſtodiæ in plurimis urbis partibus poſitæ ſunt : qui copiis iſtis imperabant, omnes Guiſiis addicti erant. Andelotus autem peditum omnium Francorum Præfectus ſibi timens, prudenter in Armoricam ſe contulit, ubi magnas dotales poſſeſſiones obtinebat. Rex Navarræ & Princeps Condæus iter capeſſierunt. Ex aula regia obviam ipſis miſſus fuit Cardinalis Armeniacenſis, qui ipſos in Engoliſmenſi tractu offendit, plurimi dicebant ipſum erga Guiſios probe affectum fuiſſe. Ipſis porro ſuadebat ut celeriter Aurelianum peterent, nihil ipſis timendum eſſe aſſeverans. In Pictavorum autem urbem advenerunt, ubi portæ ipſis clauſæ fuere.

Les mêmes. Navarræus injuriam non ferens, Luſinianum ſe contulit. Plurimi ex comitantium numero auctores illi erant ut retro cederet, nec ad conventum Ordinum Regni ſe conferret; ſed obſtinato ille animo perrexit, & cum Principe Condæo Aurelianum venit. Simul Regem ſalutatum ierunt, & a Regina matre gratioſe excepti fuere. At Rex Principi Condæo dixit, neceſſe fore uti ſe a plurimis oblatis criminibus purgaret. Reſpondit ille, non ignorare ſe quod Guiſii ipſum calumniis impetiiſſent; ſed ſe innocentiæ teſtem conſcientiam habentem jubente Rege veniſſe, ut coram Majeſtate ſua cauſam ſuam defenderet, poſteaque a Philippo Mallio Brezæo, & a Franciſco Regio Chavignio cuſtodiæ regiæ Præfectis comprehenſus, in ædes vicinas deducitur, ubi propugnaculum lateritium ſtructum fuerat, tormentis pyriis munitum, in feneſtris crates ferreæ poſitæ ſunt, oſtia ex majori parte muris obſtructa ſunt, ita ut exiguus pateret ingreſſus : incluſuſque Princeps ſub tuta cuſtodia manſit.

Les mêmes. Rogabat Navarræus ut ſibi frater cuſtodiendus committeretur, ſe pro eo vadem fore dicens : ſed tantum abfuit ut exaudiretur, ut etiam ipſius Navarræi cuſtodes mutarentur, atque etſi in quadam libertatis ſpecie manebat, ſemper tamen obſervabatur. Comprehenſus quoque fuit Bucardus Navarræi Cancellarius qui in Aquitania erat, & ad Sanctum Joannem Angeriacenſem ductus eſt. Magdalena Mallia Roien-

Prince de Condé, fut miſe en priſon à Saint Germain en Laye, parce qu'elle parloit fort librement contre les Guiſes. Grolot Bailli d'Orleans, chez lequel le Roi de Navarre logeoit, fut auſſi mis en priſon. 1560.

En ce même tems arriva à Orleans Renée de France Ducheſſe de Ferrare, fille du Roi Louis XII. belle-mere du Duc de Guiſe. Elle avoit toujours favoriſé la nouvelle Religion, & alla faire la reverence au Roi. Elle improuva fort la conduite de ſon gendre, & lui dit que ſi elle étoit arrivée avant l'empriſonnement du Prince de Condé, elle auroit bien empêché qu'on n'en vînt là. On n'a jamais, dit-elle, fait impunément une telle injure à un Prince du Sang, & prenez garde qu'il ne vous en arrive du malheur. Mais toutes les démarches étant faites, il n'étoit plus tems de reculer.

Procès fait au Prince de Condé.

Par ordre du Roi, le Chancelier, Chriſtophe de Thou Preſident, Barthelemi Faie, & Jacques Viole, Conſeillers, accompagnez de Gilles Bourdin Procureur General, & Du Tillet Greffier, allerent interroger le Prince de Condé, qui ne voulant point ſubir l'interrogatoire, leur dit, que ſelon les Loix, ſa cauſe devoit être examinée au Parlement de Paris aſſemblé avec tous ſes membres, en preſence du Roi & de tous les Pairs de France. Cet appel du Prince fut apporté au Conſeil ſecret du Roi, & declaré nul. Le Prince perſiſtant toujours dans ſon appel, il fut reſolu, que s'il ne répondoit pas aux Juges nommez par le Roi, il ſeroit reputé convaincu & criminel de Leze-Majeſté, & que cependant on entendroit de nouveau les depoſitions des témoins. La Princeſſe de Condé demanda qu'on donnât à ſon mari des gens de qui il pût prendre conſeil. On lui donna Pierre Robert & François de Marillac habiles Avocats.

M. de Thou raconte, ſans l'aſſurer pourtant, que les Guiſes tenant la perte du Prince de Condé comme inévitable, delibererent entre eux s'ils laiſſeroient aller en liberté le Roi de Navarre, qui ſeroit après cela leur ennemi irreconciliable, & chercheroit toujours l'occaſion de vanger la mort de ſon frere; & qu'ils reſolurent de le faire tuer même en la preſence du Roi, en appoſtant des gens pour lui chercher querelle, & que le Roi y conſentit; mais que s'en étant depuis repenti, ce complot fut rompu. On a peine à croire que le Duc de Guiſe, dont l'ame étoit noble & genereuſe, eût conſenti à une action ſi indigne.

ſis Condæi ſocrus ad S. Germanum in Laia ducta in carcerem conjecta fuit, quod liberius contra Guiſios loqueretur. Grolotius quoque Aureliani Ballivius, apud quem Navarræus diverſabatur, in carcere poſitus fuit.

Eodem tempore Aurelianum venit Renata Ludovici XII. filia Ferrarienſis Ducis uxor & ſocrus Guiſii Ducis, quæ novæ Religioni ſemper faverat, Regemque ſalutatum venit. Generi porro ſui geſta admodum improbabat, dixit que illi ſe, ſi antequam Condæus Princeps in carcerem conjiceretur adveniſſet, impedituram fuiſſe quominus talia patrarentur. Nunquam, inquiebat illa, Principi regii ſanguinis tanta injuria impune facta eſt, & cavete ne quid ſiniſtri vobis accidat: ſed cum omnia jam acta eſſent, non retrocedendi tempus erat.

Les mêmes. Jubente Rege, Cancellarius, Chriſtophorus Thuanus Præſes, Bartholomæus Faius, & Jacobus Viola Senatores, comitantibus Ægidio Burdino Procuratore Generali & Tilio Protonotario, Condæum interrogavêre, qui abnuit, dixitque ſecundum leges cauſam ſuam in Curia Senatus Pariſini examinandam eſſe, præſente Rege & omnibus Franciæ Paribus. Quæ Principis appellatio ad Conſilium Regis ſecretum allata, & nulla declarata fuit. Principe ſemper in appellatione perſeverante, decretum fuit, ut ſi Judicibus a Rege nominatis non reſponderet, læſæ majeſtatis convictus haberetur, & interea teſtium depoſitiones audirentur. Princeps uxor Condæi ab Rege petiit ut illi ſpectatæ prudentiæ & eruditionis viri darentur quorum conſilio uteretur; datique ſunt illi Petrus Robertus & Franciſcus Marillacus.

Narrat Thuanus, nec tamen certum illud eſſe dicit, Guiſios cum Condæi perniciem certam eſſe putarent, deliberaviſſe utrum Regem Navarræ liberum dimitterent, qui poſtea irreconciliabilis hoſtis ſuus foret, & vindictæ occaſiones ſemper exploraret; decreviſſeque tandem ipſum, Rege præſente, a quibuſdam ab ſe miſſis & obtentum querelarum quæritantibus occidendum eſſe, additque Regem ipſum rem propoſitam approbaviſſe; ſed poſtea pœnitentem, a cœptis abſtinere juſſiſſe; ſed vix credatur Guiſiæ Ducem generoſo & nobili præditum animo tam indigno facinori aſſenſum dediſſe. *Les mêmes.*

1560. La Reine Catherine voioit à contre-cœur ces démarches des Guiſes, qui s'attribuoient toute l'autorité, & animée par les conſeils du Chancelier de l'Hopital & de pluſieurs autres, elle ſouhaitoit fort de contrebalancer leur puiſſance, en ſauvant les deux Princes. Cependant les Guiſes faiſoient leur poſſible pour accelerer la condamnation du Prince de Condé, qui voioit bien par le grand mouvement que ſes Juges ſe donnoient, qu'ils vouloient bien-tôt finir cette affaire. Le Prince s'en étonnoit ſi peu, qu'il écrivit à la Princeſſe ſa femme, qu'elle ne craignît rien, & qu'il eſperoit que Dieu prendroit ſa défenſe, comme s'il eut prévû que cela alloit arriver.

Maladie du Roi. Jerôme Grolot Bailli d'Orleans, qui avoit été mis en priſon, comme nous avons dit ci-devant, fut jugé & condamné à mort. Le Roi ne vouloit pas être à Orleans pendant ſon execution. Il s'en alloit à la chaſſe; mais il fut violemment attaqué de ſon mal inveteré, c'étoit une apoſtume dans la tête qui ſe déchargeoit par l'oreille: ce mal augmenta beaucoup quelques jours après, & vint enfin à un tel point, que les Medecins declarerent qu'il mourroit bientôt. Cela deconcerta les Guiſes: ils voioient que leur coup alloit manquer; en ſorte que toutes les démarches qu'ils avoient faites ne ſerviroient qu'à leur faire des ennemis irreconciliables. Ils allerent trouver la Reine Mere, & tâcherent de lui faire entendre qu'après les pourſuites qu'on venoit de faire ſous ſon autorité contre le Prince de Condé, lui & ſon frere feroient toujours leur poſſible pour lui nuire, & la débuſquer du Gouvernement, & qu'il falloit mettre en priſon le Roi de Navarre avec le Prince ſon frere.

Elle ayant pris l'avis du Chancelier & d'autres perſonnes, n'eût garde d'embraſſer le parti qu'ils lui propoſoient. La conjoncture étoit favorable pour elle; Les Guiſes avoient beſoin de ſon autorité pour ſe maintenir dans leur puiſſance contre les Princes; & les Princes qui ſe voioient en ſi grand péril, étoient diſpoſez de condeſcendre à ſes volontez pour ſe tirer de ce mauvais pas. Elle eut une conference avec le Roi de Navarre, & elle le tourna ſi bien, qu'il lui ceda par écrit la Regence du Royaume: *Et elle lui promit de bouche qu'il ſeroit Lieutenant du Roi en France, & conduiroit les affaires de la guerre, recevroit les paquets, puis les lui renvoyeroit tous après les avoir ouverts, lûs & vûs à ſon loiſir, & que rien ne ſeroit ordonné que par ſon avis & des autres Princes du Sang, qui ſeroient autrement*

Les mêmes. Catharina Guiſiorum conſilia & geſta ægre videbat, qui totam ſibi auctoritatem adſcribebant, atque inſtigantibus Cancellario & aliis, de potentia eorum deprimenda, ambobuſque Principibus ſervandis conſilia inibat, Interea Guiſii nihil non agebant ut Condæi perniciem accelerarent, qui Condæus Judices videns in motu ſemper eſſe, ipſos rem cito concludere velle non dubitabat: & tamen tam exiguo ille metu tenebatur, ut uxori ſuæ ſcriberet ne timeret, ſperare namque ſe Deum ſui defenſionem ſuſcepturum eſſe, ac ſi id mox eventurum prævidiſſet.

Les mêmes. Hieronymus Grolotius Ballivius Aurelianenſis, qui ut diximus in carcerem conjectus fuerat, capite damnatus fuerat; Rex vero ne damnati ſupplicio vel præſens vel proximus eſſet, ad venationem properabat; ſed repentinis morbi jam inveterati doloribus correptus eſt; humor in cerebro per aurem ſuppurabat, qui morbus inſequentibus diebus admodum auctus eſt, ita ut Medici vicinam eſſe mortem declararent. Id Guiſiorum conſilia diſturbabat; videbant propoſitum ſuum exitu carere, ita ut quidquid hactenus geſſerant ad inimicos ſibi implacabiles conciliandos verteretur. Reginam illi matrem adeunt, ipſique repræſentarunt, poſt tanta ex ipſius Reginæ auctoritate contra Condæum geſta, & illum & Navarræum fratrem nihil non contra illam acturos eſſe, ut eam Regni gubernaculis removerent, ideoque Navarræum cum fratre ſuo in carcerem conjiciendum eſſe dicebant.

Les mêmes. Illa vero cum Cancellarii & aliorum conſilium cepiſſet, rem propoſitam prorſus rejecit. Rerum conditio ipſi opportuna erat; Guiſiis ipſius auctoritate opus erat, ut, Principibus licet obſiſtentibus, in gradu manerent; & Principes qui in tanto periculo verſabantur, ut ſeſe expedirent, ejus voluntati obſequi non recuſaturi erant. Cum Rege igitur Navarræ colloquuta eſt, quem ad placitum ſuum ita deduxit, ut Regni adminiſtrationem Catharinæ ſcripto concederet: & hæc ore tantum pollicita ipſi eſt, ipſum fore pro Rege Præfectum in re bellica, ipſique licitum fore ut literas ad Regem miſſas acciperet, & aperiret, lectaſque ad ſe mitteret, nihilque niſi ipſo annuente faciendum eſſe, cæteris etiam conſultis regii Sanguinis Principibus, quorum major deinde ratio

reſpectez. Ce qui fut encore confirmé depuis la mort du Roi François II. 1560.

Les Juges nommez pour faire le procès au Prince de Condé, prononcerent enfin Sentence de mort contre lui; elle fut ſignée de tous, hors du Chancelier de l'Hopital & du Comte de Sancerre, qui dit qu'il ſouffriroit plûtôt la mort que de faire une choſe ſi contraire aux Loix. Mais M. de Thou aſſure avoir appris de ſon, pere qui étoit un des Juges, que la Sentence fut ſeulement propoſée, & ne fut point ſignée. Sentence contre le Prince de Condé.

Le Roi François accablé de ſon mal, mourut enfin le cinquiéme Decembre âgé de dix-ſept ans, dix mois & un jour, après avoir regné un an, cinq mois & vingt jours. On ne peut juger, dit M. de Thou, ſi ce Prince mort ſi jeune, & après un ſi court Regne, doit être compté parmi les bons ou les mauvais Rois. Son corps fut apporté à Saint Denis par Sanſac, la Broſſe & l'Evêque de Senlis, ſans pompe ni ſuite, dans une biere couverte d'un drap de ſoye ſur lequel on trouva ces mots écrits: *Tannegui du Chaſtel où es tu?* Ce Tannegui du Chaſtel qui avoit rendu de grands ſervices au Roi Charles VII. fut chaſſé de ſa Cour par le Connétable Artus, & revint après la mort de ce Roi pour faire ſes funerailles à ſes dépens, dont il ne fut jamais rembourſé. Ce trait de plume étoit contre les Guiſes, qui ayant été au comble de leur puiſſance ſous ce Regne, avoient ſi fort negligé les funerailles de leur bienfacteur; & ce qui augmenta les murmures contre eux, c'eſt que dans le tems qu'il expiroit, ils tirerent trente mille écus d'or du Treſor Royal pour les emporter chez eux. Mort du Roi François II.

La Reine envoia Saint Gelais de Lanſac au Connétable, qui étoit en chemin à petites journées pour venir à la Cour, lui dire qu'il fît diligence. Il s'y rendit le même jour, & ôta les Gardes des portes de la Ville, diſant qu'il n'étoit point ſéant à un Roi de France de ſe faire tant garder, & qu'il devoit mettre toute ſa confiance dans l'amour de ſes ſujets. Le Prince de Condé, qui avoit alors toute liberté de ſortir de priſon s'il vouloit, dit qu'il ne ſortiroit point qu'il ne ſût qui étoient ſes accuſateurs. Les Guiſes répondirent que cela s'étoit fait par ordre du Roi. Il ſortit enfin accompagné des mêmes Gardes qu'il avoit eu dans ſa priſon, mais qui l'eſcortoient alors pour lui faire honneur. Il s'en alla à Ham en Picardie, & peu de tems après à la Fere. Délivrance du Prince de Condé.

---

habenda foret; idque etiam poſt Regis Franciſci II. mortem confirmatum fuit.

Les mêmes. Judices qui ad cauſam Condæi Principis deputati fuerant, ſententiam tandem mortis contra ipſum tulere, quæ ab omnibus ſubſcripta fuit, excepto Hoſpitalio Cancellario & Comite Sancerrenſi, qui dixit ſe potius moriturum eſſe, quam rem ita legibus contrariam facturum; ſed Thuanus affirmat ſe didiciſſe a patre ſuo, qui ex Judicibus unus erat, ſententiam propoſitam ſolum, non ſubſcriptam fuiſſe.

Les mêmes. Rex Franciſcus tandem morbo obrutus mortuus eſt die quinta Decembris, ætatem habens ſeptemdecim annorum, decem menſium, dieique unius, cum regnaſſet anno uno quinque menſibus & viginti diebus. Vix judicetur, inquit, idem Scriptor, an Princeps ille qui tam juvenis obiit, inter bonos maloſve Principes accenſendus ſit. Corpus ejus ad Sanctum Dionyſium a Sanſaco, Broſſio & Epiſcopo Silvanectenſi ſine funebri pompa & exiguo comitatu allatum eſt. Feretrum panno ſericeo involvebatur, in quo hæc inſcripta verba reperta ſunt, *Ubi nunc Tanaquillus de Caſtello.* Tanaquillus ille de Caſtello qui ex Caroli VII. aula ab Arturo Conſtabulario pulſus fuerat, mortuo Carolo Rege venit, funuſque ejus propriis ſumtibus, nunquam in gazam ſuam reverſuris curavit. Hæc inſcriptio Guiſios mordebat, qui cum Franciſco II. regnante imperium obtinuiſſent, ejus funus ita neglexerint; invidiam auxit, quod cum Franciſcus animam ageret, triginta aureorum millia ex gaza regia in domum ſuam comportarint.

Catharina Sangelaſium Lanſacum ad Conſtabularium miſit, qui tum lento gradu in aulam regiam pergebat, monens ut quamprimum accederet, eodemque die ille Aurelianum venit, ſtationeſque ad cuſtodiam ab urbis portis removit, dicens non decere Regem Francorum tantis advigilare cuſtodiis, ſed in ſubditorum amore totam ipſi fiduciam reponendam eſſe. Princeps vero Condæus, cui tunc liberum erat ex carcere exire, dixit ſe non exiturum priuſquam ſciret quinam accuſatores ejus eſſent. Reſponderunt Guiſii id Regis juſſu factum fuiſſe. Egreſſus tandem ille eſt cum iiſdem cuſtodibus, ſed qui jam ei vice ſtipatorum erant, & in Picardiam ſe contulit, Hamumque primo, deindeque Feram petiit.

MONUMENS DU REGNE DE FRANÇOIS II.

PL. XIV. 1. 2. 3.

CE Prince qui mourut fort jeune eſt repreſenté deux fois debout dans la Planche ſuivante. [1] Dans la premiere figure il eſt en manteau, & dans la ſeconde avec une [2] eſpece de ſurtout doublé d'hermine. Ses ſouliers dans l'une & dans l'autre ſont d'une forme aſſez ſinguliere. Marie Stuard Reine d'Ecoſſe ſa femme, qu'il épouſa en 1558. eſt repreſentée [3] dans la même Planche debout, la main appuiée ſur une grande chaiſe. Ces trois figures de même que les deux ſuivantes, ſont tirées des porte-feüilles de M. de Gagnieres.

PL. XV. 1. 2.

La plûpart des Officiers de François II. furent emploiez dans le Regne ſuivant. Nous ne mettons ici que Jean Grauchet ſon Valet de Chambre, & Gruier de Dampmartin [1] qui mourut pendant ſon Regne le 11. Juin 1560. Nous le donnons tel qu'il eſt repreſenté ſur ſa tombe au milieu de la nef de la Paroiſſe de Dampmartin. Magdelaine de Corbie [2] ſa femme qui mourut le premier de Janvier de l'an 1562. ſe voit auprès de ſon mari, & ſur cette planche.

MONUMENTA FRANCISCI II. REGIS.

HIc Princeps qui junior obiit in tabula ſequenti bis repræſentatur. In primo ſchemate pallio tegitur; in ſecundo ſago induitur, cui aſſutæ ſunt muris Pontici pelles. Calcei ejus ſingularis formæ ſunt. Maria Stuartia Scotiæ Regina uxor ejus, quam duxit anno 1558. in eadem tabula ſtans exhibetur, manum tenens ſellæ impoſitam. Hæc tria ſchemata, ut & duo ſequentia ex ſcriniis Gagnerii educta fuere.

Maxima pars eorum qui regnante Franciſco II. Officia & munia aulica geſſerunt, in ſequenti Regno iiſdem potiti ſunt. Joannes Grauchetus ejus Cubicularius, & Domnimartini nemoris Cuſtos, illo regnante mortuus eſt undecima Junii anno 1560. Hic exhibetur ut in ſepulcro ſuo in Eccleſia Domnimartini inſculptus viſitur. Magdalena de Corbeia uxor ejus, quæ obiit primo Januarii die anni 1562. prope virum ſepulta & inſculpta in tabula adjicitur.

Le Roi François II
1



le même
2



Marie Stuard Reine d'Ecosse
3



Magdelaine de Corbie
femme de Jean Grauchet.

XV. Pl. Tom. V. pag. 94.



Jean Grauchet
Valet de Chambre de François II.

T. V. P.

1560.

CHARLES IX. ROI DE FRANCE.

CHARLES IX. qui n'avoit que douze ans fut reconnu Roi d'abord après la mort de ſon frere. Il y avoit à craindre que cette minorité cauſeroit de grands troubles dans le Roiaume. La ceſſion de la Regence qu'avoit fait le Roi de Navarre à la Reine Mere, mit pour un peu de tems le calme dans la Cour de France. Il y eut d'abord quelques conteſtations ſur ce que pluſieurs prétendoient que la Regence appartenoit au premier Prince du Sang & non à la Reine Mere. Mais ce Prince qui la lui avoit deja cedée, ne jugea point à propos de la lui diſputer. Il s'étoit reconcilié du moins en apparence avec les Guiſes. Les Etats du Royaume convoquez pendant le regne précedent, furent tenus à Orleans le 13 Decembre 1560. L'ordre qu'on y devoit garder, & le rang que chacun y devoit tenir fut établi par le Chancelier de l'Hopital.

Etats du Roiaume tenus.

» A main gauche du Roi étoit aſſiſe la Reine Mere à même hauteur. Du même » côté un dégré plus bas, Marguerite de France Ducheſſe de Valois, & près d'elle » Madame de Ferrare.

» Au côté droit ſur un degré plus bas, Monſieur Frere du Roi, & près de lui » un degré plus bas, Antoine de Bourbon Roi de Navarre, tous habillez de » deüil.

» Aux pieds du Roi ſur les degrez étoit aſſis François de Lorraine Duc de Guiſe » & d'Aumale, Chevalier de l'Ordre du Roi, Pair, Grand Maître, & Grand » Chambellan de France, aiant en ſa main le bâton de Grand Maître.

» Vis-à-vis du Roi de Navarre, trois ou quatre pas plus loin, étoit Anne de » Montmorenci Connétable de France, aſſis ſur une eſcabelle, tenant toujours » ſon épée nuë.

» De l'autre côté ſur une même ligne, vis-à-vis Meſdames de France & » de Ferrare, Michel de l'Hopital Chancelier de France étoit aſſis ſur une » eſcabelle.

» Près de Meſſieurs les Connétable & Chancelier, un peu derriere, étoient » à genoux deux Huiſſiers du Roi, avec leurs maſſes.

» Du côté droit & un peu plus loin que le Roi de Navarre, *venant* à M. le Con-

---

CAROLUS IX. REX FRANCORUM.

La Popeliniere. Thuanus.

CAROLUS IX. qui duodecim tantum annorum erat, ſtatim poſt fratris ſui obitum Rex acclamatus fuit; metuendumque omnino videbatur, ne dum ille ætate minor erat, regnum turbis agitaretur. Cum autem Rex Navarræ Reginæ matri Regni adminiſtrationem conceſſiſſet, in aula Regia aliquanto tempore pacatæ res fuerant. Quidam tamen contendebant adminiſtrationem illam ad primum regii Sanguinis Principem pertinere, non ad Reginam matrem. At Navarræus de re quam conceſſerat diſceptare noluit; cumque Guiſiis, ſimulate ſaltem, reconciliatus fuerat. Ordinum Regni comitia ſub Franciſco II. convocata, Aureliani decima tertia die Decembris anni 1560. habita fuere. Ordo autem ſedentium ab Hoſpitalio Cancellario cuique aſſignatus fuit.

Ad Regis ſiniſtram Regina mater eodem gradu ſedebat. Inferiori gradu erant Margarita Valeſia & Renata Ferrarienſis.

Ad dexteram inferiori gradu erant Regis frater & inferius poſitus Antonius Borbonius Rex Navarræ, ambo pullati.

Ad Regis pedes gradus erant ubi ſedebat Franciſcus Lotharingus Dux Guiſiæ & Albæmalæ, Eques Ordinis Regii, Par, Magnus Magiſter & Magnus Cambellanus Franciæ, manu tenens Magni Franciæ Magiſtri baculum.

E regione Regis Navarræ, tribus quatuorve paſſibus diſtans erat Anna Montmorencius Franciæ Conſtabularius, in ſcabello ſedens, evaginatum tenens gladium.

In altero latere, eademque linea e regione Dominarum Franciæ & Ferrariæ Michael Hoſpitalius Franciæ Cancellarius in ſcabello ſedebat.

Prope Conſtabularium & Cancellarium a tergo paulum erant duo oſtiarii genuflexi, clavas geſtantes.

Ad dexteram paulo longius quam Rex Navarræ, in ſpatio ad Conſtabularium vergente, ſedebant Cardi-

1560. » nétable, étoient aſſis les Cardinaux de Tournon, de Lorraine, de Bourbon, de » Châtillon & de Guiſe.

» Vis-à-vis d'eux à côté gauche du Roi, Meſſieurs les Princes, le Comte Dau- » phin, fils de Monſieur de Montpenſier; Charles de Bourbon Prince de la » Rocheſuryon, & Monſieur ſon fils; Claude de Lorraine Duc d'Aumale; le » Prince de Joinville & le Marquis d'Elbœuf.

Il ſeroit trop long de rapporter les rangs de tous les autres qui ſe trouverent à l'Aſſemblée; on les peut voir dans le ceremonial de France, tels qu'ils furent ordonnez par ce celebre Magiſtrat. Cet ordre a été un peu changé depuis.

L'ouverture des Etats fut faite par une belle & ſavante harangue du Chancelier, qui exhorta toute l'aſſemblée en general, & tous les Ordres en particulier, de travailler à la tranquilité publique, pour prévenir les maux dont la difference des Religions & l'animoſité des parties ſembloient menacer la France. Après cette harangue qui fut longue, l'Aſſemblée fut congediée.

Harangues faites aux Etats.

A la ſeconde ſéance, Jean l'Ange Avocat au Parlement de Bourdeaux, parla pour le tiers Etat. Il ſe déchaîna ſur la corruption des gens d'Egliſe, & en aſſigna trois cauſes, l'ignorance, l'avarice & le luxe; que l'Egliſe Gallicane avoit ci-devant fait des Statuts pour obliger ceux qui vouloient entrer dans l'état Eccleſiaſtique de s'inſtruire & de ſe rendre habiles dans la Theologie, mais qu'ils avoient négligé ſes avis; qu'ils ne penſoient qu'à s'enrichir; que les Evêques dédaignoient de prêcher & d'annoncer à leur peuple la vraie doctrine, & en étoient même incapables; que les Curez même regardant comme au-deſſous d'eux d'inſtruire leurs Paroiſſiens, s'en remettoient à des Vicaires auſſi ignorans qu'eux; que les Prelats ne ſe diſtinguoient que par le luxe; que c'étoit la principale cauſe des malheurs qu'on voioit alors dans l'Egliſe & dans l'Etat.

Jâques de Silli de Rochefort qui parla après lui, fit une longue harangue ſur les privileges des Nobles, & ſur les grands ſervices qu'ils rendoient à l'Etat. Il dit que cette Nobleſſe s'étoit fort appauvrie par les grands dons qu'elle avoit fait autrefois à l'Egliſe, & prit de-là occaſion de parler contre le Clergé ſur le même ton que Jean l'Ange. Il pria enfin le Roi d'y mettre ordre, & de

---

nales Turnonius, Lotharingus, Borbonius, Caſtellionæus & Guiſius.

E regione illorum ad ſiniſtram Regis, Principes erant, Comes Delphinus Montpenſerii Ducis filius, Carolus Borbonius, Princeps Rupiſurionius & filius ejus, Claudius Lotharingus Albæmalæ Dux, Princeps Joanvillius, & Dux Ellebovius.

Longior res eſſet, ſi cæterorum omnium qui comitiis interfuerunt ordines referrentur. In Ceremoniali Francico omnia ut ab Hoſpitalio ordinata ſunt, recenſentur. Hic ordo poſtea paulum immutatus fuit.

Comitiis initium dedit ſagax eleganſque oratio Cancellarii, qui cœtum omneſque Ordines adhortatus eſt, ut tranquillitati publicæ advigilarent ad prævertenda mala, quæ religionum diverſitas & partium exaſperati animi portendere videbantur. Poſt illam orationem quæ longiſſima fuit, miſſi ordines fuerunt.

In ſecunda ſeſſione Joannes Angelus Advocatus in Curia Senatus Burdigalenſis pro tertio Statûs Ordine loquutus, Eccleſiaſticorum corruptos mores infectatus eſt, quorum tres eſſe cauſas dixit, ignorantiam, avaritiam & luxum. Eccleſiam Gallicanam ſtatuta edidiſſe, queis indicebatur, ut ii qui in Eccleſiaſticum ſtatum cooptari vellent, in Theologia inſtituerentur; quod illi neglexerant, & unum quærebant pecunias colligendi modum. Epiſcopos non e ſua dignitate fore putare, ſi ipſi plebi veram doctrinam prædicarent; imo præ ignorantia id non poſſe, quin & ipſos Parochos id ſibi honori non eſſe putantes, munus hoc Vicariis mittere, qui perinde atque ipſi ignorantes eſſent, Præſuleſque nonniſi luxu micare, & hanc præcipuam eſſe cauſam malorum, quæ & Eccleſiam & Regnum invaſerant.

Jacobus Sillius Rupefortius, qui poſt illum diu oravit, multa dixit de Nobilium privilegiis, & de officiorum quæ ipſi Regno præſtabant utilitate; addiditque nobilitatem illam dona Eccleſiis faciendo ſeſe ad inopiam redegiſſe, indeque occaſione ſumta, contra Eccleſiaſticos Joannis Angeli exemplo multa loquutus eſt. Regem denique rogavit malo reme-

ranger

ranger à leur devoir ceux qui devant être l'exemple des autres, leur étoient plûtot un ſujet de ſcandale. Il lui parla encore contre la trop grande quantité de gens qui exerçoient la Juſtice, & qui ne ſervoient qu'à multiplier les procès & à en éloigner la déciſion. 1560.

Le Docteur Jean Quintin parla enfin le dernier pour le Clergé, & fit une longue & ennuieuſe harangue. Il s'étendit ſur les Etats du Roiaume, ſur la neceſſité de les aſſembler, ſur les matieres qui devoient y être traitées. Après quoi il ſe déchaîna contre les Lutheriens & les Calviniſtes; qui en voulant reformer l'Egliſe, tâchoient de la renverſer, & ſur-tout contre ceux qui demandoient qu'on leur accordât des Temples & la liberté de Religion. Quintin étoit vis à-vis de l'Amiral lorſqu'il prononçoit ſa harangue. L'Amiral prit cela pour lui, & tous les aſſiſtans crurent que cela le regardoit, parce qu'il avoit preſenté requête pour les Egliſes Proteſtantes, qui demandoient permiſſion d'avoir des Temples & libre exercice de leur Religion. L'Amiral s'en formaliſa, & demanda réparation d'honneur. On obligea Quintin de la faire, & il déclara en pleine Aſſemblée qu'il n'avoit point entendu parler de l'Amiral, quand il avoit dit cela.

On avoit demandé vers la fin du Regne précedent au Pape Pie IV. un Concile General, dans la réſolution d'en aſſembler un National, ſi le Pape ou refuſoit ou tardoit trop long-tems d'en tenir un Oecumenique. Le Pape avoit d'abord tergiverſé, n'aiant aucune inclination pour tenir ce Concile; mais comme il craignoit encore plus un Concile National, qu'un General, il l'avoit enfin indiqué à Trente. Le Roi fit ordonner aux Evêques de France de s'y rendre. L'ordre fut auſſi donné de mettre hors de priſon ceux qui y étoient enfermez pour cauſe de Religion & de les remettre en poſſeſſion de leurs biens, s'ils étoient ſaiſis, avec défenſe ſur peine de la vie à ceux de l'une & de l'autre Communion de ſe dire des injures ſur le fait de la Religion. 1561.

Sur le rapport qui fut fait par le Chancelier de l'Hôpital des grandes dettes de l'Etat, le Roi de Navarre propoſa de faire une reviſion ſur les dons trop grands que les Rois Henri & François II. avoient faits, & d'obliger ceux qui les avoient reçûs à les remettre au Tréſor Roial, s'offrant lui-même, s'il en avoit reçû quelqu'un, d'en faire reſtitution. Cette propoſition déplût fort au Duc de Guiſe, au Maréchal de Saint André, & à bien d'autres. Il fut ordonné

---

dium afferret, eoſque qui cum exemplo aliis eſſe deberent, ipſis offendiculo erant, in ordinem redigeret. De nimio etiam eorum, qui judicium exercerent, numero verba fecit, qui numerus non aliud quam lites multiplicat, earumque deciſionem protrahit.

La même. Joannes demum Quintinus pro Clero diuturnam orationem habuit, quæ etiam tædio fuit. De Regni Comitiis dixit, de eorum neceſſitate, de argumentis ibi tractandis. Poſtea contra Lutheranos & Calviniſtas debacchatus eſt, qui dum Eccleſiam reformare ſe dicunt, illam deſtruunt. Contra eos maxime declamavit, qui pro ipſis templa petebant & conſcientiæ libertatem. Quintinus e regione Maris Præfecti erat, cum hæc diceret, id ſibi dictum Colinius putavit, idemque ſentiebant alii, qui aderant, quoniam ipſe pro Eccleſiis Proteſtantium ſupplicaverat, & templa pro illis liberumque religionis exercitium petierat. Maris ergo Præfectus adverſus illum queſtus eſt, & ut ſibi ſatisfieret petiit. Quintinus annuit & cœtui declaravit ſe cum iſta diceret, non in maris Præfectum verba feciſſe.

Circa finem præcedentis Regni a Pio IV. Summo Pontifice Concilium generale expetitum fuerat, ea mente, ut ſi Papa vel abnueret, vel nimium rem protraheret, Nationale cogeretur. Pius IV. ſtatim tergiverſatus fuerat, quod Concilium hujuſmodi cogere non optaret; ſed cum nationale magis quam generale timeret, tandem Concilium Œcumenicum Tridenti indixerat. Rex vero Epiſcopos Galliæ juſſit illò ſe conferre; mandatum quoque fuit, ut qui Religionis ergo in carcerem conjecti fuiſſent, liberi dimitterentur, ipſiſque bona ſua reſtituerentur, ſi occupata fuiſſent, vetitumque utriuſque religionis hominibus, ne ſe mutuo hac de cauſa maledictis inceſſerent. *Thuanus.*

Cum Cancellarius repræſentaviſſet, ære alieno ingenti Regem laborare, Rex Navarræ propoſuit, ut ſi quæ largitiones nimiæ a præcedentibus Regibus Henrico II. vel Franciſco II. factæ deprehenderentur, eæ ad gazam regiam referrentur: ſeque ſi quod donum receperit, id ad ærarium regium reducere paratum dixit. Illud vero ſumme diſplicuit Guiſio Duci, Santandreano aliiſque plurimis, mandatumque fuit ut *La Popelinière. Thuanus.*

1561. que pour traiter de ces affaires, les Etats seroient rassemblez au mois de Mai suivant à Pontoise, & que pour éviter les grands frais, il n'y viendroit que deux Députez de chacune des treize grandes provinces du Roiaume.

Le fils du Prince de la Rochesur-yon tué malheureusement.

Pendant ces Etats, le Marquis de Beaupreau fils unique du Prince de la Rochesuryon, âgé d'environ quinze ans, & de grande esperance, fut tué malheureusement. Courant à cheval il tomba, & le Comte de Maulevrier qui couroit à bride abbatuë, lui passa sur le corps & le creva. Brantôme dit que le Prince de la Rochesuryon aiant depuis vû Maulevrier de loin, qui évitoit pourtant sa rencontre tant qu'il pouvoit, le poursuivit long-tems l'épée à la main pour le tuer.

Le Roi partit d'Orleans le cinquiéme de Février, & se rendit à Fontainebleau où fut mandé le Prince de Condé. Il y vint & il entra au Privé Conseil. Il demanda au Chancelier de l'Hôpital s'il y avoit quelque information contre lui. Il lui répondit qu'il n'y en avoit point. Sur cela le Roi le déclara innocent de ce dont on l'avoit accusé, & le remit en ses honneurs & prérogatives. Il fut ordonné que ce jugement seroit publié, enregistré, & confirmé au Parlement de Paris.

Démêlé entre la Regente & le Roi de Navarre.

Il y eut alors de grands demêlez entre la Regente & le Roi de Navarre, qui se plaignoit qu'après qu'il lui avoit cedé la Regence qu'il devoit garder pour lui, elle le mépriſoit & favorisoit les Princes Lorrains à son désavantage; que le Duc de Guise avoit la garde des clefs du Château, ce qui lui devoit appartenir; & qu'il falloit que l'un ou l'autre s'éloignât de la Cour. La reponse de la Reine ne le satisfaisant point, il se disposoit pour s'en aller, & fit marcher son bagage du côté de Melun; presque tous les Princes du Sang, le Connétable, l'Amiral, d'Andelot & plusieurs autres alloient le suivre, & le bruit de la Cour étoit qu'ils iroient à Paris, pour faire déclarer le Roi de Navarre Regent du Roiaume. La Reine Mere envoia faire défense de la part du Roi au Connétable de se retirer de la Cour. Il n'osa partir, & le Roi de Navarre changea de résolution; il demeura: mais il remua tant de choses sur la destitution des Officiers, sur la reddition des comptes, sur l'administration des finances, que la Reine crut qu'il falloit le contenter. Elle gagna habilement le Connétable pour traiter avec le Navarrois, & ils convinrent enfin

---

ad eam rem comitia nova mense Maio proximo Pontisaræ congregarentur, & ne nimia foret impensa, duo tantum ex singulis tredecim magnis Regni provinciis delegati mitterentur. Dum hæc comitia haberentur, Belloprati Marchio filius unicus Rupisurionii Principis, cum vix quindecim annos ageret, magnæ *Brantôme.* spei juvenis, inter currendum ex equo lapsus, & Molevriæ Comitis, qui concitato cursu post illum currebat, equo protritus & exstinctus fuit. Narrat Brantomius Rupisurionium, cum postea Molevriæ Comitem procul vidisset, qui tamen ejus occursum quantum poterat vitabat, post illum diu stricto gladio cucurrisse, ut ipsum confoderet.

La Popelinière. Thuanus. Rex Aureliano profectus est die quinta Februarii, & Fontembellaqueum venit, quo evocatus Condæus Princeps se contulit, atque in secreto Regis Consilio a Cancellario petiit, an quidpiam criminis contra se afferretur. Nullum respondit ille, ideoque ab Rege innoxius declaratus est, & in honores prærogativasque solitas reductus: decretum ea de re publicatum fuit & in actis publicis descriptum, atque in Curia Parisini Senatus confirmatum.

Les mêmes. Magna tunc fuere dissidia Reginam matrem inter & Regem Navarræ, qui querebatur, quod postquam ipsi administrationem Regni concesserat ad se pertinentem, illa Lotharingis Principibus in sui damnum addicta esset; quod Dux Guisiæ claves castelli regii servaret, id quod sui juris erat, necesseque fore ut eorum alter ab aula regia discederet. Regentis autem matris responso non contentus Navarræus, jam ex aula regia profiscici parabat, impedimentaque sua Melodunum mittebat. Omnes fere regii sanguinis Principes, Constabularius, Maris Præfectus, Andelotus, plurimique alii ipsum sequuturi erant; jamque rumor in aula regia erat, ipsos Lutetiam ituros, & ut Navarræus Regens declararetur curaturos. Catharina vero Regis nomine vetuit ne Constabularius ab aula regia discederet. Proficisci ille ausus non est, & Rex Navarræ sententiam mutavit, mansitque illic; sed tot jurgia movit de Ministris removendis, de rationibus reddendis, de ærarii publici administratione, ut Regina putaret aliquatenus ipsi satisfaciendum esse: arte illa utens Constabularium ad suas partes traxit, ut cum Navarræo de componendis re-

enſemble à ces conditions : le Roi de Navarre fut déclaré Lieutenant General du Roi, repreſentant ſa Perſonne en tous les payis & terres de ſon obéiſſance. La Reine lui promit de ne rien faire ſans ſon avis & ſon conſentement : elle lui promit auſſi d'autres choſes, mais de bouche ſeulement. L'accord fut ſigné de tous deux, du Conſeil, des Princes du Sang, & même du Prince de Condé. 1561.

C'eſt ainſi que la Reine mere amuſa le Navarrois, en lui donnant de nouvelles prérogatives ſans aucun effet. Elle menageoit tous les partis, & ſe montroit même favorable aux Huguenots, qui croiſſoient tous les jours en nombre & en puiſſance. Leurs Miniſtres annonçoient publiquement les nouvelles opinions : les Sectaires ne ſe cachoient plus pour faire gras tous les jours de la ſemaine & le Carême. On prêchoit la Religion reformée dans les maiſons des particuliers, le Prince de Condé & l'Amiral de Coligni introduiſirent les Miniſtres dans le Château Roial, pour y prêcher dans leurs appartemens. Progrès de l'Huguenotiſme.

La Reine Mere qui ne ſe ſoucioit gueres de riſquer la Religion pour ſoûtenir ſes ambitieux deſſeins, fit prêcher publiquement dans la grande ſalle du Château Jean de Montluc qu'on ſoupçonnoit de n'être pas fort éloigné de la nouvelle Religion. Il parla vivement contre la doctrine corrompuë & la morale relâchée, & gliſſa auſſi quelque choſe contre l'autorité du Pape. Le Roi avec pluſieurs de ſa Cour, & entre autres le Duc de Guiſe & le Connétable y aſſiſterent. Ce dernier qui étoit attaché à la Religion Catholique, dit qu'il n'entendroit plus un tel Predicateur.

Il commença alors à ſe tourner vers les Guiſes, le plus ferme ſoutien des Catholiques, & dont le parti étoit puiſſant dans le Roiaume, & ſe joignit à eux. Le Maréchal de Saint André qui leur étoit dévoué, lui remontra que la reviſion & la répetition des dons faits par le Roi Henri, propoſée par le Roi de Navarre, le regardoient lui Connétable, plus que les autres & que les Princes Lorrains, puiſqu'il avoit été gratifié pour une ſeule fois de cent mille écus ; que cette ſeule raiſon l'invitoit de ſe joindre à eux, quand même il n'auroit pas un plus grand motif, qui étoit celui du maintien de la Religion Catholique, que le parti contraire vouloit détruire : au Maréchal de Saint André ſe joignit la Ducheſſe de Valentinois, intereſſée plus que pas un autre à éviter la recher-

---

bus ageret. His vero conditionibus conventum eſt, ut Rex Navarræ Præfectus generalis Regni, & Regem ipſum repræſentans declararetur in omnibus Regni partibus. Regens pollicita ipſi eſt ſe nonniſi cum ejus conſenſu aliquid eſſe facturam ; aliaque etiam promiſit ipſi, ſed ore tantum. Pacto ſubſcripſere qui ex Conſilio regio erant, Principes quoque regii ſanguinis, ipſeque etiam Condæus.

Sic Catharina Navarræum pellexit prærogativas concedendo, quæ nullum exitum habuerunt. Omnes illa factiones ad ſe trahebat, etiamque Hugonotis ſe gratioſam exhibebat, qui in dies & numero & potentia augebantur. Miniſtri eorum palam opiniones novas prædicabant : ſectatores ipſorum non ultra ſe occultabant ; ita ut omnibus hebdomadæ diebus & in ipſa Quadrageſima carnes comederent. Religio illa reformata in domibus quibuſdam prædicabatur. Condæus vero & maris Præfectus Miniſtros in Caſtellum regium induxere, ut in conclavibus ſuis concionarentur.

Les mêmes. Regens, quæ ut ea quæ ambiebat conſequeretur, religionem nihil curabat, in majori Palatii aula Joannem Monlucium, quem novæ religioni ſtudere ſuſpicio erat, concionari voluit. Is in depravatam doctrinam & in corruptam morum diſciplinam vehementer invectus eſt, & contra Romani Pontificis auctoritatem nonnulla protulit. Rex cum plurimis aulicis, cumque Guiſio Duce & Conſtabulario concioni adfuere. Conſtabularius qui Catholicæ religioni admodum hærebat dixit, ſe non amplius talem Concionatorem eſſe auditurum.

Les mêmes. Tunc vero in Guiſiorum partes ſeſe convertere cœpit, qui Catholicorum columen erant, atque in Regno potentes, ac cum illis ſeſe junxit. Mareſcallus vero Santandreanus qui ipſis hærebat, in mentem Conſtabulario revocabat repetitionem donorum Henrici II. magis ipſum ſpectare quam alios, etiamque Lotharingos, cum una tantum vice centum millia ſcutorum accepiſſet, vel ideo tantum cum Guiſiis illum ſocietate jungi oportere, etiamſi non majori de cauſa, nempe pro Religione id faciendum eſſet, quam contraria factio deſtruere moliebatur. Santandreano ſeſe junxit Diana Valentina, quæ regiorum do-

Les mêmes.

1561. Le Triumvirat.

che des dons Roiaux. Honoré de Savoie Comte de Villars, ennemi de l'Amiral de Châtillon vint auſſi à la charge, pour porter le Connétable à ſe joindre au parti Catholique; & tous enſemble ils le tournerent ſi bien, que malgré les efforts de ſon fils aîné & des Châtillons ſes neveux, il s'unit au Duc de Guiſe & au Maréchal de Saint André: ainſi fut faite cette union que les Huguenots appellerent le Triumvirat.

Les diſputes ſur la Religion augmentoient tous les jours. Les Prédicateurs Catholiques d'un côté, & les Miniſtres de l'autre, animoient les partis de maniere qu'on entendoit partout crier, à l'Huguenot, au Papiſte. Ce feu de diſſention, qui s'allumoit de plus en plus, ſembloit préſager une guerre civile. Le Roi de l'avis de ſon Conſeil, voulant y mettre ordre, fit un Edit où il étoit défendu à l'un & à l'autre parti de s'injurier par les noms de Papiſtes, Huguenots, ou autres ſemblables; ordonné qu'on donnât la liberté à tous ceux qui auroient été mis en priſon pour la Religion; permis à ceux qui pour la même cauſe auroient quitté le Roiaume, d'y revenir, & de ſe mettre en poſſeſſion de leurs biens, pourvû qu'ils ſe fiſſent Catholiques, ou s'ils ne le vouloient pas, on leur laiſſoit la liberté de vendre leurs biens. Cet Edit aiant été publié ſans être envoié au Parlement de Paris, il s'en formaliſa, & fit de vives remontrances au Roi. Il ne parut pas que la Cour s'en mit en peine. Auſſi l'Edit n'eut pas un bon effet, le mal empira toujours.

Sacre de Charles IX.

La Cour alla enſuite à Rheims pour faire ſacrer le Roi Charles. Il y eut quelque débat ſur le rang entre le Duc de Guiſe & la Marquiſe de Rothelin, qui fut appaiſé. Une autre diſpute s'éleva entre le même Duc de Guiſe & le Duc de Montpenſier, qui en qualité de Prince du Sang vouloit s'aſſeoir devant lui. Mais le Duc de Guiſe ſoutint que comme Grand Chambellan il devoit le précéder, & il l'emporta. Il s'aſſit ſelon quelques-uns entre le Roi de Navarre & le Duc de Montpenſier. Mais Brantome qui connoiſſoit parfaitement la Cour de ce tems-là, dit que le Duc de Montpenſier étoit en chemin pour ſe rendre à Rheims & y prendre ſa ſéance après le Roi de Navarre; mais que la Reine Mere prévoiant le grand débat qu'il y auroit entre les deux prétendans, avoit mandé au Duc de Montpenſier de ne point venir, & il ne s'y trouva pas.

Les Guiſes jugerent à propos que leur niéce la Reine Marie d'Ecoſſe, veuve

---

norum repetitiones pluſquam omnes averſabatur. Honoratus etiam Sabaudus Villarius Comes, maris Præfecto infenſus, apud Conſtabularium inſtitit ut ad partes Catholicas accederet. Omnes ſimul eo adduxerunt illum, ita ut nequidquam obſiſtentibus primogenito ſuo & Caſtellionibus ſororis filiis, cum Guiſio Duce & cum Santandreano ſocietate jungeretur; quam ſocietatem Triumviratum Hugonoti vocarunt.

Les mêmes. Diſputationes circa religionem quotidie augebantur. Concionatores enim Catholici, ex alteraque parte Miniſtri, auditores ſuos uſque adeo concitabant, ut hinc Papiſtas, inde Hugonotos paſſim derideri ac morderi audiviſſes. Tanta diſſenſio ubique locorum ſuborta, bellum civile portendere videbatur, quod malum ut præverteretur, ex Conſilio Regio emiſſum Edictum fuit, quo talia maledicta & nomina utriſque prohibebantur, juſſumque fuit ut iis qui religionis cauſa in carcere eſſent, libertas daretur. Libertas item data iis qui eadem de cauſa ex Regno exiiſſent, in patriam redeundi & bona ſua recuperandi, dum Catholici fierent, vel ſi nollent bona vendendi ſua licentia ipſis dabatur. Edictum iſtud non ad Curiam Senatûs miſſum; ſed ſtatim publicatum fuit. Interceſſit Senatus & graviter apud Regem conqueſtus eſt. Rem non multum curaviſſe videbatur aula regia, Edictum non bene ceſſit, malumque magis ac magis auctum fuit.

Les mêmes. Rex poſtea Remos inaugurationis cauſa cum tota regia aula profectus eſt. Circa conſeſſus ordinem diſceptatio fuit Guiſium Ducem inter & Rothelinam Marchioniſſam, quæ ſedata fuit. Alia ſuborta contentio eſt Guiſium inter & Montpenſerium Duces: Hic quippe ut ſanguinis regii Princeps Guiſium præcedere volebat, contendebatque Guiſius, ſe ut magnum Cambellanum ipſi præiturum eſſe, idque obtinuit, ſeditque, ut putarunt aliqui, inter Navarræum & Montpenſerium: at Brantomius, qui aulam regiam *Brantôme.* illius temporis apprime norat, dicit Montpenſerium cum Remos pergeret, ut poſt Regem Navarræ ſederet, a Regina matre, magnam contentionem prævertente, juſſum fuiſſe gradum ſiſtere, nec Rhemos veniſſe.

Brantôme. Guiſii e re fore putavêre, ut Maria Scotiæ Regina ſororis ſuæ filia, quæ uxor fuerat Franciſci II. Regis

de François II. s'en retournât en Ecoſſe. Le Royaume étoit en trouble, & ils crurent que ſa préſence y étoit neceſſaire. Elle quitta la France à ſon grand regret, & fut conduite par ſes oncles juſqu'à Calais, où elle s'embarqua. Le Duc de Guiſe revint à la Cour. Le Prince de Condé y étoit alors; & le Roi à l'inſtigation de Catherine ſa Mere, voulut accorder ces deux Princes. Le Duc de Guiſe proteſta qu'il n'avoit eu aucune part à ſon empriſonnement. On les obligea de s'embraſſer, & de ſe promettre foi & amitié, & il en fut dreſſé un acte. 1561.

Les Etats qui avoient commencé de ſe tenir à Orleans, avoient été renvoiez au mois de Mai ſuivant. Mais il ſurvint tant de nouvelles affaires, qu'on fut obligé de les differer, & on les indiqua à Pontoiſe pour le mois de Juillet ſuivant. Ils furent pourtant commencez à ſaint Germain en Laye. Le Roi y aſſiſta aſſis ſur ſon thrône, aiant ſa mere à la gauche, & ſa ſœur à côté d'elle un peu plus bas, & encore plus bas le Roi de Navarre. Au devant d'eux ſur deux eſcabelles étoient aſſis à droite le Connétable, & à gauche le Chancelier de l'Hôpital. Il y eut une diſpute entre les Cardinaux & les Princes du Sang. Ceux-ci prétendirent qu'ils devoient avoir ſéance devant eux. Pluſieurs des Cardinaux ſoutinrent le contraire. La concluſion fut que le Cardinal de Bourbon comme Prince du Sang, s'aſſit auprès du Roi de Navarre ſon frere; les Cardinaux d'Armagnac & de Châtillon cederent le rang aux Princes, & les Cardinaux de Tournon, de Lorraine & de Guiſe, ſe retirerent avec indignation. Etats tenus à Pontoiſe.

Le Chancelier fit l'ouverture en déclarant que le Roi les avoit fait aſſembler afin que chacun des trois Etats dît ſon ſentiment ſur les affaires propoſées. Celui qui parla pour le tiers Etat, s'étendit beaucoup ſur les deſordres du Clergé de France, ſur l'ignorance des Eccleſiaſtiques, & ſur leur vie dereglée, cauſe des malheurs du Royaume. Il dit qu'il falloit taxer les Eccleſiaſtiques & les Moines à de groſſes ſommes, & ſoulager en même tems le pauvre peuple accablé d'impôts. Qu'il falloit laiſſer aux Huguenots la liberté de Religion, leur accorder des Temples, & aſſembler un Concile National, où ſeroient appellez les Miniſtres pour y rendre raiſon de leur doctrine.

Celui qui parla pour la Nobleſſe remit ſur le tapis la propoſition faite cidevant, de faire une reviſion des dons immenſes que les Rois avoient faits

---

in Scotiam remigraret, cum Regnum illud turbis agitaretur, putavêre illius præſentiam ibi requiri. Ægre illa Franciam reliquit, & Guiſiis comitantibus, *La Popelinière.* Caletum ſe contulit, ibique navem conſcendit. Dux vero Guiſius in aulam regiam reverſus eſt. Aderat tunc *Thuanus.* Princeps Condæus: Rex vero inſtigante Catharina matre, ambos in concordiam reduci voluit. Conteſtatus eſt Guiſius ſe illius in carcerem conjiciendi nullo pacto auctorem fuiſſe. Rege autem jubente, ſe mutuo amplexi, ſinceram fidem, mutuamque amicitiam polliciti ſunt: cujus rei documentum publicum conſcriptum eſt.

Les mêmes. Comitia quæ Aureliani cœperant, ad Maium ſequentem remiſſa fuerant: at tot intervenere negotia ut ea differre neceſſarium fuerit, & ad Julium ſequentem Pontiſaram indicta fuere, tamenque in fano Germani in Laia cœpta fuere. Rex in ſolio ſedens, matrem a ſiniſtris habuit, & ſororem eodem latere in gradu inferiori, & demiſſiore adhuc Regem Navarræ. Ante illos in ſcabellis ſedebant ad dexteram Conſtabularius; ad ſiniſtram Cancellarius. Circa conſeſſus ordinem contentio fuit Cardinales inter & regii ſanguinis Principes: hi dicebant ſibi juseſſe ante illos ſedendi, Cardinales vero contra ſtabant. Diſceptatio autem hoc ritu compoſita eſt: Cardinalis Borbonius, ut regii ſanguinis Princeps, prope fratrem Regem Navarræ ſedit; Cardinales vero Armeniacenſis & Caſtellionæus priores ſedes conceſſere Principibus; at Turnonius, Lotharingus & Guiſius Cardinales indignati receſſeruut.

Cancellarius paucis præfatus eſt, dixitque Regem comitia habere, ut ex tribus Ordinibus quiſque ſuam de propoſitis negotiis ſententiam diceret. Qui pro plebe loquutus eſt, in Sacri Ordinis corruptos mores acerba oratione invectus eſt, in Sacerdotum ignorantiam, depravatamque vitam infortuniorum omnium cauſam. Dixit grandes exigendas eſſe ab Eccleſiaſticis & Monachis ſummas, & plebem vectigalium mole obrutam allevandam eſſe. Hugonotis religionis libertatem, & templa eſſe concedenda, & nationale Concilium cogendum, ac Miniſtri advocandi, ut doctrinæ ſuæ rationem darent.

Qui pro Nobilitate loquutus eſt, de repetitione immenſorum donorum a præcedentibus Regibus fac-

1561. pour faire rendre gorge à ceux qui en avoient été gratifiez ; & dit qu'il falloit auſſi faire rendre compte à ceux qui avoient fait la levée des deniers du Roi, ou qui avoient eu l'adminiſtration des finances. Il encherit enſuite ſur ce que l'Orateur du tiers Etat avoit dit au ſujet des Eccleſiaſtiques & des Moines. Cela fit que le Clergé qui parla le dernier, pour prévenir les deſſeins de gens qui les ménageoient ſi peu, offrit au Roi quatre décimes dans ſix ans : après quoi on n'inſiſta plus contre eux. Pour les affaires de Religion, on indiqua une Conference qui devoit ſe tenir à Poiſſi.

Lettre de la Reine Mere au Pape.

Avant le *Colloque* de Poiſſi, la Reine Mere, qui par un trait de politique faiſoit ſemblant de pancher vers le parti Huguenot, écrivit au Pape, & lui marqua que le parti de ces nouveaux Religionnaires s'étoit ſi fort augmenté en nombre & en puiſſance, qu'il ne falloit plus penſer à les réduire ou par autorité, ou par la force des armes ; mais qu'il y avoit quelque eſperance de les réunir à l'Egliſe Catholique en faiſant des aſſemblées d'Evêques, de Docteurs & de Miniſtres, qui pourroient amiablement convenir avec ces nouveaux Reformez, en retranchant certaines choſes qui s'étoient introduites dans le Chriſtianiſme, & qu'on pouvoit ôter ſans intereſſer la Religion ; qu'il n'y avoit point d'inconvenient de traduire la Bible en François, ni de chanter les Pſeaumes en cette Langue. Le Pape fut effraié de cette Lettre, il crut qu'on ſe diſpoſoit en France à tenir un Concile National : c'étoit la choſe du monde qu'il craignoit le plus. Il avoit indiqué le Concile General à Trente ; & comme ce n'étoit pas par inclination qu'il s'étoit déterminé à le celebrer, il agiſſoit fort mollement, & differoit de jour en jour ; mais cette Lettre de la Reine l'aiguillonna tellement, qu'il commença d'abord à inviter les Evêques qui devoient y aſſiſter.

Le Colloque de Poiſſi.

Après cela ſe fit l'aſſemblée qu'on appelle le Colloque de Poiſſi : douze des plus fameux Miniſtres s'y rendirent, l'un deſquels étoit Theodore de Beze. Il en vint depuis encore deux autres, Jean de l'Epine qui avoit quitté l'Ordre des Dominiquains pour ſe faire Proteſtant, & Pierre Martyr, Miniſtre celebre de Zuric. Du côté des Catholiques il ſe trouva dans cette aſſemblée ſix Cardinaux, de Bourbon, de Tournon, de Châtillon, de Lorraine, d'Armagnac & de Guiſe, & environ quarante Evêques accompagnez des plus habiles Theologiens. Pluſieurs de ces Theologiens voulurent perſuader à la Reine Mere de ne pas per-

---

torum orationem habuit, ut ab iis qui nimias ſummas acceperant, reſtitutio exigeretur, parique cura rationem ab iis poſtulandam eſſe, qui rem æràriam adminiſtraverant, vel vectigalia collegerant. Tum etiam contra Sacrum Ordinem & Monachos pluſquam is qui præceſſerat, debacchatus eſt. Inde factum ut Sacer Ordo, qui poſtremus verba fecit, quo adverſantium ſibi molimina præverteret, Regi quatuor decimas intra ſex annorum ſpatium obtulerit, poſteaque nihil ulterius contra illum actum fuit. Pro Religionis negotio indictum colloquium fuit Poſſiaci habendum.

La Popeliniere. Thuanus.

Ante colloquium illud Poſſiacenum, Catharina, quæ ad Hugonotos nonnihil inclinare arte ſimulabat, Summo Pontifici ſcripſit, ipſique ſignificavit, novæ Religionis cultores uſque adeo numero & potentia creviſſe, ut nec auctoritate, nec armorum vi ipſos reduci poſſe ultra ſperaretur ; ſed ſpem eſſe ipſos ad Eccleſiam Catholicam revocari poſſe, ſi Epiſcopi, Doctores & Miniſtri unà convocarentur, qui amice cum novis illis reformatis convenirent, quædam amputando quæ in Chriſtianiſmum invecta fuerant ; quæque poterant intacta Religione amoveri ; ſine periculo poſſe Biblia Sacra in Gallicum idioma converti, & Pſalmos eadem lingua cantari. Immane quantum Summus Pontifex his literis exterritus ſit ; putavit enim Concilium nationale in Gallia brevi celebrandum eſſe, quod ipſe admodum metuebat. Generale Concilium Tridentini indixerat ; ſed quia non ſponte ſua ad illud cogendum animum appulerat, negligenter ille agebat & in dies procraſtinabat : at Reginæ literis ſtimulatus, ſtatim Epiſcopos ut illò convenirent invitavit.

La Popeliniere. Thuanus.

Cœpit poſtea colloquium Poſſiacenum dictum. Duodecim ex celebrioribus Miniſtris illò venerunt, ex quorum numero erant Theodorus Beza. Iis adjuncti ſunt Joannes Spina, qui abjurato Dominicano Ordine, ad Proteſtantes deſciverat, & Petrus Martyr Tiguri Miniſter celebris. Ex Catholicorum parte colloquio interfuere ſex Cardinales, Borbonius, Turnonius, Caſtellionæus, Lotharingus, Armeniacus, Guiſius & quadraginta circiter Epiſcopi cum delectis Theologis. Ex Theologis illis plurimi Reginæ matri

mettre que les Miniſtres Proteſtans parlaſſent & étalaſſent leur doctrine dans l'aſſemblée, ou du moins de ne pas ſouffrir qu'ils le fiſſent en preſence du Roi, n'étant pas à propos que dans une ſi grande jeuneſſe il entendît de la bouche de ces Miniſtres des diſcours ſi contraires à la Foi Catholique. Rien ne ſe fera, répondit-elle, que de l'avis du Conſeil, ſans s'expliquer davantage. 1561.

Le Roi dit en peu de mots pour quelle raiſon il avoit fait aſſembler un ſi grand nombre de gens de l'un & de l'autre parti : & le Chancelier prenant la parole, les exhorta de parler avec moderation, de ne point s'animer les uns contre les autres, & d'écouter tranquilement les raiſons qu'on apporteroit comme font ceux qui cherchent ſincerement la verité. Le Cardinal de Tournon qui parla après lui, approuva tout ce que le Chancelier venoit de dire. Theodore de Beze prit enſuite la parole : il expliqua ſes ſentimens avec liberté ; & venant à parler de l'Euchariſtie, il garda ſi peu de meſures, qu'il dit hardiment que le Corps de Jeſus-Chriſt eſt auſſi éloigné du pain & du vin, que le ciel l'eſt de la terre. A ces paroles les Cardinaux & les Prélats aſſemblez fremirent, & le Cardinal de Tournon qui prit la parole dit avec beaucoup d'indignation, que c'étoit contre ſon gré qu'on avoit conſenti à une conference avec ces nouveaux Evangeliſtes, & qu'ils avoient ainſi débité leurs blaſphêmes en preſence du Roi. Il pria Sa Majeſté de ne point faire attention ſur ce que ce Miniſtre venoit de dire ; mais d'attendre à porter ſon jugement juſqu'à ce que les Prélats & les Théologiens Catholiques auroient parlé, & lui auroient donné moyen de diſtinguer la verité du menſonge.

Paroles de Theodore de Beze.

Theodore de Beze vit bien qu'il en avoit trop dit. Il écrivit à la Reine, & lui marqua que le peu de tems qu'il avoit eu l'avoit empêché d'expliquer ce qu'il avoit avancé. Il tâchoit de l'adoucir dans ſa lettre : de maniere pourtant qu'après l'explication donnée, le tout revenoit à la propoſition qu'il avoit avancée la premiere fois. Les Prélats & les Théologiens après avoir déliberé enſemble, reſolurent qu'on ne traiteroit à l'avenir dans ces Conferences que deux points ; ſçavoir ce que c'étoit que l'Egliſe, & comment on devoit expliquer la Cene. La conference ſuivante, fut renvoyée à la mi-Septembre. Le Roi, la Reine Mere & le Roi de Navarre y aſſiſterent. Les autres s'y trouverent en bien moindre nombre qu'auparavant. Le Cardinal de Lorraine y fit un long diſcours où il parla fort ſavamment & éloquemment ſur l'infaillibilité de l'Egliſe, ſans l'autorité

ſuadebant, ut ne Miniſtros illos ſineret in cœtu, vel ſaltem ante Regem doctrinam ſuam patefacere, cum non expediret tam juvenem Principem, doctrinam Catholicæ ita contrariam auribus percipere. Nihil reſpondit illa, niſi conſilio noſtro annuente, admitteretur, nec magis mentem aperuit ſuam.

Rex paucis dixit qua de cauſa tot utriuſque partis viros convocarit. Cancellarius vero Regem excipiens, hortatus illos eſt ut moderate loquerentur, ut contumaciam vitarent, tranquilloque animo argumenta hinc & inde exciperent, uti ſolent ii qui veritatem ſincere quærunt. Cardinalis Turnonius qui poſtea loquutus eſt, quæ Cancellarius dixerat confirmavit. Tum Theodorus Beza orſus eſt, ſententiamque ſuam libere explanavit ; imo cum de Euchariſtia verba fecit, nullum ſervans modum audacter dixit, Corpus Jeſu-Chriſti tam procul a pane & vino eſſe, quam cælum a terra. Ad hæc Cardinales omnes & Epiſcopi congregati infremuere ; Turnonius vero Cardinalis indignatus dixit ſe invito, tale cum novis Evangeliſtis colloquium admiſſum fuiſſe, ipſoſque ſic blaſphema ſua dicta coram Rege protuliſſe. Carolum vero rogavit, ut ne Miniſtri dictis attenderet ; ſed judicium ferre deſiſteret, donec Epiſcopi atque Theologi loquuti eſſent, ipſumque veritatem a mendacio diſtinguere docuiſſent.

Vidit Theodorus Beza ſe plura quam par erat dixiſſe, Reginæ matri ſcripſit, ipſique ſignificavit, ſe anguſtia temporis compulſum, ea quæ dixerat explicare non potuiſſe, id in epiſtola ſua mitius exprimere ſatagebat, ita tamen ut poſt explanationem eódem rediret ſententia. Epiſcopi & Theologi poſtquam ſimul deliberaverant, decrevere, nonniſi de duobus articulis deinceps in colloquiis agendum eſſe, quærendumque quidnam eſſet Eccleſia, & quomodo explicanda cœna eſſet. Adfuere colloquio Rex, Regina & Navarræus. Alii longe minori quam antea numero interfuere. Cardinalis Lotharingus longam orationem habuit, ubi docte eleganterque de Eccleſiæ infallibilitate, ſine cujus auctoritate nihil certum,

La Papeſſe mere. Tom. xxi.

1561. de laquelle il n'y a rien de ſûr ni de ferme dans la Religion, & ſur le Myſtere de l'Euchariſtie. Il conclut en diſant, que ſi les ſentimens des Proteſtans étoient tels que Beze venoit de les expliquer, il ne falloit point eſperer de paix ni de concorde, puiſqu'ils étoient auſſi éloignez des Catholiques que la terre l'eſt du ciel. Le Cardinal de Tournon ſe leva enſuite, & loüant le Cardinal de Lorraine, il dit au Roi qu'il étoit prêt de ſouſcrire à tout ce qu'il venoit de dire; les autres Prélats & Docteurs parlerent de même.

Les Miniſtres qui voioient que l'affaire traînoit en longueur, prierent le Roi de permettre qu'ils euſſent quelque conference à l'amiable avec les Evêques ſur les points conteſtez, n'étant pas raiſonnable qu'aiant été convoquez pour cela, ils ſe ſeparaſſent ſans entrer en matiere. Les Evêques de Valence & de Sées qu'on accuſoit de les favoriſer dirent au Roi qu'il ſeroit honteux aux Catholiques, après que le Roi avoit ainſi convoqué les Proteſtans de refuſer de conferer avec eux. On renouvella les conferences. Beze parla le premier. Le Docteur d'Eſpenſe lui répondit fort moderément, cherchant les moiens de concilier les partis, s'il ſe pouvoit. On fit enſuite de part & d'autre diverſes formules de foi touchant l'Euchariſtie, qui ne ſervirent qu'à prouver l'impoſſibilité de concilier des ſentimens ſi oppoſez, chacun demeurant ferme dans ſon opinion.

Le Cardinal de Lorraine propoſe la Confeſſion d'Auſbourg.

Le Cardinal de Lorraine dit à Beze, ſi lui & ſes compagnons ne voudroient pas bien ſigner la Confeſſion d'Auſbourg. Beze lui demanda s'il parloit au nom de tous les Prelats & Docteurs de l'aſſemblée, & s'ils voudroient bien eux-mêmes la ſigner. Sans répondre à cela le Cardinal continua ſes inſtances; & Beze lui repliqua que lui & les autres Miniſtres n'avoient été envoiez que pour faire leur Confeſſion de foi & la défendre, & qu'ils n'excederoient point leurs pouvoirs. Il ſembloit aux allures du Cardinal de Lorraine, qu'il voulût admettre ou faire paſſer cette Confeſſion. Il vint en effet d'Allemagne quelques Miniſtres qui arriverent à Paris, où l'un d'eux mourut de la contagion; les autres s'y arrêterent juſqu'à ce que le Colloque fût terminé.

On recommença les conferences: Beze parla avec vehemence contre les mouvemens, les brigues & les preſens donnez par les Eccleſiaſtiques pour parvenir à l'Epiſcopat. Les choſes s'aigrirent ainſi de part & d'autre; & dans le même tems Hippolyte d'Eſt Cardinal de Ferrare, Legat du Pape Pie IV. en-

---

firmum nihil in Religione fuerit, deque myſterio Euchariſtiæ. Concluſit autem aſſerendo, ſi talis Proteſtantium opinio eſſet, qualem Beza explicaverat, nullam ſperandam eſſe pacem vel concordiam, cum illi a Catholicis tantum diſtarent quantum cælum a terra. Surrexit poſtea Cardinalis Turnonius, Regique dixit ſe libenter ſubſcripturum eſſe iis quæ Lotharingus dixerat. Alii quoque Epiſcopi & Doctores idipſum loquuti ſunt.

Miniſtri cum procraſtinatione tempus duci viderent, Regem rogarunt ſibi liceret cum Epiſcopis de controverſis rebus colloqui, cum contra rationem videretur eſſe, ſe ad eam rem convocatos, ſine colloquiis abſcedere. Epiſcopi vero Valentinus & Sagienſis, qui quod hæreticis faverent, in ſuſpicionem vocabantur, Regi dixerunt, dedecus Catholicis fore, ſi cum Proteſtantes Rex advocaſſet, cum ipſis colloqui dubitarent. Colloquia igitur renovata ſunt. Beza prior loquutus eſt. Eſpencæus moderate ipſi reſpondit, modum quærens partes concilian ſi, ſi fieri poſſet. Poſtea vero multæ fidei formulæ utrinque adornatæ ſunt circa Euchariſtiam, queîs id ſolum probatum eſt, non poſſe tam diſparatas ſententias conciliari, cum quiſque in ſua ſententia perſtaret.

Cardinalis Lotharingus Bezæ dixit, an ipſe & ſocii ſui Confeſſioni Auguſtanæ ſubſcribere parati eſſent. Quæſivit Beza an ipſe Epiſcoporum & Doctorum nomine loqueretur, & an ipſi eidem ſubſcribere parati eſſent. Non ad hæc reſpondit Lotharingus, ſed interrogando inſtitit. Reſpondit Beza ſe & alios Miniſtros, nonniſi ut confeſſionem fidei ſuam exponerent defenderentque miſſos fuiſſe, nec ultra quam juſſi fuerant, facturos eſſe. Videbatur Cardinalis Lotharingus iſtam Confeſſionem admitti velle: & vere quidam ex Germania Miniſtri Lutetiam venerunt, quorum unus contagioſa lue periit, aliique ibidem manſere, donec colloquium finitum eſt.

Colloquia denuo habita ſunt. Beza vehementer inſectatus eſt artificia Sacerdotum, artes, munera, ut ad Epiſcopatum pervenirent oblata, atque ita ſe illi mutuo inceſſebant. Interea Hippolytus Atteſtinus Cardinalis Ferrarienſis, Pii IV. Papæ Legatus, in

voia à cette Aſſemblée Jâques Lainés General des Jéſuites, qui ſe déchaîna contre ces Proteſtans, les appellant, Singes, Renards & Monſtres, & dit qu'il falloit les envoyer au Concile indiqué par le Pape. Il reprit enſuite la Reine Mere, de ce qu'elle vouloit prendre connoiſſance de ces affaires de Religion ſi importantes, ce qui n'appartenoit qu'au Pape, aux Cardinaux & aux Evêques. Elle en fut piquée au vif; mais elle diſſimula en conſideration du Cardinal de Ferrare. Il ſe fit encore pluſieurs propoſitions d'accommodement : on dreſſa de part & d'autre des Confeſſions de Foi : mais le moyen d'en faire une qui pût être acceptée de deux partis, dont les ſentimens étoient ſi oppoſez ? Les conferences furent enfin rompuës, & ainſi finit cette aſſemblée. 1561.

Le Colloque de Poiſſi fut repreſenté vers le même tems en eſtampe, tel que nous le donnons ici. Il fut tenu dans le Refectoir des Religieuſes de Poiſſi. Le Roi ſe voit au haut de la planche, aiant la Reine Mere à ſa gauche. A la droite du Roi eſt le Prince Alexandre ſon frere qui fut depuis appellé Henri. On le nomme dans l'eſtampe Monſieur. A ſa droite ſur la même ligne eſt le Roi de Navarre : A la gauche de la Reine Mere eſt Madame ; ainſi appelle-t-on la Princeſſe Marguerite ſœur du Roi ; & à ſa gauche ſur la même ligne, la Reine de Navarre. Les Princes du Sang & puis les Seigneurs occupent les rangs de derriere. Ceux qui compoſoient le reſte de l'Aſſemblée ſont deſignez dans la planche même. Les douze Miniſtres des Reformez en robe longue ſe tiennent debout, tandis que tous les autres ſont aſſis. Beze parle actuellement à l'Aſſemblée. PL. XVI.

Dès-lors les Miniſtres Huguenots prêcherent publiquement par-tout, enſorte que ces Colloques & ces Conferences firent plus de mal que de bien. La Cour ſe trouva auſſi diviſée. La Reine, ſuivant l'avis de Montluc Evêque de Valence, ſouhaitoit de porter les Miniſtres François de ſouſcrire à la Confeſſion d'Auſbourg. Le Roi de Navarre & le Chancelier de l'Hopital étoient du même ſentiment. Ils avoient fait venir du Palatinat & de Wirtemberg des Miniſtres Allemans pour faire cette aſſociation, & le Cardinal de Lorraine, homme ambitieux, donnoit aſſez dans ce deſſein chimerique, ſuivant lequel, s'il avoit pû réuſſir, il ſe ſeroit formé trois partis dans le Roïaume, au lieu de deux. Mais il ſe raviſa depuis, & changeant de ſentiment, il fut toûjours également

---

cœtum illum miſit Jacobum Laïnem Jeſuitarum Præpoſitum Generalem, qui in Proteſtantes acriter invectus eſt, ſimios, vulpes & monſtra vocans, dixitque illos ad Concilium a Summo Pontifice indictum eſſe mittendos. Reginam vero increpuit, quod reſtanti momenti Religionem ſpectantes decernendas ſuſciperet, id quod ad Summum Pontificem tantum, Cardinales & Epiſcopos pertineret. Hæc Catharina impatienter tulit; ſed ob Cardinalis Ferrarienſis reverentiam indignationem compreſſit. Pro rebus componendis alia quoque tentata ſunt; plurimæ fidei confeſſiones propoſitæ fuere; ſed nullo pacto aliqua poterat tam diſparatis Religionibus unà competere. Conventus demum ceſſavêre, & hic finis fuit Colloquii.

Hoc Colloquium eo ipſo tempore in tabula inſculptum delineatumque fuit, ut hic proferimus. In Refectorio autem Monialium habitus eſt. Rex in ſuperna tabulæ parte viſitur ſedens, & ad ſiniſtram ejus ſedet Regina mater ipſius. Ad dexteram Regis eſt Alexander frater ejus, qui poſtea Henricus appellatus eſt, ad cujus dexteram eadem linea eſt Rex Navarræ. Ad ſiniſtram Reginæ matris eſt Margarita Regis ſoror, & ad ſiniſtram iſtius Regina Navarræ. Regii ſanguinis Principes, poſteaque Proceres, poſteriores ordines occupant. Qui in conſeſſum admiſſi fuere, ſuis in locis deſignantur in tabula. Duodecim Miniſtri Reformatorum oblonga veſte ſtant, dum cæteri omnes, qui ad colloquium convenere, ſedent.

Exinde vero Hugonotorum Miniſtri publice ubique concionati ſunt : hæcque colloquia plus damni quam commodi importavere. Aula quoque regia in varias ſententias diſtracta fuit. Catharina, ſuadente Monlucio Epiſcopo Valentino, Miniſtros Francorum eo deducere peroptabat, ut Auguſtanæ Confeſſioni ſubſcriberent. Rex Navarræ & Hoſpitalius Cancellarius ejuſdem erant ſententiæ, eaque de cauſa a Palatino & Virtembergico Miniſtros ſibi mitti curaverant. Cardinalis quoque Lotharingus, vir ambitioſus, hanc & ipſe quoque futilem ſententiam amplecti videbatur, quæ ſi admitti potuiſſet, tria pro duobus in Regno Religionum divortia futura erant. Verum poſtea ille ſententia mutata, utramque ſectam æque impu- *La Popeliniere. Thuanus.*

1561. opposé aux deux Sectes. Après le départ des Ministres, les Evêques furent envoiez au Concile de Trente, comme nous dirons plus bas.

La nouvelle de ces Conferences avec les Ministres Huguenots étant venuë en Espagne, le Roi Philippe en témoigna une grande indignation. La Reine Mere pour se racommoder avec lui, y envoya Montberon avec l'Aubepine, Evêque de Limoges. Ils eurent difficilement audience. Le Roi Philippe les renvoia au Duc d'Albe, qui leur dit d'un ton menaçant, que le Roi son Maître seroit enfin obligé de porter la guerre en France pour exterminer les Heretiques, & délivrer son beaufrere Charles de cette nouvelle Secte qui troubloit son Roiaume, & mettoit la Religion en péril, & que plusieurs Catholiques François le sollicitoient de le faire. Montberon qui avoit ordre de parler au Roi Philippe de la restitution de la Navarre à Antoine de Bourbon, s'acquitta aussi de cette commission. Mais on lui répondit qu'Antoine de Bourbon ne devoit rien esperer du Roi d'Espagne, à moins qu'il ne changeât de conduite & qu'il ne prît les armes contre le Prince de Condé & contre les Colignis, qui soutenoient l'Heresie.

Par le rapport que firent Montberon & l'Aubepine à leur retour, on apprit que bien des gens du parti Catholique, & même des Seigneurs de la Cour, sollicitoient le Roi d'Espagne de porter la guerre en France pour détruire l'Huguenotisme. On avoit surpris peu de tems auparavant à Orleans, un Prêtre nommé Artus Didier, qui de l'avis de quelques Docteurs de Sorbonne, alloit en Espagne pour la même affaire. On l'amena à la Reine Mere, & on l'interrogea sur le sujet de son voïage, sur ceux qui l'envoioient ou participoient à l'affaire dont il étoit chargé. Il en nomma tant & de si grands, qu'on jugea à propos de supprimer l'interrogatoire. On l'obligea à faire amende honorable, la torche au poing, la tête & les pieds nuds; & on l'enferma dans une Chartreuse, d'où il s'échappa depuis.

Theses de Tanquerel Bachelier de Sorbonne.

Au même tems Jean Tanquerel Bachelier de Sorbonne soutint des Theses, où on lisoit cette proposition: que le Pape seul Vicaire de Jesus-Christ, & Monarque de l'Eglise, pouvoit détrôner les Rois s'ils lui étoient desobéissans. Cette matiere paroissoit beaucoup plus perilleuse en ce tems qu'en un autre, le Chancelier donna ordre à un Président & à deux Conseillers de rapporter l'affaire au

---


gnabat. Post Ministrorum discessum Episcopi in Tridentinum Concilium missi sunt, ut infra dicetur.

Les mêmes. Postiaceni colloquii fama in Hispaniam perlata, Philippum Regem admodum commovit. Catharina vero, ut illum placaret, Monberonium illò misit cum Albaspinæo Episcopo Vindocinensi. Vix admissos illos Rex ad Albanum Ducem misit, qui minas intentantis more dixit, Regem Philippum bellum tandem in Galliam inferre compellendum fore, ut Hæreticos deleret, & cognatum suum Carolum Regem liberaret a novæ sectæ conatibus, qui Religionem in magnum discrimen conjiciebant. Plurimosque Catholicorum Francorum se ad illud suscipiendum bellum cohortari. Monberonius qui jussus fuerat cum Philippo agere de restituenda Antonio Borbonio Navarra, hanc etiam rem proposuit: at responsum ipsi fuit nihil Borbonio sperandum a Rege Philippo esse, nisi bellum contra Condæum fratrem & contra Colinios, qui hæresi favebant, susciperet.

Les mêmes. Ex iis quæ reversi Monberonius & Albaspinæus retulere, compertum fuit multos Catholicorum etiamque aulæ regiæ procerum, Regem Philippum cohortatos esse, ut bellum in Franciam ad eliminandam hæresim inferret. Interceptus paulo ante fuerat Aureliani Sacerdos quidam nomine Arturus Desiderius, qui ex Sorbonicorum quorumdam Theologorum consilio, in Hispaniam ea de causa proficiscebatur. Ad Reginam ille matrem ductus, & de suscepti itineris causa interrogatus, deque iis qui ipsum mittebant, & in partem negotii hujusce veniebant, tot tantosque Proceres nominavit, ut interrogationem supprimere visum fuerit. At Desiderius in genua procumbens, tædamque ardentem tenens, nudis pedibus veniam petere coactus, atque in Cartusianorum cœnobium inclusus, inde postea elapsus est.

Les mêmes. Eodem tempore Joannes Tanquerellus Baccalaureus Sorbonicus theses quasdam proposuit, ubi hæc propositio ferebatur: *Papam solum Christi Vicarium & Ecclesiæ Monarcham, Reges si rebelles sibi essent, posse ex solio regio dejicere*; quæ res in medium adducta, isto maxime tempore periculosa erat. Jussit Cancellarius Præsidem quemdam & Senatores duos rem ad

LE COLLOQUE DE POISSI L'AN 1561.



Parlement. Tanquerel qui s'étoit évadé, fut condamné en l'amende. En ſon abſence le Bedeau de l'Univerſité fit au nom de Tanquerel abſent, une retractation en preſence de tous les Docteurs, qui furent obligez de s'y trouver ſur peine de perdre leurs privileges. Ils declarerent qu'ils ſeroient toujours obéiſſans en ce point aux ordres du Roi & du Parlement. 1561.

Le Pape Pie IV. qui avoit juſqu'alors differé le Concile General, perſuadé enfin par Coſme Duc de Florence, & de crainte auſſi que s'il differoit davantage, on n'aſſemblât un Concile National en France, indiqua le Concile General & Œcumenique à Trente, qui avoit été commencé ſous Paul III. & continué ſous Jules III. mais diſcontinué depuis à cauſe des guerres. Le tems marqué fut le jour de Pâques de l'an 1562. Il exhortoit tous les Prélats de s'y trouver, & les Princes d'y envoïer leurs Ambaſſadeurs. Concile de Trente.

La Cour de France fut alors diviſée; quelques-uns perſuadez que le Pape étoit trop attentif à ſes interêts particuliers pour aſſembler un Concile General, vouloient qu'on en aſſemblât un National. Les Guiſes qui croioient avec raiſon que la Religion periclîteroit beaucoup ſi l'on aſſembloit un Concile National, s'y oppoſoient de tout leur pouvoir; & voiant que la brigue étoit forte de l'autre côté, ils agirent auprès du Roi d'Eſpagne, qui députa Antoine de Tolede à la Reine Mere, pour la preſſer d'envoier les Evêques & les Théologiens de France au Concile General, & de ne plus penſer au National. Jean Manriquez qui fut ſubſtitué à Antoine de Tolede, mena l'affaire avec plus d'adreſſe & de ſuccès. Il vit que le Roi de Navarre étoit le plus grand obſtacle à ſes deſſeins: il emploia toute ſon induſtrie à le gagner & à le faire tourner du côté des Guiſes. Il lui fit propoſer premierement de répudier ſa femme Jeanne d'Albret, ce qu'il pouvoit faire, diſoit-il, legitimement, parce qu'elle étoit de la Secte des nouveaux Religionnaires, & qu'on lui feroit épouſer Marie Reine d'Ecoſſe, qui lui apporteroit avec l'Ecoſſe, ſon droit ſur le Roiaume d'Angleterre, & que le Roi d'Eſpagne lui donneroit pour compenſation de la Navarre qu'il retenoit, le Roiaume de Sardaigne.

Le Navarrois ne pouvant ſe reſoudre à répudier ſa femme, on lui promit l'Iſle de Sardaigne la plus fertile, diſoient-ils, & la plus peuplée de la mer Mediterranée après la Sicile; à laquelle on ajoutoit encore le Roiaume de Tunis.

Senatus Curiam deferre. Tanquerellus ad mulctam honorariam damnatus fuit, cumque ipſe aufugiſſet, Apparitor Facultatis Theologicæ ejus nomine theſim abjuravit coram Doctoribus omnibus, qui rei adeſſe compulſi ſunt, indicta, ſi abeſſent, privilegiorum abrogatione. Se autem ea in re & Regi & Senatui obſequuturos ſemper fore polliciti ſunt.

Pius IV. Papa, qui hactenus Concilium Generale diſtulerat, ſuadente Coſmo Florentino Duce, metuenſque ne Nationale Concilium in Gallia celebraretur, Concilium Generale Tridenti celebrandum indixit, quod cœptum jam fuerat ſub Paulo III. & ſub Julio III. continuatum, poſtea bellorum cauſa ceſſaverat, die Reſurrectionis Dominicæ proximo inchoandum. Epiſcopos omnes ut eo ſe conferrent hortabatur, & Principes ut Oratores illò mitterent.

La Popeliniere. Thuanus. In aula tunc Francica diſſenſio quædam fuit, quidam putantes Summum Pontificem, rebus ſuis intentum, Concilium Generale aliud in tempus amandaturum eſſe, volebant Nationale cogi. Guiſii vero qui jure putabant Concilium Nationale non ſine Religionis periculo cogi poſſe, obſiſtebant omnino; cumque viderent contrariam factionem invaleſcere, ad Hiſpaniæ Regem confugerunt. Philippus Antonium Toletanum ad Catharinam Reginam miſit, qui illam vehementer urgeret, ut quamprimum Epiſcopos ac Theologos ad Concilium Generale mitteret, nec de Nationali ultra cogitaret. Joannes Manrices, qui Toletano ſubſtitutus fuit, rem cum majori arte & dexteritate tractavit. Vidit ille Regem Navarræ magnum ſibi obicem fore, omnemque induſtriam illò convertit ut ipſum ad Guiſiorum partes traheret. Primo ipſi proponi curavit, ut Joannam Labretanam repudiaret, quod ipſe, inquiebat, legitime poterat, quia illa novam Religionem ſectabatur, & Mariam Scotiæ Reginam duceret, quæ cum Scotiæ Regno ipſi jus in Angliæ Regnum allatura erat, Regemque Hiſpaniæ ipſi Sardiniæ Regnum compenſationis titulo pro Navarra daturum eſſe pollicebatur.

Cum autem Navarræus nollet uxorem repudiare, promiſſa ipſi fuit Sardinia Inſula, omnium inquiebat poſt Siciliam, fertiliſſima & populoſiſſima, cui etiam Tunetanum Regnum addebatur. Tanto artificio

1561. Concile National empêché.

Ils le tournerent ſi bien, qu'il ſe rendit enfin, & ſe declara contre le Prince de Condé ſon frere & les Colignis; il empêcha le Concile National, qui étoit, diſoient quelques-uns, l'unique remede pour éviter la guerre civile, quoique dans l'état où étoient les choſes, il fût très-difficile que deux partis ſi éloignez de ſentimens ſur les matieres de Religion, s'accordaſſent dans un Concile National.

Les Triumvirs après avoir ainſi attiré à leur parti le Roi de Navarre, s'en allerent où leurs affaires les appelloient. Les deux freres Guiſes ſe rendirent en Champagne, & delà depuis en Allemagne. Quelques-uns diſent qu'ils ſe retirerent mécontens de ce que la Reine donnoit trop de liberté aux Huguenots.

Tumulte au Fauxbourg S. Marceau.

La difference de Religion cauſoit ſouvent des tumultes en divers endroits du Roiaume. Il y en eut un conſiderable au fauxbourg ſaint Marceau. Les Huguenots tenoient leur aſſemblée fort nombreuſe dans une maiſon près de l'Egliſe de ſaint Marceau, nommée le Patriarche, où le Miniſtre Malo prêchoit. Au même tems on ſonnoit les cloches dans l'Egliſe de ſaint Marceau, & l'on carillonnoit ſi fort que les Religionnaires pouvoient à peine entendre leur Prédicateur. Ils envoierent prier les ſonneurs de ceſſer : ceux-ci carillonnerent plus fort qu'auparavant. Les Huguenots dont un grand nombre étoient armez, ſortirent, forcerent l'Egliſe, tuerent ceux qu'ils rencontrerent, & maltraiterent les Prêtres. Les ſonneurs continuerent à ſonner le tocſin ; enſorte que le peuple de Paris s'ameutoit en grand nombre, & alloit courir ſus aux Huguenots. Pour prévenir le deſordre on y envoia des troupes. Quelques-uns de ceux qui avoient forcé l'Egliſe de ſaint Marceau furent ſaiſis. Il y en eut deux d'executez. Le peuple de Paris en furie alla mettre le feu à la maiſon où ſe faiſoit le Preſche. L'incendie s'étendit ſur les maiſons voiſines, & l'on eut peine de l'éteindre.

Catherine, qui penſoit plus à maintenir ſon autorité, qu'à ſoutenir la Religion Catholique, craignant que ſi les Triumvirs accabloient les Huguenots, ils ne ſe ſaiſiſſent du Gouvernement, eut pluſieurs conferences avec l'Amiral, & lui demanda le nombre & le nom des Egliſes que ces Religionnaires avoient dans le Roiaume. Les Miniſtres & les Députez des Egliſes n'étoient pas encore

---

res ducta fuit, ut tandem ille manus daret, & contra Condæum fratrem Colinioſque ſe converteret. Concilium vero Nationale cohibuit, quod, ut quidam jactitabant, unicum remedium erat ad bellum civile vitandum, etſi in præſenti rerum conditione difficile admodum erat, ut duæ factiones in Religionibus ita diſſentientes, in Concilio Nationali ad concordiam reduci poſſent.

Les mêmes. Triumviri cum ſic ad partes ſuas Navarræum reduxiſſent, ad ſua ſe negotia contulerunt. Guiſii fratres ambo in Campaniam profecti ſunt, poſteaque in Germaniam: quidam dicebant illos ideo abſceſſiſſe, quod Catharina libertatem nimiam Hugonotis concederet.

Religionis diſcrimina tumultus ſæpe variis in Regni partibus concitabant. Maximus autem tunc Lutetiæ in ſuburbio Sancti Marcelli exortus eſt. Hugonoti, qui magno numero in domum quamdam, cui Patriarcha nomen, prope Eccleſiam Sancti Marcelli convenerant, concionantem Malonem Miniſtrum audiebant. Eodemque tempore campanæ in Eccleſia pulſabantur, tantumque edebant ſtrepitum, ut vix poſſent illi Concionatorem audire. Miſerunt autem qui pulſatores rogarent, ut tantum illum ſonitum moderarentur. Hi vero majorem tunc campanarum fragorem excitavêre. Tunc Hugonoti quorum plerique armati erant, impetu facto, in Eccleſiam ſunt ingreſſi, obvios quoſdam occiderunt, & Preſbyteros male exceperunt. Pulſatores ad excitandam plebem multo majore campanarum ſonitu ſunt uſi ; ita ut Pariſina plebs furens magno numero coiret ut Hugonotos invaderet. Tunc ut tumultus præverteretur, armati viri miſſi fuere. Ex iis qui in Eccleſiam Sancti Marcelli vi ingreſſi fuerant, quidam capti ſunt, quorum nonnulli ad ſupplicium miſſi fuere. Turba Pariſinorum domum, in qua concio habebatur, incendit, incendium ad vicinas domos pervaſit, vixque exſtingui potuit.

Les mêmes. Catharina quæ plus auctoritati ſibi ſervandæ advigilabat, quam Catholicæ Religioni ſuſtinendæ, metuens ne ſi Triumviri Hugonotos obruerent, Regni adminiſtrationem ſibi uſurparent, cum Maris Præfecto colloquia ſæpe miſcuit, atque ab ipſo nomina & numerum Eccleſiarum expetiit, quas Reformati in regno tenebant. Miniſtri & Eccleſiarum Deputati non-

partis de Poiſſi. Selon l'état qu'ils en firent, elles montoient au moins à 2150. Non contente de cela, la Reine voulut ſçavoir ce que chacune de ces Egliſes pouvoit fournir de gens de pied & de cheval, en les entretenant à ſes dépens. Elle fit dreſſer un Ecrit qui fut envoié à chacune des Egliſes. Mais cet Ecrit *fut tenu pour ſuſpect par pluſieurs, qui furent d'avis qu'on attendît une recharge : les autres firent pluſieurs difficultez ſur l'execution. Toutefois quelques-uns ſe mirent en devoir.* 1561. Nombre des Egliſes des Huguenots dans le Roiaume.

Les troubles augmentoient tous les jours dans le Royaume : pour y mettre quelque ordre, la Reine fit une aſſemblée à S. Germain en Laie; le Chancelier de l'Hopital y fit un diſcours où il rappella tout ce qu'on avoit fait ci-devant contre les nouveaux Religionnaires, & fit voir que les rigueurs qu'on avoit exercées contre eux, n'avoient ſervi qu'à augmenter le mal, & à ſuſciter de nouveaux troubles. Il conclut à ce qu'on leur laiſſât la liberté d'exercer leur Religion, avec certaines modifications pourtant, qui ſeroient énoncées dans l'Edit. Le ſentiment du Chancelier paſſa à la pluralité des voix, & l'Edit fut donné vers la mi-Janvier. Les principaux points étoient, que les nouveaux Religionnaires ſeroient obligez de rendre aux Catholiques les Egliſes dont ils s'étoient emparez en certains endroits pour en faire des Temples, de leur reſtituer ce qu'ils leur avoient pris; qu'ils n'abbattroient plus les croix & les images; qu'ils ne pourroient faire leurs aſſemblées ni leurs prêches dans les Villes. Cet Edit fut porté en Parlement pour y être enregiſtré : ce qui ne fut fait qu'avec beaucoup de difficulté, il fallut juſqu'à une troiſiéme juſſion pour parvenir à l'enregiſtrement. 1562. Edit en faveur des Huguenots.

Cet Edit déplut fort aux Triumvirs, qui quoiqu'abſens de la Cour, ne laiſſerent pas d'agir pour en empêcher l'execution. Le Duc de Guiſe & le Cardinal ſon frere allerent à Saverne où ils avoient donné rendez-vous à Chriſtophe Duc de Wirtemberg, qui amena avec lui deux habiles Miniſtres de la Confeſſion d'Auſbourg. Ils parlerent trois jours durant d'affaires de Religion. Le Cardinal de Lorraine ne manqua pas d'étaler les efforts qu'il avoit faits à Poiſſi pour l'acceptation de la Confeſſion d'Auſbourg, en rejettant la Calvinienne qui n'étoit guere moins odieuſe aux Proteſtans d'Allemagne, qu'aux Catholiques. Ils prierent le Duc de les ſeconder dans leur pieux deſſein. Les deux Miniſtres ſe rangerent de leur côté, & le Duc de Wirtemberg les loüa fort, & laiſſa les deux

---

dum Poſſiaco profecti erant; numerus ab ipſis deſcriptus erat Eccleſiarum 2150. neque his contenta, ſcire voluit quem pugnatorum equitum peditumve numerum poſſent ſingulæ Eccleſiæ ſuppeditare, & reſcriptum fieri juſſit, quod ad ſingulas Eccleſias miſſum fuit. At reſcriptum illud plurimis ſuſpectum fuit, qui putarunt novam juſſionem exſpectandam eſſe, alii difficilius rem exſequuti ſunt; aliqui tamen poſtulatis ſunt obſequuti.

Les mêmes. Tumultus in dies per regnum augebantur. Ut ſederentur autem Regina mater, cœtum collegit ad Sanctum Germanum. Hoſpitalius concionem habuit, ubi omnia, quæ pridem contra Reformatos geſta fuerant, in memoriam revocavit, oſtenditque quanto magis in ipſos ſævitum fuerat, tanto magis malum, tumultuſque auctos fuiſſe. Clauſit autem dandam ipſis eſſe dicens Religionem ſuam exercendi libertatem, certis tamen rationibus & modis qui in Edicto enunciarentur. Cancellario major numerus aſſenſit, Edictumque medio Januario menſe promulgatum fuit, cujus hæc præcipua capita erant, quod Reformati Catholicis Eccleſias quas quibuſdam in locis invaſerant reſtituturi eſſent, necnon alia omnia quæ ceperant, quod cruces & imagines ultra dejecturi, vel profanaturi non eſſent, quo i non poſſent in urbibus cœtus colligere. Edictum ad Curiam Senatus allatum eſt ut in acta referretur, quod non ſine difficultate, nec niſi poſt tertiam juſſionem factum eſt.

Les mêmes. Iſtud Edictum Triumviris admodum diſplicuit, qui etiamſi ab aula regia tunc abeſſent, nihil tamen non egerunt ut ne executioni mandaretur. Dux Guiſius & Cardinalis frater Tabernam ſe contulere, quo venit etiam rogatus Chriſtophorus Dux Virtembergius, qui ſecum peritos duos Miniſtros adduxit, Confeſſionis Auguſtanæ ſequaces. De Religionis negotiis per triduum hic actum fuit. Cardinalis vero Lotharingus, quid pro Confeſſione Auguſtana accipienda, & Calviniana reſpuenda Poſſiaci feciſſet magnifice extulit, quæ Calviniana Confeſſio, non multo minus odioſa Germaniæ Proteſtantibus erat, quam Catholicis. Ducem ambo rogarunt, pio ſtudio ſuo ferrent opem. Duo Miniſtri pro illis ſteterunt, & Virtembergius laudatos ambos fratres in ſpe reliquit,

1562. freres dans l'eſperance, ou qu'il leur donneroit du ſecours, ou du moins qu'il n'en donneroit point au parti oppoſé.

A ſon retour de Saverne le Duc de Guiſe paſſa par Vaſſi, lieu devenu fameux par le tumulte qui y arriva, appellé par les Huguenots, *le Maſſacre de Vaſſi*, qui fut comme le ſignal de la guerre civile. Le fait eſt rapporté fort differemment par les Auteurs. Voici comme les plus moderez en parlent. Les Huguenots tenoient leurs aſſemblées à Vaſſi, petite Ville de la principauté de Joinville, qui appartenoit au Duc de Guiſe. Les Catholiques du voiſinage ſouffroient cela avec impatience, ſur tout Antoinette de Bourbon, mere du Duc, très bonne Catholique, qui le pria d'écarter cette troupe, & d'empêcher ces aſſemblées. Il y alla dans l'eſperance de leur faire quitter la place par ſon autorité ſeule, & ſans deſſein de faire aucune violence. Quand il fut arrivé auprès du lieu de l'aſſemblée, il entendit une cloche, & demanda ce que c'étoit. Quelqu'un répondit que c'étoit la cloche qui appelloit les Huguenots au Prêche. A cette parole les Valets & les Goujats ſe mirent à crier, un bruit confus s'éleva. Une partie de ces Goujats courut au Temple, & ſe mit à dire des injures aux Huguenots aſſemblez. Ceux-ci leur repliquerent ſur le même ton. Ces Valets vinrent aux coups de pierre, & les Gens-d'armes mirent pied à terre, enfoncerent les portes, & commencerent à frapper & à tuer. Le Duc de Guiſe y accourut pour appaiſer le tumulte & empêcher la tuerie. En arrivant il reçût un coup ſur la joüe aſſez leger, mais qui le mit tout en ſang. A ce ſpectacle ſes gens en furie donnerent ſur ces Religionnaires. Les Huguenots, malgré tous les efforts que le Duc de Guiſe fit pour les retenir, s'enfuirent pour ſauver leur vie. Pluſieurs monterent ſur le toit; il y eut là ſoixante perſonnes tuées & deux cens bleſſées.

Maſſacre de Vaſſi.

PL. XVII. Les Huguenots firent ſonner bien haut ce maſſacre. Ils le firent repreſenter en eſtampe pour le répandre de tous côtez, exagerant de beaucoup les meurtres qui y furent faits. Ils repreſentent ici le Duc de Guiſe portant un coup d'épée à une femme, qui lui demandoit la vie les mains jointes: cependant il eſt certain qu'il n'y vint que pour appaiſer le tumulte; & qu'ayant été bleſſé au viſage, cette bleſſure fut la principale cauſe du maſſacre, qui ne monta qu'au nombre d'environ ſoixante perſonnes de douze cens qu'ils étoient, dont deux cens furent bleſſez. On voit ici une partie des Reformez qui abbattent un toit de la grange pour ſe ſauver par là. Les Huguenots ſe plaignoient auſſi que les

---

ſe vel opem ipſi laturum, vel ſaltem adverſariis eorum non laturum.

La Popelinière. Thuanus. Cum rediret Taberna Guiſius, Vaſſiaco tranſivit, qui locus deinceps famoſus fuit ex tumultu ibidem ſuborto, quem Hugonoti Vaſſiacam carnificinam vocavêre, quæ belli civilis quaſi ſignum fuit. Res a variis varie narratur. Sic autem illam referunt, qui moderatiores eſſe videntur. Reformati cœtus habere ſolebant Vaſſiaci, quod eſt oppidulum in Principatu Joanvillæ; id ægerrime ferebant Catholici vicini; maximeque Antonia Borbonia Ducis Guiſii mater, Catholicæ Religioni addicta, quæ filium rogavit, ut turbam hujuſmodi abigeret, cœtuſque cohiberet. Eo ille ſe contulit ſperans ſe auctoritate ſola poſſe illos alio amandare, nulla vi adhibita. Ubi prope locum acceſſit campanam audivit, & quid id ſignificaret, petiit. Reſpondit aliquis campanam eſſe quæ Hugonotos ad cœtum vocaret. His auditis famuli ejus & calones exclamant. Tumultus exoritur; calonum pars ad templum currit, & Hugonotos maledictis & convitiis inceſſit, hi convitia retorquent: calones & famuli lapidibus illos impetunt. Cataphracti ex equis deſilientes fores perfringunt, alios cædunt, alios mactant. Ut tumultum ſedet, Guiſius accurrit, advenienſque in gena percutitur, unde ſanguis manat. Hoc conſpecto famuli militeſque Hugonotos invadunt, nequidquam obſiſtente & ſuos continere curante Duce. Hugonoti aufugere; aliqui in tectum conſcenderunt; ſexaginta cæſi & ducenti ſaucii fuere.

Hugonoti hanc cædem ubique pervulgarunt: atque ſtragem in tabula incidi curaverunt: ſtragem longe majorem quam revera fuerat, publicantes. Hic Guiſiæ Ducem exhibent, ſtricto gladio, mulierem quamdam impetentem, quæ junctis manibus vitam ſibi concedi precatur. At certum eſt Guiſium ſedandi tumultus cauſa illò ſe contuliſſe: & cum in facie vulnus accepiſſet, hanc majoris cædis cauſam fuiſſe. In hac porro cæde non pluſquam ſexaginta peremti ſunt, ex mille ducentis qui convenerant, quorum etiam ducenti vulnerati fuere. Hic ex Reformatis quidam caſæ tectum dirumpunt, ut hinc exitus habeatur. Querebantur etiam Reformati Guiſianos arcam

MASSACRE DE VASSI FAIT LE 1. MARS 1562.



gens du Duc de Guiſe avoient enlevé le tronc pour les pauvres ; qu'ils avoient battu & bleſſé le Miniſtre qui prêchoit. Le Cardinal de Lorraine eſt repreſenté ici appuié ſur le mur du cimetiere de la Paroiſſe, regardant la tuerie. 1562.

La nouvelle de ce maſſacre qu'on fit incomparablement plus grand qu'il n'étoit, vola par tout le Royaume. Les Huguenots en fremiſſoient de colere. Ce fut alors qu'ils prirent les armes, nous en verrons bien-tôt les triſtes ſuites. Le Duc de Guiſe alla à Rheims, & emmenant avec lui le Cardinal ſon frere, il ſe rendit à Nanteüil, où ſes amis vinrent le voir en grand nombre. Le Roi & ſa mere étoient alors à Monceaux avec le Prince de Condé qui exageroit fort le maſſacre de Vaſſi, & tâchoit de perſuader à la Reine d'empêcher le Duc de Guiſe de venir à Paris, à moins que de cela, diſoit-il, la Ville va être remplie de ſang & de carnage. Elle étoit fort embaraſſée, ſe voiant entre deux puiſſans partis, elle craignoit que celui qui prendroit le deſſus ne ſe ſaisît du Gouvernement du Royaume: elle ſembloit prêter l'oreille au Prince de Condé; mais dans la diſpoſition de ſe tourner de l'autre côté quand ſes interêts le demanderoient, ou lorſqu'elle y ſeroit contrainte par la force. Elle écrivit au Roi de Navarre, le priant de prendre garde que l'autorité Roiale ne ſouffrît quelque choſe dans cette conjoncture, défendit aux Guiſes de venir à Paris, & manda au Duc de Guiſe de venir à la Cour, mais en petite compagnie. Le Duc lui répondit que ſes affaires ne lui permettoient point d'y venir encore. Elle voulut auſſi envoyer le Marêchal de S. André en ſon Gouvernement de Lionnois. Il répondit hardiment qu'en l'état preſent des choſes il ne pouvoit quitter le Roi. Elle fut ainſi obligée de ceder au tems, ne ſe trouvant pas en état de ſe faire obéïr. Embarras de la Reine Catherine.

Le Roi de Navarre ſe rendit à Monceaux, & au même tems Beze & quelques autres Miniſtres y vinrent ſe plaindre à la Reine du maſſacre de Vaſſi, & lui demander juſtice. La Reine leur parla fort humainement : mais le Roi de Navarre les maltraita, & leur dit que c'étoient eux-mêmes qui avoient commencé la querelle en jettant des pierres aux gens du Duc de Guiſe, qui n'étoit pas homme à ſouffrir de pareilles inſolences.

Cependant malgré les ordres de la Reine, le Duc de Guiſe accompagné du Connétable, du Duc d'Aumale, du Maréchal de S. André, & de pluſieurs autres de ſes amis, entra dans Paris par la porte S. Denis, & y fut reçû aux accla-

---

cogendæ inopibus ſtipi poſitam abſtuliſſe, Miniſtrum concionantem vulneribus affeciſſe. Cardinalis Lotharingus parieti Cœmeterii Parrochialis innixus ſtragem illam ſpectans viſitur.

Les mêmes. Hujus cædis fama per regnum totum circumvolitante, quæ longe major quam revera eſſet, publicabatur; infremuere Hugonoti ubique & vindictam ſpirantes ad arma omnes accurrerunt: rei exitum paulopoſt videbimus. Dux Guiſius Rhemos venit, & cum Cardinali fratre Nantolium ſe contulit, ubi magnam amicorum frequentiam excepit. Rex & Catharina mater Moncelli erant cum Principe Condæo, qui Vaſſiacam cædem majorem quam revera eſſet decantabat, ac Reginæ matri auctor erat, ut Guiſium ab acceſſu Lutetiam cohiberet; alioquin, dicebat ille, urbs cædibus, ſanguineque replebitur. Illa vero quid conſilii caperet neſciebat. Inter duas potentiſſimas factiones erat, timebatque ne ea quæ ſuperior foret, Regni gubernacula invaderet. Ad Condæum inclinare videbatur; ſed ita affecta, ut ad alteram partem ſe convertere parata eſſet, ſi ſua intereſſe putaret, vel ſi vi adigeretur. Regi Navarræ ſcripſit, rogavitque illum caveret ne quid hac in re auctoritati Regiæ noceret. Guiſiis vetuit ne Lutetiam venirent, & Duci Guiſio mandavit ut in aulam cum paucis comitibus veniret. Reſpondit ille, id tunc non ſibi licere ob præſentia negotia. Mareſcallum etiam Santandreanum juſſit Lugdunum in Præfecturam ſuam ſe conferre. Ille vero audacter reſpondit, non poſſe ſe Regem deſerere. Cedere ergo tempori oportuit, cum pro voto non poſſet repugnantes ad officium reducere.

Rex Navarræ Moncellum venit, eodemque tempore Beza & Miniſtri alii conqueſtum acceſſere de Vaſſiaca cæde, & petitum ut rei ultio fieret. Regina ipſis perhumaniter loquuta eſt. At Rex Navarræ male ipſos excepit, dixitque illos ipſos tumultum cœpiſſe, Guiſii famulos lapidibus impetendo, qui non is erat qui tantam petulantiam ferre poſſet. *Les mêmes.*

Interea nequidquam vetante Regina matre Dux Guiſius, Conſtabularius, Dux Albæmalæ & Santandreanus, cum numeroſo alio amicorum comitatu Lutetiam intravêre per Sancti Dionyſii portam, ex- *Les mêmes.*

1562. mations du Peuple, qui le regardoit comme le soutien de la Foi Catholique ; en effet, elle auroit fort periclité sans lui. La Reine Mere voioit tout cela fort à contre-cœur. Cette autorité souveraine qu'elle souhaitoit tant, s'affoiblissoit tous les jours. On mépriſoit ses ordres, parce qu'on s'appercevoit qu'elle sacrifioit à son propre interêt celui de la Religion. Elle écrivoit au Prince de Condé, & le prioit frequemment de s'opposer aux desseins des Guises, mais le tout fort secretement, de peur que si l'on découvroit ses démarches, le parti Catholique de beaucoup plus puissant que l'autre, ne la dépossât du Gouvernement.

Le Roi de Navarre qui étoit toujours à la Cour, de concert avec les Guises, obligea Catherine de se rendre avec le Roi à Melun, où le Prevôt des Marchands, accompagné d'un des Echevins, vint lui representer que le Prince de Condé étant en armes dans Paris, & s'y fortifiant tous les jours, il étoit neceſſaire que le Roi s'y trouvât aussi, & que l'on rendît aux Parisiens leurs armes que le Maréchal de Montmorenci leur avoit ôtées. Par le conseil du Chancelier de l'Hopital, elle accorda le second point, & prit du tems pour déliberer sur le premier. Elle s'en alla ensuite avec le Roi à Fontainebleau. Elle balança quelque tems sur le parti qu'elle avoit à prendre, ou d'aller à Orleans, où le Prince de Condé lui avoit mandé qu'il devoit se rendre, ou de venir à Paris où le Roi & elle seroient entre les mains des Confederez Catholiques : ceux-ci soutenus du Roi de Navarre ôterent le Gouvernement de Paris au Maréchal de Montmorenci qui favoriſoit les Huguenots, & le donnerent au Cardinal de Bourbon ; cela fut fait par le conseil du Connétable, qui sacrifia ainsi son propre fils aux interêts de la Religion.

Les Parisiens étant en armes, & toujours en disposition de donner sur les Huguenots qu'ils haïssoient à mort, le Prince de Condé vit bien que la place n'étoit plus tenable pour lui & les siens. Pour sortir de la Ville avec quelque espece d'honneur, il propoſa à son frere le Cardinal cette condition, qu'il sortiroit de Paris avec ses gens, pourvû que le Duc de Guise en sortît au même tems. La condition fut acceptée. Le Prince s'en alla auprès de Meaux, & le Duc de Guise avec une grosse troupe de gens armez, se rendit à Fontainebleau où étoit le Roi. En même tems les Confederez firent entrer dans Paris quinze cens hommes d'armes.

---

ceptusque fuit Guisius acclamante populo, qui ipsum ut Eccleſiæ columen habebat : & vere illa ejus ope destituta periclitata fuisset. Catharina vero hæc omnia ægre videbat. Auctoritas illa suprema, quam tantopere ambiebat illa, quotidie inclinabat. Jussa ejus despiciebantur, quia observabant multi, ipsam rei dignitatique suæ Religionem omnino postponere. Principi autem Condæo scribebat, rogans Guisiorum machinis obsisteret; sed secreto omnia, ne Catholica factio longe potentior altera, si id deprehenderet, ipsam a rerum administratione destitueret.

Les mêmes. Rex Navarræ, qui semper in aula regia versabatur, Guisiis annuens Catharinam, ut cum Rege Melodunum veniret induxit. Ibi Præpositus Mercatorum cum uno Ædilium ipsi repræsentavit, cum Princeps Condæus armatus Lutetiæ degeret, & quotidie armorum potentia creſceret, e re fore ut Rex ipse Lutetiam veniret, ac Parisinis sua arma redderentur, quæ ipsis ebstulerat Montmorencius Mareſcallus. Ex Hospitali consilio Catharina, postulatum secundum conceſſit, & de primo deliberaturam se dixit, posteaque cum Rege ad Fontembellaqueum se contulit, ubi hæsit aliquamdiu Aurelianum ne iret quo se venturum dixerat Condæus, an Lutetiam ubi in manus Catholicorum fœderatorum incidebat, qui Rege Navarræ fulti, Præfecturam Lutetiæ amoto Montmorencio Mareſcallo, qui Hugonotis favebat, Cardinali Borbonio dederunt. Id ex Constabularii consilio factum, qui filii honorem Religioni posthabuit.

Parisini armati cum essent, semper parati erant ad Hugonotos invadendos, quos summe oderant. Princeps Condæus vidit se suosque jam in urbe tuto manere non posse. Ut vero cum quadam honoris specie ex urbe egrederetur, hanc conditionem fratri suo Cardinali Borbonio obtulit, se nempe ex urbe egressurum esse, si eodem ipso tempore Dux Guisius egrederetur, accepta a Guisio conditio fuit. Condæus prope Meldas ivit, Guisius vero cum pugnatorum manu valida in Fontembellaqueum venit, ubi Rex tunc erat, eodemque tempore Principes fœderati mille quingentos cataphractos Lutetiam immisere.

Catherine

Catherine effraiée de la grande puiſſance du Duc de Guiſe, pour la contrebalancer, manda ſecretement au Prince de Condé de s'avancer avec ſes gens vers Paris. Il vint au pont de S. Clou. Les Pariſiens ſe mirent d'abord ſous les armes, & les Confederez preſſerent la Reine de venir avec ſon fils à Paris. Elle ſe trouva priſe dans ſes fineſſes. Le Roi de Navarre lui dit réſolument qu'il vouloit mener le Roi à Paris, lui laiſſant la liberté d'aller où elle voudroit : & comme on étoit informé de ſes intelligences avec le Prince de Condé, on redoubla les Gardes de peur qu'elle ne s'échappât avec ſon fils. On la fit partir pour Melun avec le jeune Roi Charles, qui inſtruit par ſa mere, pleuroit comme s'il eût été mené en captivité. La Cour vint donc à Melun, de là au Château de Vincennes, & enſuite à Paris, où le Connétable alla lui-même à un Temple de Huguenots hors la porte S. Jacques. Il fit brûler la chaire du Miniſtre, & tous les ſieges, & fit la même execution ſur un autre Temple qu'ils avoient à Popincourt : ce qui plût extrêmement aux Pariſiens. 1562. Menées de Catherine.

Le Prince de Condé ſe voiant fruſtré de toutes ſes eſperances, prit le chemin d'Orleans, où il avoit des intelligences, à deſſein de ſe rendre maître de la Ville. D'Andelot qui avoit pris les devans, ſe ſaiſit d'une porte, & envoia dire au Prince de venir le plus diligemment qu'il pourroit. Cependant Montereu Gouverneur de la Ville, fit quelques efforts pour le chaſſer. Mais il fut repouſſé par d'Andelot, & le Prince de Condé étant arrivé avec quinze cens chevaux, Montereu demanda & obtint permiſſion de ſe retirer. Orleans fut depuis la place d'Armes du Parti. Le Prince écrivit à toutes les Egliſes des Religionnaires de France, & leur demanda ſecours d'hommes & d'argent pour les défendre contre les Triumvirs, & délivrer le Roi & la Reine Mere de la captivité, diſoit-il, où ils les tenoient. D'Andelot ſe ſaiſit d'Orleans.

Il écrivit enſuite aux Princes Proteſtans d'Allemagne pour leur rendre compte de tout ce qui s'étoit paſſé, & leur demander ſecours contre les Triumvirs, qui s'étoient ſaiſis du Roi & de la Reine Mere ; ce qu'il faiſoit ſonner bien haut ; & qui vouloient ruiner les Proteſtans non ſeulement en France, mais auſſi dans les autres Payis. Il les avertiſſoit qu'il y avoit une ligue faite & concluë entre le Pape, le Roi d'Eſpagne, les Guiſes, le Duc de Ferrare, & les cinq Cantons Catholiques pour exterminer les Proteſtans. Ce qu'il diſoit n'avoit

---

Les mêmes. Catharina ob nimiam Guiſii Ducis potentiam exterrita, ut ipſam reprimeret, Condæo clam mandavit, ut cum ſuis Lutetiam verſus moveret. Ad pontem ille Sancti Chlodoaldi venit. Pariſini ſtatim arma ſumſere, & fœderati inſtiterunt apud Reginam, ut quamprimum cum Rege filio Lutetiam peteret. Sic artificio illa ſuo capta eſt. Rex Navarræ palam dixit ei, ſe Regem velle Lutetiam adducere ; ipſa vero quò vellet iret ; & quia illam cum Condæo commercia habere non ignorabatur, duplex armatorum cuſtodia adhibetur, ne furtim illa cum filio Rege evaderet. Coacta itaque fuit Melodunum proficiſci cum Carolo Rege, qui inſtigante matre flebat, ac ſi captivus abductus fuiſſet. Aula itaque regia Melodunum venit, indeque Vincennas, demum Lutetiam. Ibi Conſtabularius ipſe in Templum Reformatorum, quod extra portam Jacobæam erat, ingreſſus, Miniſtri cathedram & ſedes omnes comburi juſſit ; idipſumque fecit in altero eorum templo, quod Popincurtii erat, id quod Pariſinis ſumme placuit.

Princeps Condæus omni ſpe fruſtratus, Aurelianum ſe contulit, ut iſtam urbem, ubi multos ſecum conſentientes habebat, occuparet. Andelotus qui ipſum præceſſerat, portam urbis cepit, & Condæum ut quamprimum accederet, monuit. Monterudius vero urbis Præfectus, ut Andelotum pelleret, ipſum eſt adortus, ſed irrito conatu. Cum adveniſſet porro Condæus cum mille quingentis equitibus, Monterudius, petita ab eo licentia diſceſſit ; exindeque Aurelianum præcipua Hugonotorum arx fuit. Scripſit Princeps omnibus Reformatorum Eccleſiis, & copias novas & pecunias petens, ut contra Triumviros cauſam ipſorum defenderet, & Reginam filiumque a captivitate beraret.

Scripſit etiam Proteſtantibus Germaniæ Principibus, ut quæ geſta fuerant omnia ipſis recenſeret, & contra Triumviros opem poſtularet, qui Regem & Reginam matrem, inquiebat, captivos tenebant, de qua re multum ille querebatur ; quique Proteſtantes abolere non in Francia ſolum, ſed etiam in aliis regionibus volebant. Monebat quoque, ſocietatem belli factam eſſe Papam inter & Regem Hiſpaniæ, Guiſios, Ferrarienſem Ducem, ac quinque Catholicos Helvetiorum pagos, ut Proteſtantes exterminarentur ; id *La Popelinière. Thuanus.*

1562. pas même l'apparence de verité; cependant cela fit un grand effet dans l'Allemagne & dans le Nort.

Au même tems que le Prince de Condé publia ces Lettres, le Roi & la Reine Mere firent un Edit à Paris où ils déclaroient que le bruit répandu par le Prince de Condé, de la captivité du Roi & de sa Mere, étoit une pure calomnie; qu'ils étoient venus de leur bon gré à Paris & sans contrainte, pour tâcher d'appaiser le trouble. Trois jours après, de l'avis de tous les Princes & Seigneurs de la Cour, on fit un autre Edit, où l'on renouvella celui du mois de Janvier dernier; & oubliant tout le passé, on donnoit aux Huguenots le libre exercice de leur Religion, avec permission aux Ministres de prêcher dans leurs Temples, hors à Paris, à ses fauxbourgs, & à toute la banlieüe où cela étoit défendu.

Emotion populaire à Sens.

Il y eut en ce tems-ci une émotion populaire à Sens, sur le bruit qui se répandit que les Huguenots vouloient se saisir des Eglises & les piller. La populace en fureur se jetta sur eux, en tua quantité, & en jetta plusieurs dans la riviere. Le nombre des morts monta à une centaine, plusieurs maisons furent pillées, le Temple qui étoit hors de la Ville fut abbattu & ruiné rez pié rez terre. Le Prince de Condé s'en plaignit à la Reine. Mais comme les Huguenots avoient fait vers le même tems bien d'autres ravages dans le Roiaume, ces plaintes n'étoient plus de saison.

Ces Religionnaires de leur côté se saisirent de plusieurs Villes, & y commirent des violences, qui les rendirent encore plus odieux aux Catholiques. Ils leur rendirent aussi la pareille avec usure en bien des occasions. Ces nouveaux Sectaires s'étoient si fort multipliez dans Rouen, que se sentant assez forts pour se rendre maîtres de la Ville, ils prirent les armes & se saisirent des portes sans presque aucun tumulte. Le Duc de Boüillon Gouverneur de Normandie, leur ordonna de mettre armes bas: ils refuserent de le faire disant, que les violences qu'on exerçoit contre eux en plusieurs endroits, les obligeoient de se précautionner. Après quoi ils se tournerent contre les Catholiques, en tuerent quelques-uns, en mirent d'autres en prison, entrerent dans les Eglises, renverserent les Autels, briserent les Images, & empêcherent l'exercice de la Religion Catholique, jusqu'à ce que la Ville fut reprise: ils firent une revûë de ce qu'ils avoient de gens armez dans la Ville, & il s'en trouva jusqu'à quatre mille. Le Parlement abandonna alors Rouen.

Les Reformez font de grands désordres dans plusieurs Villes du Roiaume.

---

quod ne umbram quidem veritatis præ se ferebat, tamenque id in Germania & in Septentrionalibus regionibus multos commovit.

Les mêmes. Cum hæc scriberet Condæus, Rex & Regina mater Edictum Lutetiæ publicarunt, in quo declarabant rumorem a Condæo sparsum de captivitate Regis & Reginæ matris meram esse calumniam, seque sua sponte non coactos Lutetiam venisse, ut tumultus sedarent. Post triduum de consilio Principum & primorum aulæ regiæ aliud Edictum publicatum fuit, quo renovabatur Januarii præcedentis Edictum, & præteritis in oblivionem missis, Hugonotis liberum religionis suæ exercitium concedebatur, licentiaque Ministris dabatur concionandi in templis suis, excepta Lutetia, suburbiis ejus, ac vicinia.

Les mêmes. Agendici Senonum motus popularis fuit, quod rumor sparsus esset Hugonotos Ecclesias invadere velle, ipsasque diripere. Plebs furore concitata in illos irrupit, multos occidit, alios in fluvium conjecit. Cæsorum numerus ad centum circiter pervenit, ædes multæ direptæ fuerunt. Templum quod extra urbem erat, solo æquatum fuit. Princeps Condæus apud Reginam matrem ea de re conquestus est; sed cum eodem tempore Hugonoti multas alias strages, direptionesque per regnum fecissent, hujusmodi querimoniæ locum habere non poterant.

Les mêmes. Reformatores namque illi multas per regnum urbes invaserunt; & cum tanta immanitate, violentiaque se gesserunt, ut Catholicorum summum in se odium concitarent: ipsique Romani Catholici sæpe par pari retulerunt. Hugonoti usque adeo Rothomagi multiplicati erant, ut cum se posse urbem occupare putarent, arma sumerent, portasque urbis fere sine tumultu caperent. Bullionius Dux, Normanniæ Præfectus jussit arma ponere: negaverunt illi dicentes, tot mala multis in locis inferri suæ religionis cultoribus, ut sibi cavendum esse putarent; posteaque in Catholicos impetum fecere, & quosdam occiderunt, alios in carcerem conjecerunt. In Ecclesias ingressi sunt, aras diruerunt, imagines discerpsêre, & Catholicæ religionis exercitium cohibuere, donec capta urbs fuit. Recensionem fecerunt armatorum qui in urbe essent, & ad quater mille reperti sunt. Tunc Curia Senatus Rothomago abscessit.

Ils s'emparerent vers le même tems d'un grand nombre de Villes en differentes Provinces du Roiaume, pillerent les Egliſes, & les ruinerent pour la plupart, démolirent les Autels, briſerent les Images, maſſacrerent les Prêtres & les Moines, abolirent en pluſieurs lieux l'exercice de la Religion Catholique. On voit dans le Roiaume bien des reſtes de cette fureur qu'ils exerçoient contre les plus belles Egliſes, dont les mazures ſe voïent encore aujourd'hui. C'eſt ce que les Mahometans n'ont point fait quand ils prirent Conſtantinople. On ne finiroit jamais ſi l'on vouloit raconter en détail les priſes, ſurpriſes, repriſes des Villes, les maſſacres, incendies & autres malheurs que cette guerre de Religion apporta dans tout le Roiaume. 1562.

Les Huguenots ſe ſaiſirent ſans peine de Dieppe, & de pluſieurs autres places de la Normandie & du payis de Caux. Dans la baſſe Normandie ils occuperent Caen, Bayeux, Falaize, Vire, S. Lo, Carentan, & d'autres Villes. Jacques de Matignon qui commandoit dans le payis ſous le Duc de Boüillon, ſauva Granville & Cherbourg, où il mit des Gouverneurs & des troupes, & fit bien garder les portes & les avenuës. Les Religionnaires ſurprirent auſſi le Mans, & chaſſerent l'Evêque. La Reine Mere envoia ordre aux Proteſtans de pluſieurs de ces Villes qu'ils avoient occupées, de mettre bas les armes. Mais ils s'excuſerent tous, diſans que ce qu'ils avoient fait n'étoit que pour s'oppoſer à la tyrannie des Triumvirs, & mettre en liberté le Roi, la Reine Mere, & tout le Roiaume.

Commencement de la guerre civile.

Ainſi commença cette guerre civile; les troupes de part & d'autre alloient ſe mettre en campagne. La Reine Mere ſollicitée par le Chancelier de l'Hopital, faiſoit ſon poſſible pour empêcher qu'on n'allât plus avant; elle écrivit au Prince de Condé pour moienner une entrevûë entre lui & le Roi de Navarre ſon frere. Le Prince tergiverſa d'abord; mais il répondit enfin, & propoſa ces conditions à la Reine Mere; qu'on feroit executer l'Edit de Janvier, donné en faveur des Religionnaires; que les Guiſes, le Connétable & le Maréchal de S. André, s'en iroient à leurs Gouvernemens, & ſe retireroient de la Cour pour n'y plus revenir, juſqu'à ce que le Roi ſeroit en âge de gouverner par lui-même; que moiennant cela, lui & tous ceux de ſon parti mettroient armes bas, & qu'il ſe retireroit ou dans quelqu'une de ſes Terres, ou dans ſon Gouvernement, &

Negociation pour empêcher la guerre.

Idem circiter tempus multas per regnum alias urbes oppidaque invaſerunt, Eccleſias multas deſtruxerunt, aras evertere, imagines contrivêre, aut diſcerpſêre, Preſbyteros Monachoſque interfecerunt, plurimis in locis religionis Catholicæ exercitium abrogaverunt. Adhuc per regnum viſuntur furoris ipſorum reliquiæ, quem in elegantiores Eccleſias exercuerunt, quarum hodieque fracti parietes viſuntur, id quod etiam Mahummedani Conſtantinopoli non fecerunt. Nullus foret finis, ſi omnia recenſerentur, ſi captæ, receptæ urbes, ſi cædes & ſtrages, ſi incendia, cæteraque infortunia quæ bellum iſtuc in regnum intulit.

Les mêmes. Dieppam quoque Hugonoti facile occupavêre, necnon alia multa oppida in Normannia & in Caletenſi tractu. In Normannia inferiore Cadomum, Baiocaſſes, Faleſiam, Viriam, Sanctum Laudum, Carentanum, aliaque oppida. Matignonus, qui ſub Bullionio Duce iſtis in partibus imperabat, Granvillam & Chereburgum ſervavit, ubi Præfectos & armatos viros conſtituit, qui portas & aditus cuſtodirent. Cenomanorum quoque urbs a novæ religionis ſectatoribus capta fuit, expulſo Epiſcopo. Regina mater Proteſtantibus qui iſthæc oppida occupaverant mandata miſit ut arma ponerent. At illi ſeſe excuſavêre dicentes, ſe nihil egiſſe, niſi ut a Triumvirûm tyrannide & Regem & Reginam & regnum eriperent.

Les mêmes.

La Popelliere. Thuanus. Sic bellum civile cœpit: jam copiæ utriuſque partis in campum exituræ erant. Catharina, inſtigante Cancellario, nihil non agebat, ut duces utrinque contineret, ne ſic internecinum bellum exoriretur. Scripſit autem ad Condæum, ut ipſum cum Rege Navarræ fratre ad conſilia & colloquia miſcenda provocaret. Princeps ſtatim tergiverſatus, tandem Reginæ matri has conditiones obtulit; ut Edictum menſe Januario in Reformatorum gratiam datum confirmaretur & exequutioni mandaretur, ut Guiſii, Conſtabularius & Santandreanus in Præfecturas ſuas migrarent, aulamque regiam deſererent, non ultra reverſuri donec Rex per ætatem poſſet regni gubernacula tenere; ut his conceſſis ipſe Condæus, & quotquot ſuæ factionis erant arma ponerent; ipſe quoque Condæus vel in aliquam terrarum ſuarum, vel in Præfecturam ſuam receptum habiturus eſſet, filiumque ſuum Con-

1562. donneroit ſon fils le Prince de Conti pour otage. Le Roi, la Reine Mere & le Roi de Navarre, envoierent une réponſe au Prince, ſignée des trois, dont le contenu étoit : Que le Roi vouloit & ordonnoit que l'Edit de Janvier en faveur des Religionnaires ſeroit executé, & qu'il ordonneroit aux Magiſtrats de punir les infracteurs; que quoiqu'il ne pût pas commander au Duc de Guiſe, au Connétable & au Maréchal de S. André de ſe retirer de la Cour, aiant beſoin de leur conſeil dans ſa tendre jeuneſſe : ils s'offroient pourtant d'eux-mêmes de s'abſenter, pourvû que les gens de guerre qui étoient dans Orleans & dans d'autres lieux du Roiaume, ſe retiraſſent chacun chez ſoi, & miſſent bas les armes; enſorte que tout le commandement de l'armée demeurât au Roi de Navarre : ils diſoient que parmi les Officiers du Roi on n'en ſouffriroit point qui ne fit profeſſion de la Foi Catholique; qu'ils ne demandoient point au reſte que le Prince de Condé ſe retirât de la Cour : mais qu'au contraire ils le prioient inſtamment d'y venir & de s'y tenir auprès du Roi de Navarre ſon frere.

Le Prince de Condé voiant par cette réponſe qu'il falloit qu'il commençât lui-même, & ceux de ſon parti de mettre bas les armes, & d'abandonner les places du Roiaume, n'oſa pas s'y fier. Peut-être même n'avoit-il propoſé cet accommodement, dont l'execution étoit preſqu'impoſſible, que pour ſe laver du reproche d'avoir ſuſcité cette guerre meurtriere dans le Roiaume, & le rejetter ſur ſes adverſaires. Les Triumvirs, ſoit de peur de quelque tumulte, ſoit pour complaire aux Pariſiens, perſuaderent au Roi de Navarre de faire ſortir de Paris tous les Religionnaires. L'Edit en fut donné vers la fin de Mai, avec défenſe ſous peine de mort, de leur faire aucune inſulte. Il y avoit autour de Paris une groſſe armée de Catholiques. Le Roi de Navarre & les Triumvirs en détacherent quatre mille hommes de pied & trois mille chevaux, & le Prince de Condé ſe mit auſſi en campagne avec ſix mille hommes de pied & deux mille chevaux.

Malgré la difficulté de faire paix ou treve entre des Chefs de parti auſſi éloignez dans leurs prétentions que l'étoient les Triumvirs des Chefs des Huguenots, la Reine Catherine voulut encore faire une tentative, & demanda une entrevûë avec le Prince de Condé. Le lieu indiqué fut Thouri en Beauſſe. Les propoſitions que le Prince fit étant les mêmes que ci-devant, on ne pût rien conclure. Le Roi de Navarre traita rudement ſon frere, ils ſe piquerent vive-

---

tium Principem obſidem daret. Rex, Regina mater & Rex Navarræ reſponſum Condæo miſerunt ſuis ſignatum nominibus, cujus hæc capita erant : Rex mandabat ut Edictum Januarii menſis firmum maneret, utque Magiſtratus hujus exſequutioni advigilarent; dicebatur, quod etiamſi Rex non poſſet Guiſio, Conſtabulario, Santandreano præcipere ut ab aula regia diſcederent, cum adeo juvenis illorum conſiliis opus haberet, ipſi tamen ſua ſponte aliò ſe recipere parati erant, dum armati viri qui Aureliani erant, aliique per regnum ad ſua ſe reciperent & arma ponerent; ita ut exercituum & armorum imperium totum penes Regem Navarræ maneret; & inter Regis Adminiſtros & Officiales nonniſi Catholici admitterentur, nec poſtulare ſe dicebant illi, ut Condæus Princeps ab aula regia diſcederet; imo vero rogare illum ad illam ſe conferret, & prope Regem Navarræ fratrem maneret.

Les mêmes. Princeps Condæus, ut ex reſponſo dato vidit, ſibi primo & aliis ſuæ factionis arma eſſe ponenda, & regni oppida evacuanda, dictis fidere auſus non eſt; imo vero fortaſſe ſic res componendas propoſuerat, ut vix poſſent omnia conciliari, quo ſe purgaret ab improperio ſibi inferendo, quod nempe tam cruentum bellum in regno concitaſſet, ipſumque in hoſtes ſuos conjiceret. Triumviri ſive tumultum metuentes, ſive ut Pariſinis placerent, Regi Navarræ auctores fuerunt, ut Reformatos omnes Lutetia excedere juberet. Edictum ea de re datum fuit vertente Maio; prohibitumque erat ſub capitis pœna ne quis ipſis inſultaret. Circum Lutetiam grandis Catholicorum exercitus erat. Rex Navarræ & Triumviri, inde ſejunxere 4000. pedites, equiteſque 3000. qui in campum exirent : etiamque Condæus aciem eduxit ſex millium peditum, duorumque millium equitum.

Etſi ingens erat difficultas, factiones tam diſparata proponentes & optantes ad pacem vel inducias flectere; rem adhuc tentare voluit Catharina, & cum Principe Condæo colloquium poſtulavit. Locus ad congreſſum indictus fuit Thurium in Belſia. Cum vero Condæus eadem quæ antea proponeret, nihil peractum fuit. Navarræus fratrem acriter excepit, alter non *Les mêmes.*

ment de paroles, & ſe ſéparerent fort mécontens l'un de l'autre. Pour la ſureté du Congrés, on amena un nombre égal de gens armez de part & d'autre, & les deux troupes ſéparées eurent ordre de ſe tenir à huit cens pas l'une de l'autre, de peur qu'il ne ſurvînt quelque querelle. Mais à peine eurent-ils demeuré demi-heure en place, qu'ils obtinrent, quoiqu'avec peine, permiſſion de leurs Chefs de s'approcher, & bien loin de ſe quereller, ils ſe donnerent mille marques d'amitié, & s'entrembraſſerent. Pluſieurs trouverent dans l'autre parti leurs freres, leurs parens & leurs amis : on en vit qui pleuroient partie de joie, partie de déplaiſir, de ce qu'au premier jour ils iroient ſe battre contre leurs parens leurs plus proches, & leurs compatriotes. 1562.

Le Prince de Condé s'en étant retourné à Orleans, on ne laiſſa pas de continuer les négociations. Les Triumvirs convinrent avec la Reine qu'ils s'abſenteroient de la Cour, & ſe retireroient chez eux, à condition que le Prince de Condé & tous les ſiens mettroient armes bas, & vuideroient les Villes & les fortereſſes qu'ils avoient ſaiſies ; que le Roi de Navarre choiſiroit des troupes du Prince de Condé celles qu'il jugeroit à propos pour le ſervice du Roi. Ces conditions furent preſentées au Prince de Condé, qui y en ajouta pluſieurs autres, & il n'y eut rien de fait. L'armée des Huguenots étoit nombreuſe, & les Chefs furent d'avis de la faire marcher droit à Paris. Les ordres en furent donnez. Elle s'avança vers l'armée des Catholiques. On renouvella alors les négociations pour la paix. Le Prince de Condé y étant tout porté, il ſe fit une treve pour ſix jours. La Reine Mere ſe rendit au camp de l'armée Catholique ; elle écrivit au Prince une lettre des plus gracieuſes, où elle lui marquoit que s'il vouloit ſe donner lui-même pour otage entre les mains de la Reine & du Roi de Navarre, les Triumvirs ſe retireroient dès le moment de la Cour, qu'on mettroit bas les armes des deux côtez, & que chacun s'en retourneroit chez ſoi. Le Prince communiqua cette lettre aux principaux Chefs de ſon armée, qui accepterent la condition, & y donnerent leur conſentement par un écrit ſigné de leurs mains. Après la foi donnée de part & d'autre, les Triumvirs partirent de la Cour. Talſi fut indiqué pour le lieu de la Conference. Conference de Talſi.

Le Prince de Condé ſe rendit donc à Talſi, fut très-bien reçû de la Reine, & avec ſa permiſſion il y appella quelques-uns des Chefs de ſon armée. Il eut une conference avec Jean de Montluc Evêque de Valence, qui de concert avec la

---

minore cum vehementia reſpondit, ſicque ambo exulceratis animis receſſerunt. Ad congreſſus ſecuritatem par pugnatorum utrinque numerus adductus fuit, & ut agmina 800. paſſibus ſeparata manerent juſſum fuerat, ut ne contentiones utrinque ſuborirentur ; ſed poſtquam per ſemihoram ita ſejuncti manſerant, vix impetravêre ut ſe mutuo inviſerent, ac, nedum in rixas procederent, mutua amicitiæ ſigna dederunt, ſeſeque amplexati ſunt. Plurimi in altera factione fratres, cognatos, amicos invenere. Vidiſſes ibi plurimos in lacrymas protumpentes, partim ex gaudio, partim ex mœrore, ſe quamprimum contra cognatos, amicos & contribules pugnaturos eſſe cernentes.

Les mêmes. Poſtquam Condæus Aurelianum reverſus fuerat, a colloquiis non ceſſatum tamen fuit. Triumviri cum Regina matre pacti ſunt, ſe ex aula regia diſceſſuros & ad ſua profecturos eſſe, dummodo Condæus & ſui arma ponerent, & urbes, oppida & caſtra, quæ occupaverant deſererent. Navarræus ex Condæi turmis eas deligeret ut Regi militarent, quas ſibi viſum foret. Hæ conditiones Principi Condæo oblatæ ſunt, qui plurimas alias adjici voluit, & ita nihil peractum fuit. Hugonotorum exercitus numeroſus erat, ducibuſque ut verſus Lutetiam moveret viſum eſt, & prope Catholicum exercitum advenit. Tum de pace colloquia renovata fuere ; cumque Princeps Condæus illam optare videretur, induciæ ad dies ſex factæ fuere. Catharina in catholica caſtra venit, Condæo gratioſas admodum literas miſit, queîs ſignificabat, ſi vellet ipſe obſidem ſe tradere ſibi & Navarræo, Triumviros ſtatim ex aula regia diſceſſuros eſſe, & utramque partem, poſitis armis, domum eſſe reverſuram. Princeps Condæus exercitus ſui ducibus & tribunis literas oſtendit, qui conditionem illam admiſere, ipſique ſubſcripſere. Cum fides utrinque data eſſet, Triumviri ex aula diſceſſere : Talſiacum ad congreſſum deputatum fuit.

Illò itaque Condæus ſe contulit, & a Regina comiter exceptus, illa permittente aliquot ex ducibus exercitus ſui accerſivit. Cum Joanne Monlucio Epiſcopo Valentino colloquutus eſt, qui conſentiente *Les mêmes.*

1562. Reine lui perſuada de s'offrir de ſortir du Roiaume avec ſes amis, pourvû que les Triumvirs fuſſent éloignez de la Cour, n'y ayant point, diſoit-il, de moien plus efficace pour donner la paix à la France. Le Prince donna dans le piege, & accepta la condition. Il en donna avis à l'Amiral de Coligni, & aux autres Chefs de ſon armée, qui ſur la crainte qu'il n'y eût là quelque ſupercherie, ſe rendirent à Talſi; ce qui augmentoit leur ſoupçon étoit que les Triumvirs partis de la Cour s'étoient arrêtez à Châteaudun, qui n'eſt qu'à cinq lieuës de Talſi. Une lettre au Cardinal de Lorraine qu'ils avoient ſurpriſe, marquoit encore qu'il ſe tramoit quelque choſe contre eux. L'Amiral & les autres Chefs allerent rendre leurs honneurs à la Reine; elle les reçût très-bien, mais elle ajouta des choſes à ce qu'elle avoit dit ci-devant, qui ne leur plûrent pas. Coligni & les autres Chefs dirent au Prince qu'il avoit paſſé des choſes qu'il ne pouvoit accorder ſans leur conſentement. Il prit alors congé de la Reine, & ſe retira avec ſes gens. Ils voulurent dans leur retraite ſurprendre quelques quartiers de l'armée des Catholiques, qui ne ſe doutoient de rien, & qui n'avoient point de Chef: mais ils n'y réuſſirent pas.

Le Roi de Navarre rappella alors les Triumvirs, & l'armée des Catholiques fut miſe en bataille. Le Prince de Condé mena la ſienne à Beaugenci, qu'il avoit auparavant cedé à ſon frere le Roi de Navarre, & où le Duc de Guiſe avoit mis garniſon. Cette petite Ville fut priſe de force: les Huguenots commirent là toute ſorte d'inhumanitez, pillant les maiſons, & tuant tout ſans diſtinction, & ſans excepter même les Reformez leurs freres. Ils oublierent bien-tôt cette diſcipline militaire qu'ils avoient d'abord établie à Orleans, & dont ils faiſoient parade, en laiſſant le payiſan s'exercer à la culture des terres ſans empêchement, & le Marchand faire ſon négoce paiſiblement. Cela dura fort peu de tems, & ils porterent depuis la deſolation dans tout le Roiaume. L'armée des Catholiques prit Blois, qui fut auſſi pillé & ſaccagé, & tous les Reformez tuez.

Priſe de Beaugenci.

Priſe de Tours par les Huguenots.

Les Huguenots avoient pris ci-devant la Ville de Tours, briſé les Images & les Statuës. La Rochefoucaut qui y vint enleva tous les treſors des Egliſes, & les porta à Orleans. Ils exerçoient par tout le Roiaume, quand ils avoient le deſſus, des violences encore plus grandes: enſorte que cela leur attira l'indignation de

---

Catharina ſuaſit ipſi, ut ex regno ſe cum amicis egreſſurum eſſe declararet, dummodo Triumviri ab aula regia amandarentur, quo pacto in Gallia tota, pax futura erat. Conditionem Condæus inconſulto admiſit. Rem Maris Præfecto, aliiſque exercitus ſui ducibus nunciavit, qui metuentes ne iſtic inſidiæ laterent, Talſiacum venerunt, timendi cauſa erat, quod Triumviri profecti, Caſtelloduni manerent, quæ urbs quinque tantum leucis Talſiaco diſtat. Suſpicionem etiam augebant interceptæ ad Lotharingum Cardinalem miſſæ literæ, quæ aliqua contra ſe molimina ſubindicabant. Maris Præfectus & alii Reginam matrem ſalutatum venerunt, quæ ipſos perhumaniter excepit, ſed iis quæ jam dixerat quædam addidit, quæ ipſis non placuere. Colinius & duces alii Condæo dixerunt, ipſum quibuſdam rebus aſſenſum dediſſe, quæ nonniſi ipſis conſentientibus admittere poterat. Tunc Condæus Catharinæ valedicens, cum ſuis receſſit. In receſſu aliquot agmina Catholici exercitus, quæ ſine duce erant, ex improviſo adoriri tentavêre; ſed re infecta diſceſſerunt.

Rex Navarræ tunc Triumviros revocavit, & exercitus Catholicus ad pugnam inſtructus eſt. Princeps vero Condæus exercitum ſuum Balgenciacum duxit, quod oppidum ante Navarræo fratri conceſſerat, & in quo Guiſius præſidiarios poſuerat. Oppidum vi captum fuit ab Hugonotis, qui immaniter ſævière, domos diripuêre, omnes indiſcriminatim trucidavêre, nec Reformatis quidem fratribus ſuis parcentes. Diſciplinam illam militarem quam nuper Aureliani conſtituerant, cito miſſam fecêre, de qua tamen illi gloriabantur: Ruſticum enim ſine impedimento terram incolere, Mercatorem cum pace commercium exercere primo ſiverant; ſed hic rerum ordo ſtatim peſſumdatus eſt; per totum enim regnum deſolationem intulere. Exercitus Catholicorum Blœſas cepit, quod oppidum direptum fuit, omneſque Reformati cæſi ſunt. *La Popelinière. Thuanus.*

Antehac vero Hugonoti Cæſarodunum Turonum ceperant, imagines & ſtatuas contriverant. Rupifulcadus qui tunc illo ſe contulit, Eccleſiarum gazam & cimelia omnia abſtulit & Aurelianum aſportavit. Per totum quoque regnum quando ſuperiores erant, immaniora etiam exercebant, ita ut omnium indi-

tout le monde. Le Parlement de Paris donna un Arreſt, où il ordonnoit à tous, gens de ville & de campagne, de leur courir ſus, de faire main baſſe ſur eux, & de ſonner le tocſin par tout où on les verroit, comme pour éteindre un incendie. 1562.

Les Reformez s'étoient auſſi ſaiſis d'Angers, où ils firent moins de deſordre ; mais n'ayant pas aſſez de monde pour garder cette grande Ville, ils en furent chaſſez par les gens du Duc de Montpenſier : il y eut encore pluſieurs priſes & repriſes de Villes & de Châteaux en ſi grande quantité, que les Hiſtoriens les plus diffus en paſſent une bonne partie. L'armée Roiale s'avança juſqu'à Tours, & envoia ſommer la Ville de ſe rendre. Les Huguenots qui s'en étoient ſaiſis n'étant pas aſſez forts pour la défendre, laiſſerent la place libre aux Catholiques, & gagnerent les champs au nombre de trois Compagnies d'infanterie & deux de cavalerie. Ils s'en allerent le long de la Vienne, & prirent en paſſant quelques compagnies qu'ils avoient dans Chinon & dans Chatelleraut. Toute la troupe qui faiſoit environ mille hommes, marcha vers Poitiers dans le deſſein d'en fortifier la garniſon Huguenote. Mais le Comte de Villars fondit ſur eux, les ſaiſit preſque ſans défenſe, en jetta une partie dans la riviere avec un Miniſtre, & renvoia les autres deſarmez chacun dans ſon payis ; mais ils furent preſque tous maſſacrez par les Catholiques. Ceux de Tours & des Villes voiſines tuoient ou noioient ſans miſericorde tous les Huguenots qu'ils pouvoient attraper, malgré les défenſes du Duc de Montpenſier, qui fit même planter des gibets pour intimider ces meurtriers. Maſſacre de Tours.

On fit alors une eſtampe des Huguenots qui furent maſſacrez à Tours, où ils avoient peu auparavant fait tant de deſordres. Cette eſtampe, d'après laquelle nous donnons la planche qui ſuit, a au bas une inſcription qui porte : que la populace Catholique les enferma au nombre de deux cens dans une Egliſe où ils demeurerent deux ou trois jours ſans manger, & les tira de là pour les tuer ou les noyer. Le Preſident Bourgeois fut attaché à un arbre où on le fendit pour lui arracher le cœur. On en voit ici quantité qu'on tuë à coups de mouſquets ; d'autres qu'on perce à coups d'épée ou qu'on aſſomme à coups de maſſuës ; d'autres ſont jettez dans la riviere. PL. XVIII.

Les Huguenots du Mans qui avoient fait encore plus de maux que les Tourangeaux, effraiez du traitement qu'on leur faiſoit, abandonnerent la Ville au

---

gnationem in ſe concitarent. Curia Senatus Pariſini ideo placitum emiſit, quo jubebantur oppidani & ruſtici obvios quoſque Hugonotos trucidare, & claſſicum canere ubicumque illi comparerent, quaſi ad incendium exſtinguendum.

Les mêmes. Reformati Andegavum etiam ceperant, ubi minora intulere mala. Quia vero ut tantam urbem præſidio munirent numero impares erant, a Ducis Montepenſerii turma eliminati fuere. Multa quoque alia oppida, urbes, caſtella capta, poſteaque recepta ſunt, & tanto numero, ut qui fuſiore ſtylo res ſcripto tradidere, multa prætermiſerint. Exercitus regius Cæſarodunum venit, & Præſidiariis indixit ut urbem traderent. Hugonoti numero impares urbem deſeruere, & in tres diviſi turmas peditum, & duas equitum profecti ſunt, qui Vigennæ oram ſequuti, aliquot turmas ſuas Chinonii & in Caſtro-Eraldi degentes, ſecum aſſumſere. At Villarius Comes ipſos adortus vix obſiſtentes cepit, alioſque cum Miniſtro in fluvium conjici juſſit, alios poſitis armis, in patriam quemque ſuam remiſit, qui pene omnes a Catholicis obviis interemti ſunt. Cæſarodunenſes autem & vicini eorum, vel occidebant, vel in flumen immergebant Reformatos obvios omnes. Id nequidquam prohibente Montpenſerio, qui etiam patibula erigi juſſit, ut homicidis terrorem incuteret.

titer aggreſſus eſt : captus autem ille fuit, & cum duceretur, a Bobinio, quem atroci olim injuria affecerat, ictu ſclopeti necatus eſt. Catholici vix Colinii impetum ferebant : verum Guiſius, qui rebus omnibus proſpiciebat, veterum ſclopetariorum Francorum turmam emiſit, quæ Colinii latera aggreſſa eſt, ita ut pedem ille referre coactus ſit, aliquo tamen ſervato ordine. Guiſius illum inſequutus eſt : verum appetente nocte ad caſtra ſua rediit, & Colinius Neovillam ſe recepit. Germanum equitatum ut inſequenti luce ad pugnam rediret cohortatus eſt ; ſed fruſtra ceſſit conatus.

Hæc pugna per quatuor vel quinque horas protracta fuit : cæſi utrinque ad octo millium hominum numerum pertigere, par ferme utrinque cædes fuit. Nivernenſis Dux ab aliquo ſuorum lethali vulnere confoſſus eſt. Duo præcipui duces utriuſque exercitus capti ſunt, cum plurimis aliis proceribus. Oſſunius, cujus virtus in Pedemontii bello in proverbium abierat, quodam panico terrore correptus, ex pugna aufugit ; at ex pudore tantam concepit ægritudinem, ut ex inedia vitam finierit.

Illo ipſo tempore in tabulis delineata fuit Drocenſis pugna, in qua fortiſſime utrinque certatum, & dubia diu martis fortuna fuit, pluſquam in aliis omnibus hujus belli prœliis. In tabulis autem plurimis tunc varii ipſius eventus deſcripti habentur : ex illis vero duas delegi tabulas, quæ inſigniora quæque referunt, Conſtabularii nempe cladem, Condæum Principem captum, & Guiſii Ducis victoriam. In prima tabula ſtatim viſitur prima acies, quæ ſtat immota, Duce Guiſio rem bene gerendi occaſionem captante : clades mediæ aciei, cujus dux Conſtabularius captus fuit, fuga Germanorum peditum hoſtem non exſpectantium, plurimaque alia, quæ in tabula ipſa ſuis locis indicantur.

In ſecunda tabula, prima illa acies denuo conſpicitur Guiſio duce, qui equitum agmen emittit, a quo profligantur plurimæ turmæ Francorum Condæani exercitus. In ſuprema tabula Helvetii regii ſæpius impetiti, & a Condæanis perrupti, ordines ſemper reſtaurant, cum contra Germani pedites Condæani, Francos pedites ſui exercitus fractos videntes ; ne exſpectato quidem hoſte, fugam faciunt. Germani etiam equites Condæani receptui canunt. Princeps Con-

AUTRE CHARGE OU LE PRINCE DE CONDÉ EST PRIS ET SON ARMÉE DEFAITE.



SECONDE CHARGE DE LA BATAILLE DE DREUX,

ou le Prince de Condé rompt les Roiaux.


Avant garde et le Duc de Guise
Corps de bataille du Connetable mis en fuite
Corps du Marechal de S. André
Reitres
Reitres
Reitres

au bas de la planche eſt fait priſonnier dans le bois, & l'Amiral rallie les troupes qui fuient. La priſe & la mort du Maréchal de Saint André, & la retraite de l'Amiral ne ſe voient pas ici. 1562.

Le Duc de Guiſe traita le Prince de Condé ſon couſin germain, & en même tems ſon plus grand ennemi, de la maniere la plus genereuſe. Il lui fit toutes les careſſes poſſibles & le fit coucher avec lui dans ſon propre lit. Il envoia à la Regente un détail de ce qui s'étoit paſſé à la bataille. La gloire qu'il y avoit acquiſe ne plut pas trop à Catherine. Elle craignoit ſa grande puiſſance, & l'autorité qu'il avoit dans les troupes : mais comme elle étoit depuis long-tems exercée dans l'art de diſſimuler, elle s'accommoda au tems, témoigna une grande joie de cette victoire, & envoia au Duc de Guiſe des Lettres du Roi, où il le déclaroit Lieutenant General de ſes armées. Les Huguenots déclarerent auſſi l'Amiral leur General pendant le tems de la priſon du Prince de Condé. Il demeura quelques jours aux environs de Dreux, & ſe rendit depuis dans le Vendomois, d'où il vint à Beaugenci.

La Regente étoit bien informée que les Huguenots avoient fait venir des ſecours d'Allemagne, en ſuppoſant qu'elle & le Roi ſon fils étoient tenus en captivité, que c'étoit elle-même qui ſouhaitoit que les Princes Allemans envoiaſſent des troupes pour la mettre en liberté. Elle vint à Blois avec le Roi, & écrivit au Landgrave de Heſſe, que tout ce que les Huguenots avoient dit en ce pays-là de la captivité du Roi & de la Regente ſa mere, n'étoit qu'une impoſture dont ils s'étoient ſervis pour tirer de là un renfort & ſoûtenir leur rebellion. Elle le prioit de ne plus ajoûter foi à ces perturbateurs du repos public, & de ne point envoier des troupes contre le Roi leur allié. Elle fit la même priere aux autres Princes Proteſtans. Les lettres furent ſignées par tous les Princes du Sang. A la nouvelle de cette victoire le Pape, qui tenoit alors le Concile de Trente, témoigna une grande joie, & comme on étoit informé que le gain de la victoire étoit dû au Duc de Guiſe, on en congratula le Cardinal de Lorraine. 1563.

Pendant que les deux armées étoient en mouvement & juſqu'à la bataille de Dreux, il y eut bien de petites guerres dans le Roiaume. Le brave Piles Gentil-homme Perrigordin, Huguenot de profeſſion, prit pluſieurs petites places, Terride aſſiegea inutilement Montauban, le Duc de Nemours tâcha

---

dæus in ima tabula captus in ſilva conſpicitur. Præfectus vero maris fugaces turmas excipit, & in ordines redigit. Santandreanus poſtea captus & occiſus eſt, ac Præfectus maris receptum habuit; ſed hæc poſtrema, in tabula non repræſentantur.

La Popeliniere. Thuanus. Guiſius Condæum conſobrinum, ſibique tamen infenſiſſimum, captum generoſe admodum, & cum omni amicitiæ ſignificatione excepit, ac cum ipſo eodem in lecto pernoctavit. Catharinæ Regenti deſcriptam pugnæ ſeriem miſit. Gloria quam ſibi Guiſius pepererat, Catharinæ non multum placuit; timebat illa potentiam ejus & auctoritatem, quam apud exercitûs primores occupabat; ſed quia illa in diſſimulandi arte jamdiu exercita erat, tempori ceſſit, grandem de victoria lætitiam teſtificata eſt, & ad Guiſium literas regias miſit, queîs ille Præfectus Generalis exercituum declarabatur. Hugonoti autem Colinium Præfectum ſibi conſtituerunt. Ille vero aliquot diebus prope Drocum manſit, poſteaque in Vindocinenſem tractum movit. Demum Balgentiacum venit.

Les mêmes. Non ignorabat Catharina Regens Hugonotos auxilium ſibi ex Germania acciviſſe, ob ſparſum ab ipſis rumorem, quod nempe Rex & Regina mater, captivi detinerentur, & quod ipſa Catharina cuperet ut ſibi Germani Principes auxilia mitterent ad libertatem recuperandam. Blœſas ergo cum Rege venit, & Regis nomine Landgravio Haſſiæ ſcripſit, omnia quæ Reformati ſcripſerant de Regis & Reginæ matris captivitate meram eſſe calumniam, quam confinxerant ut opem ſibi pararent & in rebellione perſiſterent. Rogabat ne fidem haberet tranquillitatis publicæ turbatoribus, nec contra Regem ipſi ſocietate junctum copias mitteret. Eadem a cæteris Principibus petiit Proteſtantibus. Iſtæ literæ ab omnibus regii ſanguinis Principibus ſubſcriptæ fuere. Hujus victoriæ fama Summo Pontifici, qui tum Concilium Tridentinum tenebat, allata, ipſum gaudio perfudit, & quia a Guiſio reportata ferebatur, Cardinali Lotharingo fratri omnes gratulati ſunt.

Dum ambo exercitus in motu eſſent uſque ad Drocenſem pugnam, in variis Regni partibus bella minora gerebantur. Pilius nobilis Petracoricenſis, vir ſtrenuus, & Hugonotus, plurima caſtra cepit. Terrida Montalbanum obſedit; ſed irrito conatu. Nemoro- *Les mêmes.*

1563. de prendre Lion, mais ſans ſuccès comme la premiere fois. Il y eut encore bien d'autres priſes de places, ſieges, rencontres, où tantôt les uns, tantôt les autres eurent le deſſus.

L'Amiral, qui comme nous avons dit ci-devant étoit venu à Beaugenci, paſſa la Loire & alla aſſieger Celles qui ſe défendit peu de tems, il trouva là des reliquaires & des vaſes ſacrez, que les Prêtres des environs y avoient apportez comme à un lieu de sûreté; & s'en ſervit pour paier les Reitres & les Allemans de ſon armée : la Rochefoucaut prit auſſi Saint Agnan & Montrichard. D'un autre côté le Duc de Guiſe qui ſe diſpoſoit à faire le ſiege d'Orleans, prit d'abord Etampes. Il ſembloit que l'Amiral, qui ſavoit ſon deſſein, ne devoit pas s'éloigner pour êrre à portée de ſecourir les aſſiegez, & il ſeroit apparemment reſté dans le voiſinage; mais craignant le tumulte continuel des Allemans, qui demandoient à être paiez, il repaſſa la Loire pour ſe rendre en Normandie, & y toucher l'argent que la Reine d'Angleterre lui envoioit. Il alla à Saint Pierre ſur Dive, où il enleva tout l'or & l'argent qui ſe trouva dans l'Egliſe, & tous les vœux & preſens qu'y faiſoient les gens de mer pour obtenir une heureuſe navigation, ce qui attira à ſon parti la haine de tout le voiſinage. Il prit auſſi le Pont-l'Evêque. La flote Angloiſe arriva avec quelques troupes & l'argent que l'Amiral attendoit tant. Les Reitres toucherent alors leurs montres. Les Proteſtans de Cân l'envoierent prier de venir aſſieger la Citadelle, où commandoient pour le Roi le Duc d'Elbœuf & Renouard. Il y alla & fit battre la place, qui ſe défendit très-mal, la batterie fit d'abord une fort petite breche, où l'on ne pouvoit monter qu'avec des échelles. On vint à l'aſſaut, & le Duc d'Elbœuf malade de la fievre quarte, & Renouart ſe retirerent dans le Donjon. La citadelle fut priſe : le Duc d'Elbœuf demanda à capituler. Dans l'état des choſes il ne devoit être reçû qu'à diſcretion : un frere du Duc de Guiſe priſonnier étoit alors un objet conſiderable. On auroit pû l'échanger avec le Prince de Condé; mais la nouvelle de la mort du Duc de Guiſe, quoiqu'incertaine, qui vint alors, obligeant l'Amiral de ſe rendre inceſſamment à Orleans, il traita, & donna liberté au Duc d'Elbœuf de ſe retirer où il voudroit avec ſa garniſon.

L'Amiral va en Normandie.

Revenons au Duc de Guiſe : il vint ſelon ſon projet aſſieger Orleans, & fit

---

ſius Dux Lugdunum recuperare iterum conatus eſt, ſed non feliciore exitu. Alia quoque oppida capta, obſidiones, pugnæ, velitationeſque fuere, ubi modo hi, modo alii ſuperiores evaſerunt.

Les mêmes. Colinius, qui ut jam diximus Balgentiacum venerat, Ligeri trajecto Cellas obſedit, quæ non diu obſidionem tulere. Ibi Reliquiarum thecas & vaſa ſacra multa reperit, quæ a vicinis Sacerdotibus iſtuc quaſi in tutum locum comportata fuerant, illiſque uſus eſt Colinius ad Germanorum ſtipendia ſolvenda. Rupifucaldus etiam Sanctum Anianum & Montricardum cepit. Ex altera vero parte Dux Guiſius, qui ad Aureliani obſidionem ſeſe apparabat, Stampas ſtatim cepit. Colinius qui ejus propoſitum non ignorabat, e vicino conſeſſurus eſſe videbatur ut obſeſſis auxilia ſubminiſtraret, atque ut credere eſt, non receſſurus erat. At tumultum Germanorum perpetuum metuens, qui ſtipendia expetebant, Ligeri iterum trajecto in Normanniam conceſſit, ut pecuniam ab Regina Angliæ promiſſam reciperet. Sanctum Petrum ad Divam petiit, unde aurum & argentum totum abſtulit ex navigantium votis frequentibus cumulatum, quod ejus factioni vicinorum omnium odium conciliavit. Epiſcopi-pontem etiam cepit. Anglica claſſis tandem appulit cum pugnatorum manu & pecunia, quam Maris Præfectus exſpectabat. Germanis tunc ſtipendia ſua numerata ſunt. Cadomenſes Proteſtantes ipſum rogavêre obſeſſum veniret arcem Cadomenſem, ubi pro Rege imperabant Ellebovius Dux & Renuardus. Venit ille & arcem tormentis pyriis impetit, Præſidiarii ignavia multa ſunt uſi, parvam ruinam tormenta fecêre, nec niſi ſcalis admotis poterat arx oppugnari. Oppugnata tamen arx fuit. Ellebovius quartana febri laborans, & Renuardus in arcis propugnaculum confugerunt. Arce capta Ellebovius paciſci voluit. Talis rerum conditio erat, ut nonniſi ad arbitrium hoſtis paciſci poſſet; frater Guiſii Ducis tunc captus rei Hugonotorum tum opportunus fuiſſet; poterat enim cum Condæo Principe commutari; ſed Guiſii Ducis enecti fama licet incerta quæ tunc volitavit, Colinium cogebat Aurelianum ſtatim proficiſci. Cum Ellebovio igitur tranſegit, & facultatem dedit ei quo vellet eundi cum præſidiariis ſuis.

Ad Guiſiæ Ducem redeamus; ut propoſuerat ipſe *Les mêmes.*

peu de jours après ſon arrivée attaquer le Fauxbourg du Portereau, gardé d'un côté par des François & de l'autre par des Allemans. D'Andelot avoit intention de ne le garder que juſqu'à ce qu'il auroit fait tranſporter dans la Ville quelque bagage & quelques hardes : après quoi ſon deſſein étoit d'y mettre le feu. Les Roiaux donnerent d'abord ſur le quartier des François, qui ſe défendirent vaillamment; mais les Allemans ſans attendre qu'on vînt à eux, prirent la fuite vers les Tournelles, & trouvant des chariots qui emportoient le bagage, ils tomberent les uns ſur les autres, & firent comme des monceaux de corps morts ou *de bêtes*, diſent les Hiſtoriens. Les François qui ſe retirerent après s'être bien défendus, augmenterent la foule. Il y eut-là bien des gens tuez ; d'autres furent étouffez ; pluſieurs ſe jetterent dans la riviere. Enfin la terreur étoit ſi grande que ſi d'Andelot n'étoit venu pour y mettre ordre, on croit que les Tournelles & peut-être la Ville auroient été priſes. 1563. Siege d'Orleans

Le Portereau étant ainſi pris, les Roiaux s'y logerent, & l'on mit des Arquebuſiers dans quelques maiſons fort élevées, d'où l'on voioit ce qui ſe paſſoit dans un quartier de la Ville, ce qui portoit grand dommage aux aſſiegez. Le Duc de Guiſe fit enſuite attaquer les Tournelles qui ſe défendirent bien pendant quatre jours, & furent depuis priſes par la nonchalance des aſſiegez.

Ce fameux ſiege ſe trouve gravé dans le tems même tel que nous le donnons dans la planche ſuivante. Le Duc de Guiſe eſt dans le Fauxbourg du Portereau, qu'il a déja pris auſſi-bien que les Tournelles, où l'on voit du canon braqué contre la Ville. La grande batterie dreſſée à droite & à gauche de ces Tournelles montoit à trente-deux pieces de canon. On voit au bas de la Planche d'un côté le quartier de l'Infanterie Françoiſe, Gaſconne & Eſpagnole, & de l'autre les Suiſſes. PL. XXI.

Tout étoit diſpoſé de maniere que la Ville alloit être infailliblement priſe & dans peu de tems, lorſqu'un malheureux coup changea toute la face des affaires. Jean Poltrot de Meré Gentilhomme Angoumois, Huguenot de profeſſion, & fort attaché à cette nouvelle Religion, avoit formé depuis quelque tems le deſſein de tuer le Duc de Guiſe, & s'en étoit vanté en quelque occaſion. Voiant Orleans aſſiegé & les Réformez ſur le point de ſouffrir un grand échec, il reſolut de faire ſon coup. Il vint trouver le Duc de Guiſe, & lui dit Le Duc de Guiſe bleſſé à mort par Jean Poltrot.

Aurelianum obſedit, & paucis poſtea diebus Flumentanum ſuburbium oppugnari juſſit, quod Franci hinc, Germani inde cuſtodiebant. Andelotus vero ſuburbium illud donec quædam ſupellex in urbem tranſlata fuiſſet tantum defendi volebat, poſteaque ignem in illud immittere deſtinaverat. Regii Francos primum adorti ſunt, qui ſtrenue pugnavêre. Germani vero nec exſpectato hoſte fugam fecerunt verſus Turriculas, & inventis carris qui ſuppellectilem auferebant, ruerunt illi alius ſupra alium lapſi, & ceu cumulos corporum, ſeu *beſtiarum* fecerunt, aiunt hiſtoriæ Scriptores. Franci qui poſtquam ſe ſtrenue defenderant, receptum habebant, cumulum auxere. Iſtic multi cæſi, alii ſuffocati ſunt, alii ſeſe in flumen præcipitarunt. Tantus denique terror fuit, ut niſi Andelotus accurriſſet, Turriculæ, ut putabatur, etiamque urbs ipſa fortaſſis capta fuiſſet.

Les mêmes. Brantôme. In ſuburbio ſic capto Regii ſedes poſuerunt : atque in quibuſdam domibus ſublimioribus, unde quæ in quadam urbis parte gerebantur conſpici poterant, ſclopetarii poſiti ſunt, qui multum damni obſeſſis importabant. Guiſius poſtea Turriculas impugnari juſſit, quæ quatuor dierum ſpatio Regios diſtinuerunt, præſidiariis ſtrenue propugnantibus. Sub hæc autem hi remiſſius egerunt & Turriculæ captæ ſunt.

Hæc celebris obſidio illo ipſo tempore delineata viſitur, ut hic repræſentatur in tabula ſequenti. Dux Guiſius in Flumentaneo ſuburbio quod ceperat, obambulans exhibetur obſervandi cauſa. Jam Turriculas expugnaverat, ubi pyria tormenta contra urbem directa conſpiciuntur. Magna illa ſeries tormentorum viſitur, quæ ad dexteram & ſiniſtram Turricularum ad triginta duo tormenta pertingit. In ima tabula hinc Franci, Vaſcones & Hiſpani pedites, inde vero Helvetii obſervantur.

Eo in ſtatu tum res erant, ut poſt paucos dies urbs expugnanda fore videretur, cum infelici horrendoque facinore rerum conditio mutata fuit. Joannes Poltrotus Meræus Engoliſmenſis nobilis Religione Hugonotus, & inter ardentiores iſtius hæreſeos ſectatores, a quodam tempore Guiſii Ducis occidendi propoſitum jam adoptaverat, & quibuſdam declaraverat. Cum videret ergo Aurelianum obſeſſum, & Hugonotorum cladem inde mox ſequuturam ; rem exſequi ſtatuit. Guiſium ergo adivit, dixitque illi ſe

1563. qu'il étoit ci-devant Huguenot, mais qu'à preſent, perſuadé que la Religion Catholique étoit la veritable, il étoit réſolu de l'embraſſer. Le Duc de Guiſe le reçut humainement, & le fit même manger quelquefois à ſa table. Poltrot obſerva le tems & l'occaſion, & voiant que le Duc alloit tous les jours peu accompagné de ſon logis au Portereau & revenoit de même, il l'attendit, & à ſon retour il lui tira un coup de piſtolet à trois balles dans l'épaule, & le bleſſa à mort. Le Duc appella ſes gens & fut porté en ſa maiſon.

Poltrot s'enfuit à cheval dans la forêt voiſine, & après avoir couru toute la nuit, il ſe trouva le lendemain matin auprès d'Orleans, & ſon cheval n'en pouvant plus, il deſcendit & s'endormit. On le trouva là; il fut reconnu, pris & mené deux jours après à la Regente, qui le fit interroger en preſence de pluſieurs Princes & Seigneurs. Nous avons cet interrogatoire où Poltrot déclare que c'étoit l'Amiral, Theodore de Beze & un autre Miniſtre qui l'avoient porté à faire ce coup. Il chargea auſſi la Rochefoucaut comme étant du complot. Interrogé ſi le Prince de Condé, d'Andelot & Soubiſe étoient auſſi de la partie, il répondit que non, qu'ils n'en avoient rien ſçû; & qu'ayant depuis communiqué ſon deſſein à Soubiſe, il avoit tâché de l'en détourner. Il ajoûta que les Huguenots en vouloient encore à la Reine Mere, au Duc de Monpenſier & à Sanſac, & que l'Amiral avoit envoié des gens pour s'en défaire.

Poltrot accuſe l'Amiral.

L'Amiral qui étoit encore à Cân fut averti de la dépoſition de Jean Poltrot. Il écrivit à la Reine Mere, proteſtant *devant Dieu & devant les hommes* qu'il n'avoit eû d'autre commerce avec Poltrot, que d'envoier au camp des Catholiques pour épier & lui donner avis de ce qui s'y paſſoit. La Rochefoucaut & Beze proteſtoient de même qu'ils n'avoient eû aucune part à ce meurtre. Tous trois ſignerent la même lettre. L'Amiral écrivit encore à la Reine-Mere, la ſuppliant de differer l'execution de Poltrot, juſqu'à ce qu'il auroit été confronté avec lui. On ne ſçait pourquoi la Reine ne lui accorda pas cette demande, qui paroiſſoit juſte.

Cependant le Duc de Guiſe bleſſé à mort tendoit à ſa fin. Se voiant hors d'eſperance de gueriſon; il fit appeller ſa femme & ſon fils aîné Henri. Il recommanda à la mere d'elever ſes enfans dans la crainte de Dieu, de les faire

---

pridem Hugonotum fuiſſe; jam vero perſuaſum Religionem Catholicam ſolam eſſe veram, ad illam amplectendam eſſe paratum. Perhumaniter ille a Duce Guiſio exceptus fuit, & aliquando etiam ad ejus menſam admiſſus. Poltrotus tempus & occaſionem obſervavit, videnſque Ducem quotidie cum paucis comitibus ad ſuburbium Flumentaneum ire, atque inde reverti, ipſum exſpectavit, & ſclopeti ictum emiſit, atque ille tribus globulis humerum penetrantibus lethali vulnere affectus, in hoſpitium ſuum a ſuis allatus eſt.

Poltrotus equo conſcenſo in vicinam ſilvam aufugit, & poſtquam totam noctem erraverat, inſequenti luce proxime Aurelianum advenit; cumque equus laſſus ultra progredi non poſſet, exſcenſu facto ille obdormivit. Deprehenſus & agnitus captus fuit, ac poſt biduum ad Reginam matrem adductus eſt, quæ ipſum coram multis Principibus & Primoribus interrogari juſſit. Interrogationum & reſponſionum etiamnum editum reſcriptum habemus, ubi Poltrotus declarat, ſe Maris Præfecto, Theodoro Beza, alioque Miniſtro inſtigantibus, hoc facinus ſuſcepiſſe: Rupifucaldum etiam ut conſcium accuſavit. Interrogatus an Princeps Condæus, Andelotus & Subiſius in partem conſilii veniſſent, negavit ille, ipſoſque rem ignoraſſe dixit: imo cum ipſe Poltrotus id conſilii Subiſio declaraviſſet, Subiſium ipſum a tali propoſito avertere conatum fuiſſe. Addiditque Hugonotos etiam Reginam matrem, Montpenſerium & Sanſacum de medio tollere velle, & Maris Præfectum viros miſiſſe, qui id exſequerentur.

Maris Præfectus qui Cadomi adhuc erat, Joannis Poltroti teſtimonia edidicit, ac Reginæ matri ſcripſit, obteſtans ante Deum & homines ſe non alia de cauſa Poltrotum ad Catholicorum caſtra miſiſſe, quam ut exploraret, & quæ gerebantur ſibi nota faceret. Conteſtabantur item Rupifucaldus & Theodorus Beza ſe cædis hujuſmodi conſortes nullo pacto fuiſſe. Eam ipſi epiſtolam ſubſcriptione ſua muniere. Colinius Catharinæ quoque ſcripſit, rogans ſupplicium Poltroti differret, donec ipſe coram illo ſiſteretur. Rem juſtam cur illa non conceſſerit ignoratur. *La Popeliniere. Thuanus.*

Interea lethali vulnere confoſſus Dux Guiſius ſenſim exſtinguebatur. Ubi vidit autem nullam vitæ ſpem ſupereſſe, uxorem & Henricum primogenitum advocat; matrem hortatur ut filios in Dei timore

bien inſtruire, & de veiller à ce qu'ils ne ſe plongeaſſent point dans les vices de la Cour. Il fit auſſi une exhortation à ſon fils aîné Henri. Il renouvella ſes regrets ſur le meurtre de Vaſſi, proteſtant que c'étoit contre ſon gré & malgré ſes ordres, que ſes gens voiant leur maître bleſſé avoient fait ces executions, qui avoient été comme le ſignal de la guerre civile. Il recommanda ſes enfans au Roi & à la Reine Mere, & lui conſeilla de faire la paix, & de regarder comme ennemis de l'Etat ceux qui lui donneroient un autre conſeil : après quoi cette ame héroïque ſe diſpoſa à la mort avec tous les ſentimens les plus chretiens, ſe confeſſa, reçut le Saint Viatique, & mourut huit jours après ſa bleſſure. 1563.

Mort du Duc de Guiſe & ſon caractere.

C'étoit, dit M. de Thou, le plus grand homme de notre ſiecle, digne de toute louange, de l'aveu même de ſes envieux, également habile à la guerre, qu'il faiſoit avec ſuccès, & à donner conſeil dans les affaires importantes. Ç'auroit été un grand ornement de la France, s'il fût venu dans des tems moins orageux. Son frere le Cardinal Charles, eſprit remuant & fougueux, l'entraîna quelquefois à des actions violentes, mais c'étoit fort contre ſon gré, & le plus ordinairement il moderoit lui-même la trop grande ardeur de Charles, & le contenoit dans de juſtes bornes.

La Regente commença à traiter de la paix avec le Prince de Condé & avec Andelot avant même que le Duc de Guiſe fût mort, & après ſon decès elle fit prier le Duc de Wirtemberg de ſe trouver au Traité pour en être comme l'arbitre, ce qu'elle faiſoit de peur que le Prince de Condé & le Connétable, Chefs des deux partis, dont elle vouloit rabattre la puiſſance, ne s'en fiſſent honneur. Le Duc de Wirtemberg s'en excuſa & n'y vint point. Jean Poltrot fut conduit à Paris, où il fut condamné à être tenaillé avec des tenailles ardentes, & puis tiré à quatre chevaux. Avant que d'être executé, il varia beaucoup dans ſes dépoſitions.

Catherine vouloit à toute force faire la paix avant que l'Amiral vînt de la Normandie, où il attendoit l'argent de la Reine d'Angleterre pour paier les Reitres : elle faiſoit continuer & preſſer même le ſiege d'Orleans pour intimider les Huguenots, & parvenir plus facilement à ſon but, elle tâcha d'abord de gagner Eleonor de Roie, Princeſſe de Condé, en l'embraſſant, & lui

---

educet, ipſos probe inſtitui curet, advigiletque ne in aulæ regiæ vitia dilabantur. Filio quoque Henrico monita dedit. Stragis autem Vaſſiacenſis jam conceptum mœrorem renovavit, obteſtans ſe invito, & contraria jubente, ſuos ſevulneratum videntes, in cædes illas prorupiſſe, quæ belli civilis quaſi ſignum fuerant, filios filiaſque ſuas Regi & Reginæ matri commendavit, conſiliumque ipſi dedit ut pacem faceret, ac ceu hoſtes haberet eos qui contraria ſuaderent. Poſteaque vir ille heroicæ virtutis ſeſe ad mortem Chriſtiano motus ſenſu apparavit, peccata confeſſus eſt, Viaticum accepit, & octavo poſt acceptum vulnus die obiit.

Vir, inquit Thuanus, noſtra ætate vel fatente invidia, maximus & quavis laude dignus, ſeu militaris ſcientiam cum ſumma felicitate conjunctam, ſive maturam in rebus agendis prudentiam ſpectes : & profecto in Galliæ bonum atque ornamentum natus erat, ſi in pacatiora tempora, & rectius adminiſtratam Rempublicam incidiſſet. Ejus frater Carolus Cardinalis, violenti ingenii homo, ad res aliquando ipſum rationi non conſentaneas pertraxit ; ſed quaſi invitum & præter morem ſuum ; ejuſque ille conſilia interdum averſabatur, ipſumque ad moderationem agendi morem reducebat.

Catharina de pace cum Condæo agere cœpit, necnon cum Andeloto, etiam antequam Guiſius moreretur. Poſt obitum autem illius, Virtembergium Ducem rogari curavit ut congreſſui & pactionibus pro aſſerenda pace intereſſet ut quaſi arbiter eſſet ; id quod illa curabat ut ne Condæus & Conſtabularius ambarum duces factionum, quorum illa potentiam reprimere cupiebat, id ſibi honoris adſcriberent. Virtembergius autem ſeſe excuſavit, nec intereſſe voluit. Joannes Poltrotus Lutetiam ductus eſt, & ex Judicum ſententia forcipibus ardentibus laceratus, & a quatuor equis membratim divulſus fuit, poſtquam interrogatus varia & contraria protulerat.

La Popelinière. Thuanus.

Catharina pacem omnino facere volebat antequam Colinius rediret ex Normannia, ubi pecuniam a Regina Angliæ promiſſam exſpectabat, Germanis ſuis numerandam. Curabat Catharina ut Aureliani obſidio continuaretur, imo cum vi majore, ut Hugonotos terrore percelleret, faciliuſque ſcopum ſuum aſſequeretur. Statim vero Eleonoram Roiam ſibi conciliare curavit, quam amplexibus & officiis delinire

Les mêmes.

1563. faiſant mille careſſes, pour la porter à gagner ſon mari, lui faiſant eſperer qu'il tiendroit le même rang auprès du Roi, que le feu Roi de Navarre ſon frere. Elle moyenna une entrevûë du Prince de Condé & du Connétable, tous deux priſonniers. Ils vinrent ſous ſure garde en l'Iſle aux Bœufs auprès d'Orleans, où la Regente ſe trouva auſſi, & l'on y traita de la paix. Le Connétable dit qu'il ne conſentiroit jamais qu'on remît ſur pied l'Edit du mois de Janvier trop favorable aux Huguenots. On propoſa de nouveaux moiens d'accord, & la Reine permit au Prince à demi gagné d'entrer à Orleans, pour diſpoſer ceux qui gardoient la Ville à une bonne paix, & elle garda le Connétable auprès d'elle comme pour otage. Le Prince y entra, & trouva les Miniſtres toujours entêtez. Ils vouloient à force qu'on rétablît cet Edit. Mais tous les principaux Officiers & les Nobles, las de cette guerre, donnerent les mains à un accommodement plus moderé; & le Prince dit tout haut qu'il lui ſuffiſoit d'avoir le conſentement de toute la Nobleſſe.

Paix faite avec les Réformez.

PL. XXII. Ce Congrès pour la paix fut repreſenté en eſtampe dans ce tems-là comme on l'a peint dans la planche ſuivante. On y voit d'abord l'extrêmité de la Ville d'Orleans, d'où eſt ſorti un corps de Cavalerie & un autre d'Infanterie, qui conduiſent le Connétable & d'Andelot priſonniers de guerre. Dans l'Iſle aux Bœufs ſe voient deux grandes tentes, auprès de l'une deſquelles la Reine Mere & le Prince de Condé marchent pour aller joindre le Connétable & d'Andelot ſon neveu qui viennent d'arriver. C'eſt la premiere entrevûe, qui fut ſuivie de pluſieurs autres où la paix fut concluë.

L'Edit fut publié à Amboiſe. Les principales conditions étoient, que les Gentilshommes Reformez hauts-Juſticiers, auroient l'exercice libre pour eux & pour leurs vaſſaux: Que les autres Gentilshommes aiant fief auroient auſſi l'exercice libre, mais dans leurs maiſons ſeulement, à moins qu'ils n'habitaſſent dans des Villes, des Bourgs ou des Villages d'autres Seigneurs hauts-Juſticiers, auquel cas ils ne pourroient exercer cette Religion que de leur conſentement: Que dans chaque Bailliage, Sénéchauſſée & Gouvernement, il y auroit une Ville aſſignée, dans les fauxbourgs de laquelle l'exercice de la Religion ſe pourroit faire par ceux du reſſort, & non autres: Que dans toutes les

---

conabatur ut virum ſuum Condæum Principem, ad ſuas partes traheret, cui ſpem faciebat, ipſum eumdem apud Regem locum occupaturum eſſe, quem Rex Navarræ frater ejus tenuerat. Congreſſum illa fieri curavit Condæum inter & Conſtabularium captivos. Ambo autem ſub cuſtodia venerunt in Inſulam Boum prope Aurelianum, quo Regens ipſa etiam ſe contulit, & de pace actum eſt. Conſtabularius porro dixit ſe nunquam conſenſurum eſſe ut confirmaretur Edictum menſis Januarii, quo nimia libertas Hugonotis concedebatur. Novæ propoſitæ ſunt concordiæ ineundæ rationes; conceſſitque Regina ut Princeps Condæus, qui jam in hanc concordiæ rationem propendebat, Aurelianum ingrederetur, ut præſidiarios eorumque duces ad pacem hujuſmodi amplectendam deduceret, ipſaque Conſtabularium quaſi obſidem penes ſe detinuit. Condæus in urbem ingreſſus, Miniſtros obſtinatos reperit: hi omnino volebant Edictum illud confirmari: at præſidiariorum duces, tribuni nobileſque viri, pernicioſi belli tædio affecti, manus dabant, & moderatiores admittebant conditiones. Tunc Princeps alta voce dixit, ſatis ſibi eſſe ſi Nobilitas tota aſſenſum præberet.

Hic ad pacem faciendam congreſſus eodem ipſo tempore delineatus fuit, qualis exhibetur in tabula ſequenti. Hîc extrema pars Aurelianenſis urbis viſitur, unde egreſſæ ſunt manus equitum peditumque, quæ Conſtabularium Andelotumque captos ducunt. In Boaria inſula duo magna tentoria conſpiciuntur. Ad alterius ingreſſum Reginam matrem vides cum Principe Condæo. Ambo autem Conſtabularium & Andelotum adeunt, qui Aureliano in Boariam Inſulam jamjam adducti fuerant. Hîc primus congreſſus fuit pro tractanda pace, quæ poſt colloquia plurima facta eſt.

Edictum ergo Ambaſiæ publicatum fuit, cujus hæ præcipuæ conditiones erant, quod nobiles proceresque Reformati, qui *alta Juſtitia* fruerentur, pro ſe ſubditiſque ſuis liberum ſuæ Religionis exercitium obtinerent, aliique Nobiles feudum habentes, liberum & ipſi exercitium habituri eſſent, ſed in domibus ſuis tantum: niſi in urbibus habitarent, aut *burgis* aut pagis aliorum Nobilium *alta Juſtitia* fruentium, ubi nonniſi illis conſentientibus iſtam Religionem exercere poterant; quod in quavis Ballivii, Seneſcalli & Gubernatoris juriſdictione urbs aſſignanda foret, in cujus ſuburbiis iſthæc Religio exerceri poſſet ab incolis tantum, non ab aliis; quod in urbi-

Thuanus. La Popelinière.

Villes

PAIX FAITE A L'ISLE AUX BOEUFS

près Orleans.



Villes où cette Religion avoit été exercée juſqu'au ſeptiéme jour du mois de Mars preſent, l'exercice y pourroit être continué en un ou deux lieux tels qu'il plairoit au Roi d'aſſigner, avec ordre aux Reformez de reſtituer aux Catholiques les Egliſes qu'ils avoient uſurpées, avec tous les biens Eccleſiaſtiques: Qu'ils n'auroient aucun exercice dans la Ville, reſſort & Prevôté de Paris; on leur donnoit une amniſtie generale pour le paſſé. L'Edit portoit encore que le Prince de Condé ni les ſiens ne ſeroient point recherchez pour toutes les levées des deniers Roiaux, ni pour toute autre choſe qu'ils auroient pris. 1563.

L'Amiral à qui le Prince de Condé avoit ſouvent écrit de venir promptement à la Cour, n'y arriva que quatre jours après la publication de l'Edit. Il fut fort indigné de ce qu'on avoit paſſé des conditions ſi peu favorables aux Religionnaires, & en témoigna ſon mécontentement. L'Edit fut enregiſtré au Parlement de Paris. Celui de Toulouſe fort oppoſé à l'Huguenotiſme, ne le paſſa qu'avec bien de la difficulté. On envoia des gens pour faire executer l'Edit dans les Provinces. Pluſieurs à qui la charge en fut donnée, uſerent de beaucoup de ſeverité à l'égard des Huguenots. D'Anville ſur tout qui fut envoié en Languedoc, de concert avec le Parlement de Toulouſe, les traita à la derniere rigueur.

Le Prince de Condé ſuivoit toujours la Cour, plongé dans les délices. La Regente cherchoit tous les moiens imaginables pour l'attirer & le détacher du parti des Huguenots; elle le careſſoit & tâchoit de gagner ſon amitié, lui propoſant le Roiaume de Sardagne; c'étoit l'appât avec lequel elle avoit trompé ſon frere le feu Roi de Navarre; mais il n'avoit garde de s'y laiſſer prendre, il ſavoit que ſon frere n'avoit changé de parti que par cette vaine eſperance. Catherine s'apperçût que le Prince faiſoit les doux yeux à une de ſes Demoiſelles. Elle inſtruiſit cette fille ſur la maniere dont elle devoit recevoir ſes careſſes pour découvrir les ſecrets. Eleonor de Roie Princeſſe de Condé, femme d'une grande vertu, voiant les aſſiduitez que ſon mari rendoit à la Demoiſelle de Limeuil, c'étoit le nom de la fille, en fut ſi touchée de déplaiſir, qu'elle en mourut. La belle Limeuil eut alors quelque eſperance qu'elle pourroit épouſer le Prince; mais elle conduiſit ſi mal ſon affaire, que ſe familiariſant avec lui plus qu'à l'ordinaire, elle devint enceinte, & fut chaſſée de la Cour.

Le Prince de Condé plongé dans les délices.

---

bus omnibus ubi hæc Religio exercita fuiſſet ad uſque ſeptimum diem menſis Martii præſentem, idem exercitium continuari poſſet in uno duobuſve locis, quæ Regi indicare placeret; jubebanturque Reformati Eccleſias & Eccleſiaſtica bona reſtituere, quæ uſurpaverant; indicebatur quod nullum Religionis ſuæ exercitium habituri eſſent Lutetiæ, nec in ſuburbiis nec in quibuſvis *Præpoſituræ* ipſius locis, quod *ἀμνηστίαν* generalem pro præteritis rebus geſtis habituri eſſent; Princeps Condæus quem Rex conſobrinum ſuum appellat, non in cauſam vocandus, quod denarios regios collegiſſet, vel alia quævis cepiſſet.

Les mêmes. Colinius, quem Condæus ſæpe literis monuerat, ut quamprimum accederet, nonniſi quatriduo poſt publicatum Edictum advenit, indignatuſque fuit quod conditiones Reformatis tam importunæ admiſſæ fuiſſent, id quod ipſe verbis teſtificatus eſt. Edictum in acta Curiæ Senatus Pariſini relatum fuit. Toloſana vero Curia Hugonotis infenſa, cum magna difficultate illud in acta retulit. Miſſi autem fuere qui Edictum in Provinciis admitti curarent. Multi cum ſeveritate grandi illud exegerunt, maximeque Damvillæus qui in Septimaniam miſſus fuit, & conjunctis cum Toloſana Curia animis Hugonotos aſperrime excepit.

Condæus vero aulam regiam ſequebatur ſemper in voluptates immerſus. Catharina nullum non lapidem movebat ut ipſum pelliceret & ab Hugonotorum factione abſtraheret: ipſi blandiebatur, ejuſque amicitiam ſibi conciliare ſatagebat: Regnum ipſi Sardiniæ proponebat; hac enim eſca fratrem ejus Regem Navarræ fefellerat; ſed non tam facile Condæus ineſcari poterat; ſciebat enim hac vana ſpe ductum fratrem in alias tranſiviſſe partes. Catharina videns illum amore cujuſpiam puellarum ſuarum captum eſſe, illam inſtituit ut per illecebras ſecreta cordis Condæi detegeret. Eleonora vero Roia Principis uxor, grandi prædita virtute femina, virum ſuum advertens amore captum Limoliæ, hoc puellæ nomen erat, tanto affecta mœrore fuit, ut moreretur. Tunc Limolia ſpe ducta eſt quod ipſa poſſet Principi nubere: at imprudenter ex nimia familiaritate prægnans tandem evaſit, & ex aula regia pulſa fuit. *Les mêmes.*

1563. Le Prince fut ſeverement repris de ceux de ſa Religion, de cette vie molle qu'il menoit. Il ne frequenta plus tant ces Demoiſelles, & penſa à ſe marier. Pluſieurs partis ſe preſenterent. Marguerite de Luſtrac veuve du Maréchal de Saint André, une des plus riches Dames de la Cour, eſperoit que ſes grands biens lui procureroient ſon alliance; elle lui fit même de gros preſens. D'un autre côté les Guiſes pour l'attirer à leur parti, lui propoſerent Marie Reine d'Ecoſſe, veuve du Roi François II. Mais il ſe détermina enfin pour Françoiſe ſœur du Duc de Longueville, qu'il n'épouſa que l'année ſuivante.

Son mariage.

Au mois de Mai le treſor étant tout-à-fait épuiſé, le Roi fit un Edit, portant alienation des biens d'Egliſe non compris les Mendians, juſqu'à cent mille écus de rente annuelle, avec permiſſion aux gens d'Egliſe de racheter ces mêmes biens. Cela mit tout le Clergé en mouvement. Il ſoutenoit que cela ne pouvoit ſe faire ſans expreſſe permiſſion du Pape. Il fallut pourtant paſſer par là, & l'Edit fut executé à la derniere rigueur.

La veuve & les enfans de François Duc de Guiſe demandoient toujours juſtice de l'aſſaſſinat dont l'Amiral de Coligni avoit été declaré l'auteur par Jean Poltrot. Comme ils preſſoient vivement le Roi & la Reine Mere, le Prince de Condé allié fort proche de l'Amiral, prit ſon fait & cauſe, les Montmorenci ſe joignirent au Prince par la même raiſon de parenté. Ils conſentoient que l'affaire fut portée en Juſtice; mais ils recuſoient le Parlement de Paris comme ſuſpect. Par l'avis de la Reine Mere, le Roi commit cette affaire au Grand Conſeil. Les Guiſes y mirent oppoſition, ſoutenant que les cauſes des Pairs du Royaume ne pouvoient être portées qu'au Parlement qui étoit la Cour des Pairs. Le Roi revoqua alors l'ordre donné pour le Grand Conſeil, ſe reſerva la connoiſſance de cette affaire, & en differa la perquiſition à trois années de là. Ces debats formerent deux puiſſantes factions dans le Royaume. Les Pariſiens & les Catholiques étoient pour les Guiſes; & parce que les Montmorenci ſe declaroient pour l'Amiral, ils les regarderent depuis comme ſuſpects d'Huguenotiſme. On s'échauffa de part & d'autre. Les Theologiens & les Prédicateurs animoient ſouvent le peuple contre les meurtriers de ce Prince, le ſoutien du parti Catholique: ce qui cauſa depuis de ſanglantes ſcenes, comme nous verrons.

Condæus a Religionis ſuæ ſectatoribus graviter carptus fuit, quod molliori vitæ rationi ita ſe dedidiſſet: nec ultra puellas hujuſmodi deinceps frequentavit, ſed de uxore ducenda cogitavit. Plurimæ connubium hujuſmodi ambiebant. Margarita Luſtracia, quæ Santandreani uxor fuerat, interque opulentiſſimas aulæ regiæ numerabatur, hinc ſe conjugem futuram ſperans, multis magniſquedonis ipſum tentavit. Guiſii quoque ut illum ad partes ſuas traherent, Mariam Scotiæ Reginam, quæ Franciſci II. uxor fuerat, ipſi ſponſam offerebant. At ille tandem Franciſcam Longavillæi Ducis ſororem anno ſequenti duxit.

Les mêmes. Menſe Maio ſequenti, cum ærarium regium exhauſtum omnino eſſet, Edictum Rex protulit, quo bona Eccleſiæ, exceptis Mendicantibus, abalienabantur ad uſque reditum annuum centum millia ſcutorum; permittebanturque Eccleſiaſtici bona iſthæc redimere. Clerus totus Gallicanus inſurrexit, idque ſine Summi Pontificis licentia fieri non poſſe contendebat; tamenque Edictum publicatum, & cum magna ſeveritate executioni mandatum fuit.

Les mêmes. Uxor & filii Franciſci Guiſiæ Ducis defuncti inſtabant ſemper, ut cædis ipſius cauſa ageretur, ultioque fieret, cujus cædis auctor a Joanne Poltroto declaratus fuerat Colinius Maris Præfectus. Cum autem urgerent illi apud Regem ac Regentem, Princeps Condæus Colinio affinis, ejus cauſam tuendam ſuſcepit, Montmorencii etiam cognationis gratia Condæo ſeſe adjunxere. Cauſam quidem illi a Judicibus diſquirendam eſſe fatebantur; ſed Curiam Pariſini Senatus ut ſuſpectam recuſabant. Annuente Regina matre, Rex cauſam commiſit Magno Conſilio. Guiſii obſtitere affirmantes cauſam Pares Franciæ reſpicientem nonniſi ad Curiam Senatus Pariſini deferri poſſe quæ Parium Curia erat. Tunc Rex juſſum pro Magno Conſilio datum revocavit, ſibique cauſam illam reſervans, ad triennium ejus perquiſitionem diſtulit. Contentiones illæ duas potentiſſimas in Regno factiones pepererunt. Pariſini & Catholici Guiſiis addicti erant; & quia Montmorencii pro Colinio ſtabant, ipſos deinde quaſi novæ Religioni addictos ſuſpectos habuere. Utrinque partes ardentius diſſidia movebant. Theologi & Concionatores populum concitabant adverſus Guiſii cædis auctores, Principis qui Catholicorum columen fuerat. Hinc ſuborta ſunt cruenta illa ſpectacula, quæ poſtea recenſebuntur.

On avoit resolu à la Cour de se servir de ce tems de paix pour reprendre le Havre, que les Chefs Huguenots avoient livré aux Anglois. Le Roi envoia au Comte de Warvic qui commandoit dans la place, un trompette pour le sommer de se rendre. Il répondit qu'il ne rendroit le Havre que lorsque les François rendroient Calais à la Reine d'Angleterre. Après quoi on y mit le Siege. Les Huguenots comme les Catholiques y vinrent pour chasser l'ennemi commun du Roiaume, & le Connétable qui commandoit l'armée de France, fit grande diligence à placer l'artillerie & à battre la place. Au commencement les Anglois firent peu de resistance. Les dehors de la place furent pris en fort peu de tems. Les François eurent soin de détourner une fontaine qui portoit l'eau dans la Ville : c'étoit la seule eau douce qui y étoit ; cela incommoda fort les Anglois. La contagion & puis la peste se mit parmi eux. Le sieur d'Etrées, Grand Maître de l'Artillerie, fut d'un grand secours à ce siege : il plaça avec beaucoup d'adresse des batteries du côté de la mer, & fit battre la place avec tant de vigueur, que le Comte de Warvic se voiant sur le point d'être forcé, fut obligé de venir à composition. La place fut renduë ; & dans le tems que les Anglois sortoient, un secours de dix-huit cens Anglois arriva, qui étoit suivi d'une flotte de soixante vaisseaux commandez par le General Clinton. Ce secours étant arrivé trop tard, la paix fut depuis faite avec la Reine d'Angleterre.

1563. Siege du Havre. Prise du Havre.

Le Roi & la Reine Mere qui avoient été presens à ce siege, vinrent à Rouen, où par le conseil du Chancelier de L'Hopital, la Regente fit déclarer majeur le Roi Charles son fils, qui n'avoit pas encore quatorze ans accomplis. Le Chancelier soutenoit que quoique la Loi donnée par Charles V. fixât la majorité des Rois à l'âge de quatorze ans, dans les choses qui regardent le bien public, on devoit donner aux Loix un sens favorable à la conjoncture des tems, & que les quatorze ans marquez se pouvoient expliquer, commencez & non accomplis. La Regente prévoiant les difficultez qu'il y auroit eu de faire passer cette majorité à Paris, la fit déclarer au Parlement de Rouen en presence de tous les Princes & de tous les grands Seigneurs de la Cour.

Charles IX. déclaré majeur.

De Rouen, le Roi se rendit à Dieppe, où il fit un Edit en faveur du Clergé de France, pour le consoler en quelque maniere de l'Edit d'alienation de biens

---

Les mêmes. In aula Regia decretum fuerat hoc pacis tempore utendum esse ut Portus Gratiæ recuperaretur, quem Hugonoti duces Anglis tradiderant. Rex ad Comitem Varvicensem, qui in loco isto Præfectus erat, Tibicinem misit, qui ediceret ipsi ut oppidum & portum restitueret. Respondit ille se non Portum Gratiæ restituturum esse, nisi Rex Franciæ Angliæ Reginæ Caletum restitueret. Posteaque movere Franci oppidum obsessuri. Hugonoti perinde atque Catholici illò accurrere, ut communem hostem ex Regno pellerent. Constabularius, qui exercitui præerat, cum celeritate tormenta pyria admoveri curavit, ut muri quaterentur. Angli initio non ita fortiter obstitere : exteriora propugnacula brevissimo tempore capta sunt. Franci vero fontis rivum & canalem qui aquam in oppidum inducebat, aliò diverterunt, quod Anglis importunum fuit, qui nonnisi hanc aquam potabilem habebant, posteaque pestilentia inter illos grassata est. Estræus vero tormentorum Magnus Magister, grandem in hac obsidione opem tulit, qui arte usus singulari tormenta pyria ad littus maris constituit, & hac in parte oppidum ita verberavit, ut Varvicensis metuens ne oppidum expugnaretur, ad pacta venire compulsus sit. Oppidum Francis traditum fuit & quo tempore Angli egrediebantur, in opem ipsis adventabant mille octingenti alii Angli, quos sequebatur classis sexaginta navium cujus Præfectus erat Clintonius. Cum ergo tardius auxilium advenisset, pax deinde cum Anglia facta est.

Rex & Catharina mater qui obsidioni interfuerant, Rothomagum venerunt, ubi de consilio Hospitalii Cancellarii, Regens Carolum filium majorem declarari curavit, licet nondum annos quatuordecim emensus esset. Cancellarius vero affirmabat, etsi lex a Carolo V. lata, Majores Reges esse statuendos declarabat, cum annos quatuordecim attigissent, in rebus utilitatem publicam spectantibus, leges posse ad Regni commodum explicari, & quatuordecim annos cœptos tantum non completos intelligi posse. Regens autem mater prospiciens cum quanta difficultate hæc *majoritas* in Curia Senatus Parisini admissa fuisset, ipsam in Senatu Rothomagensi declarari curavit, præsentibus Principibus & Primoribus aulicis.

Thuanus. La Popeliniere.

Rothomago Rex Dieppam se contulit, ubi Edictum promulgavit in gratiam Cleri Gallicani, ut illum quodammodo circa abalienationem redituum suorum

Les mêmes.

1563. Ecclesiastiques donné ci-devant. L'Edit portoit un ordre à toute sorte de personnes de quelque condition qu'elles fussent, de payer aux Ecclesiastiques les dixmes & tous les autres droits qui leur appartenoient, sous peine de confiscation de leurs biens, qui seroient dès-lors saisis pour le Roi. Cet Edit qui regardoit les Huguenots aussi-bien que les Catholiques, fut d'une grande utilité pour la Religion; car si les Huguenots qui s'étoient emparez des droits Ecclesiastiques dans tous les lieux où ils étoient les plus forts, s'étoient maintenus dans l'exemption de payer les dixmes, bien des gens auroient embrassé la nouvelle reforme pour joüir de ce privilege.

Le Parlement de Paris ne veut pas enregistrer l'Edit de majorité.

L'Edit de la majorité du Roi fut porté au Parlement de Paris, qui trouva beaucoup de difficulté à le passer. Il députa au Roi qui étoit alors à Mante, le Premier President de Thou & deux autres du même Corps. Ils lui representerent que contre la Coutume cet Edit avoit été fait ailleurs qu'au Parlement de Paris, qui étoit la Cour des Pairs, de laquelle les autres Cours avoient pris leur origine; que ce même Edit étoit trop favorable à la nouvelle Religion. Le Roi instruit par sa mere, leur répondit d'un ton resolu; que leur unique devoir étoit d'obéir; qu'il n'avoit rien fait que du Conseil de la Reine sa mere, & des Princes & Seigneurs de sa Cour, & que mal à propos ils se disoient les Tuteurs & les défenseurs des Rois. Il y eut encore dans le Parlement partage de voix sur l'enregistrement de l'Edit. Mais la Reine Mere envoia un ordre, que sans attendre l'Arrest & l'enregistrement du Parlement, l'Edit seroit publié, & que tous les Presidens & Conseillers seroient obligez d'assister à la publication sous la peine d'être suspendus de leurs Charges. Le Parlement intimidé reçût alors l'Edit & le publia.

Est forcé de le faire.

Le Roi vint à Paris, & dans le même tems y arriverent en habit de deüil Antoinette de Bourbon, Mere du Duc de Guise, assassiné à Orleans, & une grande suite lugubre de gens qui vinrent se jetter aux pieds du Roi, & lui demander justice du meurtre d'un Prince qui avoit si bien servi l'Etat. Le Roi les reçût fort humainement, & leur dit qu'il feroit faire la recherche des coupables; mais qu'il avoit remis l'affaire à un tems plus favorable.

1564. Au commencement de l'an 1564, le Roi fit un Edit par lequel il permettoit aux Ecclesiastiques de racheter leurs biens alienez par son ordre l'année précedente; ce qui fut executé malgré la resistance des acheteurs. Il fut aussi

---

solaretur. Edicto illo jubebantur omnes cujuscumque conditionis essent, decimas & reliqua omnia ipsis debita solvere, indicta pœna, ut delinquentium bona fisco addicerentur, quæ statim pro Rege occupanda erant. Hoc Edictum Hugonotos perinde atque Catholicos respiciens, Religioni utilissimum fuit; nam si Hugonoti, qui bona Ecclesiastica occupaverant, in locis omnibus in queis potentiores erant a solvendis decimis exemti fuissent, multi ut hac prærogativa fruerentur, novam Religionem amplexuri erant.

Les mêmes. Edictum de Regis majoritate ad Curiam Senatus Parisini allatum est, quæ rem maximæ difficultatis esse putans, Primum Præsidem aliosque duos ad Regem delegavit, qui tunc Meduntæ erat; Regi autem repræsentavêre illi præter receptum morem edictum in alia non in Parisina Curia publicatum fuisse, quæ tamen sola Curia Parium erat, ex qua cæteræ Curiæ originem duxerant: aliundeque hoc Edictum novæ Religioni nimis favere. Rex vero a Matre edoctus firmiter respondit, ipsorum officium esse obsequentiam; seque nihil egisse nisi de consilio matris & Principum Primorumque aulæ regiæ; ipsosque injuria se Regis tutores & defensores esse dicere. In Curia etiam varietas opinionum fuit circa Edictum in acta referendum: at Regina mandavit, ut non exspectato Curiæ decreto Edictum publicaretur, utque Præsides & Senatores publicationi interessent, indicta pœna, ut qui non adessent, ab officio suspenderentur. Tunc Curia timore correpta, Edictum recepit, & in acta retulit.

Les mêmes. Rex Lutetiam venit, eodemque tempore advenerat Antonia Borbonia mater Guisii, qui Aureliani cæsus fuerat, cum assectis aliis multis, qui lugubri veste ad pedes Regis prostrati petebant, ut Principis adeo bene de Regno meriti cædes non inulta maneret. Illos Rex perhumaniter excepit, se cædis auctores perquiri jussurum dixit; sed opportunius exspectandum tempus esse.

Les mêmes. Ineunte anno 1664. Rex Edictum promulgavit, quo Ecclesiasticis permittebatur ut Regio jussu abalienata bona redimerent, idque reluctantibus licet emptoribus. Præceptum etiam fuit, ut annus dein-

ordonné que l'année qui commençoit auparavant le jour de Pâques, commenceroit à l'avenir au premier jour de Janvier. Vers ce même tems la Reine Mere fit abbatre le Palais des Tournelles, devenu odieux depuis que le Roi Henri II. ſon mari avoit été tué en joutant dans la ruë S. Antoine où il étoit ſitué. Elle commença à bâtir la façade des Thuilleries. 1564.

Le Roi étant à Fontainebleau reçût le Nonce du Pape & les Ambaſſadeurs du Roi d'Eſpagne & du Duc de Savoye qui l'exhortoient à faire recevoir dans ſon Roiaume le Concile de Trente, & l'invitoient en même tems de ſe trouver à la fin de Mars à Nanci, où tous les Princes Catholiques devoient ſe rendre, pour déliberer enſemble ſur les moyens de détruire l'hereſie, qui avoit comme inondé l'Europe, & lui propoſer pluſieurs autres choſes. Le Roi inſtruit par ſa mere & par le Chancelier, les remercia de leurs bons avis, les aſſurant qu'il auroit toujours ſoin de conſerver la Religion Catholique; mais qu'il ne pouvoit ſe rendre à Nanci pour les raiſons qu'il leur manderoit dans peu de tems. Et comme ils inſiſtoient toujours, le Roi leur dit, qu'avant que de répondre, il falloit qu'il conſultât les Princes & les Senateurs de ſon Roiaume; & la Reine Mere jugeant qu'il ſeroit dangereux de s'expliquer ſur ces matieres, amuſa longtems ces Ambaſſadeurs, & les renvoya enfin avec des paroles fort ambiguës.

Ces Ambaſſadeurs avoient dit qu'il falloit recevoir dans tout le Royaume le Concile de Trente. La choſe fut miſe en déliberation. Charles Dumoulin qui paſſoit pour un habile Juriſconſulte, fit un Traité, où il tâchoit de prouver par bien des raiſons, que ce Concile ne devoit point être admis. Ce qui offenſa tellement les Catholiques, que Dumoulin fut d'abord traîné en priſon avec ignominie, d'où il fut tiré depuis, avec défenſe de rien imprimer dans la ſuite qu'avec l'agrément du Roi.

Le Roi, ſa Mere & ſes freres vont faire la viſite du Roiaume.

La Cour étoit à Fontainebleau, & la Reine avoit deſſein d'aller faire avec le Roi ſon fils & le jeune Prince Alexandre, la viſite du Royaume. Cette Princeſſe habile vouloit apparemment connoître les forces & les diſpoſitions des Villes & Provinces, & avoit peut-être d'autres deſſeins qu'on ne ſçait pas. Ils allerent à Sens, de-là à Troye & puis à Bar, où ils virent le Duc de Lorraine & ſa femme Claude de France ſœur du Roi. La troupe paſſant par Dijon,

---

ceps a prima Januarii die inciperet, qui ante a Paſchate initium ducebat. Eodem ferme tempore Turricularum Palatium ſolo æquari Catharina juſſit, odioſum nempe, quia Henricus II. in ludicra equeſtri pugna ad Sancti Antonii vicum prope Turriculas lethali vulnere ictus fuerat. Ædes vero Lateranenſes ſive Tegularias conſtruere cœpit.

Les mêmes. Cum in Fontebellaqueo Rex eſſet, Summi Pontificis Nuncium, Oratoreſque Regis Hiſpaniæ ac Ducis Sabaudiæ recepit, qui illum hortabantur ut Concilium Tridentinum in Regno ſuo recipi juberet, invitabantque illum ut in fine Martii Nanceium ſe conferret, quo venturi etiam erant Catholici Principes omnes, ut de modo hæreſeos deſtruendæ unà deliberarent, quæ Europam pene totam inundaverat, & alia multa proponerent. Inſtigantibus Matre & Cancellario Rex gratias illis egit pro dato conſilio, dixitque ſe Religioni Catholicæ ſervandæ ſemper advigilaturum eſſe; ſed non poſſe Nanceium proficiſci iis de cauſis quas ſe brevi indicaturum ipſis eſſe pollicebatur. Cum autem inſtarent illi ſemper, reſpondit ille, ſe antequam rem polliceretur, Principum & Senatorum conſilia petiturum eſſe. Regina vero mater cum judicaret non poſſe ſine periculo res hujuſmodi clarius enunciari, Oratores illos diutius verba dando detinuit, ipſiſque ambigua ſolum verba proferendo, abeundi tandem licentiam dedit.

Oratores autem iſti dixerunt Concilium Tridentinum eſſe recipiendum in toto Francorum Regno. Ea vero de re deliberatum fuit. Tunc Carolus Molinæus qui peritus Juriſconſultus habebatur, librum edidit, ubi multis allatis rationibus probare nitebatur Concilium illud nullum eſſe, nec admitti debere; idque Catholicorum animos uſque adeo offendit, ut Molinæus ſtatim in carcerem raptatus cum ignominia fuerit; indeque poſtea eductus, juſſus eſt nihil in poſterum typis edere, niſi probante & conſentiente Rege.

La Pope-liniere. Thuanus. Aula regia tunc in Fontebellaqueo erat. Regina vero mater meditabatur Regnum totum inviſere cum Rege filio & Principe Alexandro tunc juniore. Hæc Princeps femina ingenio artificioque valens explorare forte volebat, quæ potentia, qui mores & affectus eſſent urbium & provinciarum: vel fortaſſis occulta alia quæpiam moliebatur. Agendicum primo Rex & Catharina ſe contulerunt, indeque Trecas & poſtea Barrum, ubi Lotharingiæ Ducem viderunt, ejuſque uxorem Claudiam Regis ſororem. Hinc re-

1564. Châlon & Mâcon, ſe rendit à Lion, où pour empêcher que les Huguenots ne ſe ſaiſiſſent une ſeconde fois de la Ville, on fit bâtir une citadelle qui fut fort avancée avant que le Roi en partît. Continuant ſa route, il s'arrêta quelque tems à une petite Ville appellée Rouſſillon, où il reçût un grand nombre de Requêtes des Huguenots qui ſe plaignoient des mauvais traitemens qu'ils recevoient en divers endroits du Roiaume. Il étoit en effet difficile que les Catholiques, de beaucoup ſuperieurs en nombre, ne ſe reſſentiſſent des violences, pillages, brûlemens d'Egliſes, & profanations qu'ils venoient de faire dans tout le Roiaume. Le Roi envoia Sipierre à Orleans, avec ordre d'en raſer les murailles, & d'y bâtir une citadelle; ce qu'on fit encore en pluſieurs autres Villes. Emanuel Philibert Duc de Savoie, vint voir le Roi à Rouſſillon, d'où il continua ſon voiage & ſe rendit enfin à Marſeille, où il fit quelque ſéjour. Il vint enſuite en Languedoc, à Nîmes, Montpellier, Beziers, où les Huguenots ſe plaignoient fort de d'Anville leur Gouverneur. Mais le Connétable ſon pere étoit ſi fort accredité à la Cour, qu'on n'eut aucun égard à leurs plaintes.

Citadelle bâtie à Lion.

1565. Le Roi paſſa à Narbonne & de-là à Carcaſſonne, où la rigueur de l'hyver l'obligea de s'arrêter quelques jours. Il y apprit la nouvelle de la grande broüillerie ſurvenuë à Paris, dont voici l'hiſtoire.

Tumulte à Paris. Le Cardinal de Lorraine, qui revenoit du Concile de Trente, craignant que ſes ennemis, qui étoient en grand nombre, n'attentaſſent quelque choſe contre lui, obtint du Roi permiſſion d'aller avec des Gardes qui marchoient avec lui bien armez. Il vint à ſaint Denis, & ſe diſpoſoit d'entrer à Paris avec le Duc de Guiſe, Henri ſon neveu, le Duc d'Aumale ſon frere, & un bon nombre d'autres Seigneurs. Le Maréchal de Montmorenci, Gouverneur de Paris & de l'Iſle de France, ſachant qu'il devoit entrer dans la Ville en grande compagnie de gens armez, lui envoia dire que le Roi ayant expreſſément défendu d'entrer à Paris en armes, il eut à faire mettre armes bas à ſes gens. Il le fit encore avertir par ſes amis qu'il feroit bien d'éviter le tumulte, & pluſieurs lui conſeillerent de montrer les lettres du Roi, qui lui permettoient d'avoir des gens armez auprès de lui. Le Cardinal crut faire contre ſa dignité de montrer cette permiſſion, & voulut entrer malgré Montmorenci. Comme ils avoient un grand nombre de gens armez lui & ſon frere le Duc d'Aumale, ils jugerent à

---

gia turma Divione, Cabilone & Matiſcone tranſiens Lugdunum venit. Ibi vero ne Hugonoti altera vice urbem occuparent, arx ſtructa fuit, quæ antequam Rex inde proficiſceretur, jam in altum aſſurgebat. Hinc Ruſſilionium ſe contulere, in quo oppidulo aliquanto tempore moratus Rex, multas accepit Hugonotorum querelas, qui ſe in plurimis Regni partibus male mulctari dicebant. Difficile utique erat ut Catholici longe numero potentiores, Hugonotorum violentiæ, deprædationum, incendiorum, queis loca ſacra deſolati fuerant, profanationumque nuper factarum memores, in profanos illos non ſævirent. Rex Sipetram Aurelianum miſit ut muros urbis ſolo æquaret, arcemque conſtrueret, quod etiam aliis in urbibus factum eſt. Emanuel autem Philibertus Dux Sabaudiæ Ruſſilionium Regem viſurus venit. Inde vero Rex Maſſiliam ſe contulit, ubi aliquot diebus manſit. Poſtea in Septimaniam conceſſit, Nemauſum videlicet, Monſpelium, Biterras, ubi Reformati de Damvillæo Præfecto admodum conquerebantur: verum Conſtabularius pater ejus adeo in aula regia auctoritate valebat, ut nulla querelarum ratio habita fuerit. Inde Narbonam Rex, poſteaque Carcaſſonam venit, ubi aſperrima hyeme detentus, aliquid temporis tranſegit. Iſtic autem tumultum grandem Lutetiæ ſubortum fuiſſe edidicit quod ita geſtum fuit.

Carolus Cardinalis Lotharingus ex Tridentino Concilio rediens, cum metueret ne inimici ſui aliquid contra ſe molirentur, ab Rege impetravit ut ſibi liceret cuſtodes armatos ſecum ducere. Ad S. Dionyſium venit, ac ſeſe apparabat ut Lutetiam intraret cum Henrico Guiſio fratris filio, Albæ-malæ Duce fratre, aliiſque multis proceribus. Montmorencius autem Mareſcallus Lutetiæ & Inſulæ Francicæ Præfectus, cum ſciret ipſum cum pugnatorum manu in urbem eſſe ingreſſurum, ipſi denunciari curavit, cum Rex vetuiſſet ne urbem quis intraret cum armatis viris, ſuos ut arma ponerent juberet, etiamque per amicos illum moneri curavit, probe facturum illum eſſe ſi tumultum vitaret. Plurimi ſuadebant illi, ut literas Regias ſibi armatos viros ducere permittentes monſtraret. Cardinalis vero ſe contra dignitatem facturum putavit ſi literas illas oſtenderet, & vel invito Montmorencio ingredi voluit. Cum autem armatos illi multos ſecum haberent, illos in duas

Les mêmes.

propos de partager leurs forces, & ils entrerent, le Cardinal par la porte ſaint Denis, & le Duc d'Aumale par une autre porte. A cette nouvelle Montmorenci marcha avec une groſſe compagnie de Gentilshommes armez, & trouvant le Cardinal avec ſa troupe, il donna ſur eux : il y en eut deux ou trois de tuez ; le Cardinal qui n'étoit pas brave s'enfuit & ſe cacha avec ſon jeune neveu Henri. Il ſe rendit enfin à l'Hôtel de Cluni. On ménagea un accommodement. Le Cardinal montra ſa permiſſion par écrit, & Montmorenci lui permit de ſortir le lendemain de Paris avec quelques gens armez. Le Cardinal ſortit, & alla joindre ſon frere le Duc d'Aumale. 1565.

L'affaire ne fut pas finie, le Cardinal ſe retira ; mais le Duc d'Aumale ſe tint autour de Paris avec des gens armez. Alors Montmorenci, craignant qu'il ne fît quelque entrepriſe, appella l'Amiral qui vint à Paris bien accompagné ; mais le Roi envoia ordre à l'un & à l'autre de mettre bas les ames. Ils obéirent ; ainſi tout fut appaiſé.

Le Roi & la Reine Mere continuant leur route, allerent de Carcaſſonne à Toulouſe, où toutes les Cours & tous les Députez des Villes s'aſſemblerent. Ce fut à Toulouſe que la Reine Mere changea les noms de ſes deux fils puinez. Alexandre fut appellé Henri du nom de ſon pere, & Hercule prit le nom de François ſon grand pere. La Cour ſe rendit enſuite à Bourdeaux, où elle fut reçûë avec plus de pompe qu'en nulle autre Ville. Eliſabeth Reine d'Eſpagne, devoit venir à Baionne voir ſa mere & le Roi ſon frere. La Cour partit de Bourdeaux pour Baionne, & s'arrêta au Mont de Marſan, attendant qu'on eut nouvelle de l'arrivée de la Reine Eliſabeth à la frontiere. Le Roi & la Reine Mere apprirent là qu'il s'étoit fait une Ligue des Princes Lorrains & d'autres Seigneurs contre les Montmorencis & les Colignis. La Reine propoſa l'affaire au Conſeil, où l'on prit des meſures contre ces Ligues, qui étoient comme des préludes de la grande Ligue qui ſe fit depuis.

La Reine Eliſabeth arriva enfin ; on alla au devant d'elle pour la recevoir avec toute la magnificence poſſible. La Cour de France & toute la Nobleſſe s'épuiſa en dépenſes, feſtins, ballets, & toutes ſortes de divertiſſemens : en quoi les Francois ſurpaſſerent de beaucoup les Eſpagnols, qui furent d'autant plus ſurpris de leurs grandes profuſions, qu'ils les croioient ruinez par les guer- Entrevûë de la Reine Mere & de la Reine d'Eſpagne ſa fille.

---

dividendos turmas eſſe cenſuerunt. Intravit autem Cardinalis per Sandionyſianam portam, Albæmalæus vero per alteram. Re comperta Montmorencius, cum grandi armatorum nobilium agmine occurrit illi, & Cardinalem cum armatorum turma venientem adortus eſt : ex Cardinalis gente duo treſve cæſi ſunt. Cardinalis qui meticuloſus eſſe dicebatur, aufugit, & latebras cum Henrico fratris filio quæſivit, tandemque in ædes Cluniacenſes venit. Res demum compoſita fuit. Cardinalis Regiam licentiam ſcripto datam oſtendit, & Montmorencius permiſit ipſi ut cum armatis viris die ſequenti Lutetia egrederetur. Egreſſus Cardinalis fratrem Albæmalæum junxit.

Les mêmes. Neque tamen terminata res fuit : Cardinalis quidem aliò ſe recepit, ſed Albæmalæus circum Lutetiam erat, cum armatorum manu. Tunc Montmorencius ne quam ille hoſtilem rem aggrederetur, Colinium in opem advocavit, qui cum pugnatorum agmine Lutetiam venit : at Rex juſſit utrumque arma ponere, & hic turbarum exitus fuit.

Les mêmes. Rex & Catharina mater ultra progreſſi, Carcaſſona Toloſam venere, quo tunc Curiæ omnes & urbium deputati convenerunt. Toloſæ autem duûm filiorum minorum nomina mutavit. Alexander ; Henricus patris ſui nomine, Hercules, Franciſcus ut avus ſuus vocatus fuit. Inde vero aula regia Burdigalam ſe contulit, ubi magnifice & cum majore quam in cæteris urbibus celebritate excepta fuit. Eliſabetha Hiſpaniæ Regina Baionam ventura erat ad matrem ſuam & fratrem Regem inviſendos. Aula regia Burdigala proficiſcitur Baionam petens ; ſed in Monte-Marſani ſubſtitit, exſpectans donec Eliſabethæ Reginæ ad confinia Gallicana adventus nunciaretur. Iſtic Rex & Catharina mater edidicerunt fœdus initum fuiſſe Lotharingorum Principum aliorumque procerum contra Montmorencios & Colinios. Catharina rem in Conſilio Regio propoſuit excutiendam, & de ſolvendo fœdere deliberatum fuit. Erant hæc ceu præludia magni illius fœderis ſive *unionis*, quæ poſtea facta fuit.

Les mêmes. Advenit tandem Eliſabetha, ipſique obviam itum eſt, ut cum omni magnificentia exciperetur. Iſtic aula regia & Francica nobilitas profuſis ſumtibus emicuit, conviviis, tripudiis, aliiſque oblectationum generibus ; ita ut Hiſpanos longe ſuperarent, qui eo magis obſtupuere tantam impenſam pecuniam cernentes, quod penitus exhauſtos bello civili Francos eſſe putarent. Eli-

1565. res civiles. La Reine Eliſabeth vint à Baionne où elle logea dans une maiſon de la Ville avec le Duc d'Albe. La Reine Mere qui logeoit auprès d'elle, fit faire une gallerie, d'où elle paſſoit ſeule dans la chambre de ſa fille. Elle vouloit qu'on crût qu'elle lui rendoit de frequentes viſites & le jour & la nuit: mais le plus ſouvent c'étoit pour aller conferer avec le Duc d'Albe. On aſſure qu'ils concerterent enſemble les moiens d'exterminer l'Hereſie; & que le Duc d'Albe dit en bonne compagnie, *que pour bien pécher il ne faut point s'amuſer à prendre des grenoüilles, mais des ſaumons & de gros poiſſons.* Le Prince de Condé & les Colignis en furent avertis; il ſembloit que cela les regardoit, & ils ſe tinrent plus ſur leurs gardes depuis. Bien des gens crurent qu'on prit là des meſures pour le maſſacre, que beaucoup d'incidens obligerent de differer juſqu'à la Saint Barthelemi de l'an 1572.

Conſeil du Duc d'Albe.

A ſon retour le Roi paſſa par Nerac, où il rétablit l'exercice de la Religion Catholique aboli par Jeanne Reine de Navarre. Il continua ſa route vers la Loire, & reçut en chemin bien des Requêtes des Huguenots, qui ſe plaignoient qu'on n'executoit point l'Edit donné en leur faveur. Etant arrivé à Blois, par le conſeil du Chancelier de l'Hopital, il indiqua une aſſemblée des grands Seigneurs à Moulins pour le mois de Janvier de l'année ſuivante.

Le deſſein du Chancelier qui cherchoit le bien de l'Etat, étoit de faire une paix ferme & ſolide entre les Catholiques & les Huguenots, & de reconcilier les Guiſes avec les Colignis: deux choſes très-difficiles; mais qu'il falloit neceſſairement tenter. Au tems marqué, le Roi, la Reine Mere & les Princes, ſe rendirent à Moulins, où ſe trouverent auſſi les plus grands Seigneurs du Roiaume & les premiers Préſidens des Parlemens, les Cardinaux de Bourbon, de Lorraine & de Guiſe, & pluſieurs Evêques. Le Roi y parla le premier, & dit à l'Aſſemblée, qu'aiant viſité ſon Roiaume, il avoit écouté les plaintes de ſes Sujets, & que voulant mettre ordre à tout, il les avoit fait aſſembler pour prendre leur avis. Il donna ordre enſuite au Chancelier de parler à l'Aſſemblée. Il fit une longue & docte harangue, où il s'étendit beaucoup ſur les abus qui s'étoient gliſſez dans l'exercice de la Juſtice; ſur les maux que cauſoit dans les Cours le trop grand nombre de Juges, qui cherchoient à s'enrichir aux dépens des pauvres gens. Sur les moyens de remedier à tant de deſordres, il en pro-

Aſſemblée de Moulins.

ſabetha Regina Baionam venit, ubi cum Duce Albano in quadam domo hoſpitium habuit. Catharina vero mater, quæ proxime habitabat, porticum conſtrui juſſit, per quam ſola ad cubiculum Elïſabethæ filiæ tranſibat, ut crederetur quod filiam frequenter inviſendi cauſa iſthac tranſiret; ſed ſæpius illa ut cum Albano Duce colloquia miſceret eo tendebat. Creditur autem ipſos verba feciſſe de modis hæreſeos exterminandæ, Albanumque coram multis dixiſſe ferunt: *In ranunculis capiendis inutilem operam inſumi, ſalmonum ac majorum piſcium piſcationi ſerio incumbendum eſſe.* Principi Condæo & Coliniis hæc nunciata fuere, qui poſtea cautius molimina contra ſe facta obſervarunt. Multi putavêre iſtic deliberatum fuiſſe de cæde illa, quam multa quæ incidere negotia ad S. Bartholomæi diem anni 1572. differre coegerunt. Cum reverteretur Rex Neraco tranſivit: ibique Catholicæ Religionis exercitium a Joanna Navarræ Regina abolitum inſtauravit. Verſus Ligerim pergens multas Hugonotorum querimonias excepit, qui Edictum in ſui gratiam datum non obſervari conquerebantur. Cum Rex Blœſas perveniſſet, de conſilio Hoſpitalii Cancellarii conventum Primorum Regni Moliniihabendum indixit ad Januarium menſem anni ſequentis.

Cancellarius qui Francorum bono advigilabat, pacem firmam ſolidamque Catholicos inter & Hugonotos facere cogitabat, & Guiſios cum Coliniis reconciliare, quæ res difficiles admodum; ſed neceſſario tentandæ erant. Adveniente indicto tempore Rex, Catharina Mater & Principes Molinium ſe contulere. Illò etiam convenere primores Regni, primi Præſides Curiarum Senatuum, Cardinales Borbonius, Lotharingus, Guiſius & Epiſcopi plurimi. Prior Rex loquitur, dicitque ſe Regnum ſuum inviſiſſe, ſubditorumque querimonias audiviſſe, atque ut omnibus proſpiceret & malis remedia admoveret, ſe ipſos advocaviſſe ut ſe conſiliis ſuis juvarent. Juſſit poſtea Cancellarium rem explicare, qui longam doctamque orationem habuit: de corruptelis maxime in Juſtitia exercenda ſenſim inductis, de malis ex nimio Judicum numero partis, qui ex pauperum ruinis divitias cogere nitebantur, de remediis damno hujuſmodi afferendis: quædam autem ipſe remedia propoſuit.

La Popeliniere. Thuanus.

poſa

posa quelques-uns. 1°. Que les Juges eussent de bons appointemens fixes, & qu'on ôtât les épices, les presens, & tout ce que des gens trop interessez avoient introduit. 2°. Que les Juges & les Magistrats fussent de tems en tems obligez de rendre raison de leur conduite & de leurs Jugemens. 3°. Il proposa encore une chose assez singuliere, que les Juges ne fussent pas perpetuels, mais seulement annuels ou triennaux. Les Notables assemblez donnerent aussi leurs avis, & l'on fit cette celebre Ordonnance de Moulins, qui ne fut publiée que le 10 de Juillet suivant. 1566.

Une des principales causes de l'Assemblée de Moulins, étoit la reconciliation des Maisons de Guise & de Coligni, qu'on avoit fort à cœur. L'Amiral de Coligni accusé par Poltrot, étoit regardé par les Guises comme l'auteur du meurtre. Il s'en étoit déja purgé par serment, & il jura encore devant l'Assemblée, qu'il n'y avoit eu aucune part. Le Roi obligea les deux partis de se reconcilier & de s'entrembrasser. La veuve Duchesse de Guise & le Cardinal de Lorraine, se reconcilierent avec l'Amiral, du moins en apparence. Quant au jeune Duc de Guise Henri, il ne dit pas un mot, & se tenant sur la reserve, il ne s'opposa point à la reconciliation ; mais on voioit bien à sa mine ce qu'il pensoit sur l'auteur du meurtre, & qu'il ne manqueroit pas d'en tirer vengeance si l'occasion s'en presentoit. Mezerai dit que le jeune Duc ne s'y trouva pas, & qu'il faisoit alors la guerre en Hongrie ; mais les auteurs du tems disent qu'il étoit revenu d'Hongrie, & qu'il fut present à cette Assemblée.

En ce tems-ci Jâques de Savoie Duc de Nemours, qui avoit fiancé Françoise de Rohan, fit rompre ce mariage par Sentence du Pape, parce qu'elle étoit Huguenote, & il épousa la Veuve du Duc de Guise. Les nôces se celebrerent à Saint Maur des Fossez. Le Roi & la Reine Mere y assisterent, & se trouverent aussi aux nôces de François Dauphin d'Auvergne fils du Duc de Montpensier, avec Renée d'Anjou fille unique du Marquis de Mezieres d'une branche bâtarde d'Anjou-Sicile.

Une affaire qui arriva alors mit la Cour en trouble. Un scelerat nommé Simon Mai, qui voloit les passans auprès de Châtillon, terre des Colignis, fut soupçonné par ses allures de vouloir attenter sur la vie de l'Amiral, sollicité par ses ennemis. L'Amiral le fit saisir & mettre entre les mains de la

Simon Mai scelerat executé.

1°. Ut Judicibus pensiones firmæ assignarentur, ac dona muneraque & quidquid cupiditas invexerat de medio tolleretur. 2°. Ut Judices & Magistratus interdum rationes reddere cogerentur. 3°. Rem singularem etiam proposuit, ut Judices non perpetui essent ; sed ad annum tantum vel ad triennium. *Notabiles* etiam qui aderant consilia sua expromsere. Edictumque fuit celebre illud decretum Molinense, quod decimo die Julii sequentis publicatum est.

Les mêmes. Inter præcipuas Molinensis conventus causas hæc numerabatur, maximeque cordi erat, ut videlicet Guisii cum Coliniis reconciliarentur. Præfectus maris Colinius a Poltroto accusatus, a Guisiis cædis Francisci Ducis auctor habebatur. Jam Colinius sacramento adhibito factum negaverat. Juravit iterum in conventu se cædis illius nec auctorem nec conscium ullo modo esse. Rex jussit ambos reconciliationis veræ signa dare. Francisci defuncti uxor & Cardinalis Lotharingus cum maris Præfecto reconciliati sunt, si tamen non simulata reconciliatio fuit. Quod spectat autem juniorem Guisiæ Ducem Henricum, reconciliationi quidem ille non contradixit ; sed composito ad dissimulationem vultu, ita tamen ut quid de auctore cædis cogitaret omnes intelligerent, signa dabat sese ad cædem ulciscendam paratum esse, si occasio daretur. Narrat Mezeræus juniorem Ducem conventui non interfuisse ; sed in Pannoniæ bello tunc fuisse : at historiæ Scriptores ævi istius illum ex Pannonia reversum conventui interfuisse referunt.

Hoc tempore Jacobus Sabaudus Dux Nemorosius qui Franciscam Roanam desponsaverat, per Summi Pontificis sententiam connubium solvi curavit, quoniam illa novæ Religioni addicta erat, uxoremque Guisii defuncti duxit. Nuptiæ ad Sanctum Maurum Fossatensem celebratæ sunt. Rex & Regina mater connubio interfuere, & nuptiis etiam adfuere Francisci Delphini Arvernensis Monpensierii Ducis filii, cum Renata Andegavensi filia unica Marchionis Mezeriæ ex Spuria stirpe Andegavensium Siculorum Principum. *Les mêmes.*

Casus qui tunc evenit, aulam regiam perturbavit : Sceleratus quidam nomine Simon Majus, Castellionis Coliniorum terræ viciniam latrociniis infestam reddebat, atque in suspicionem venit quasi maris Præfecti vitæ, inimicis ejus instigantibus, insidias tenderet. Colinius illum in Judicum manum deduci cura-

1566. Juſtice. Le criminel interrogé par les Juges, répondit que l'Amiral avoit formé cette fauſſe accuſation contre lui, parce que l'aiant ſollicité de tuer la Reine Mere moiennant une groſſe ſomme qu'il lui promettoit, en vengeance de ſon refus, il vouloit le faire perir. La nouvelle de cette dépoſition vint à la Cour, & remit ſur pied pour un tems les factions, les inimitiez & les défiances; mais les Juges aiant découvert par pluſieurs interrogatoires que Simon Mai n'avoit inventé cette accuſation que pour éviter, ou du moins differer ſon ſupplice, le condamnerent à être roué tout vif. Cette execution calma pour un tems les differens partis, qui commençoient à prendre des meſures les uns contre les autres; mais la diſſenſion & la guerre civile recommença bien-tôt après, comme nous allons voir.

Sur l'avis qu'on avoit trouvé à Lion auprés de la citadelle, que le Roi avoit fait bâtir & bien fortifier, une eſpece de mine & de conduit ſoûterrain, on ſoupçonna que les Calviniſtes avoient deſſein de ſurprendre cette citadelle, & l'on mit en priſon celui à qui appartenoit le logis où la mine avoit été découverte; mais il ſe défendit ſi bien contre l'accuſation intentée, qu'on ſe contenta de pourvoir plus ſûrement à la garde de cette place. Malgré la paix faite, il y avoit toûjours des mouvemens en pluſieurs endroits du Roiaume, dans le Comté de Foix, dans le Bearn & ailleurs. Les deux partis couroient ſus les uns aux autres. Ces actes d'hoſtilité étoient ſi frequens ſur-tout dans les provinces éloignées, que le détail en ſeroit fort long, & peut-être ennuyeux.

1567. Troubles des Payis-Bas.

Ces tumultes & ces guerres particulieres entre les Catholiques & les Nouveaux Religionnaires ſembloient préſager que la paix ne dureroit pas longtems. Ce qui ſe paſſa cette année en Flandres en accelera la rupture en la maniere que nous allons raconter. Il y avoit déja pluſieurs années que l'hereſie s'étoit répanduë dans les Payis-Bas; le nombre des Proteſtans y augmentoit tous les jours. Marguerite Princeſſe de Parme, Gouvernante, avoit bien de la peine à contenir ces nouveaux Religionnaires; cependant par ſa douceur & ſa condeſcendance, elle avoit empêché juſques-là qu'ils n'en vinſſent à une révolte: mais l'an 1565. les Decrets du Concile de Trente apportez, & l'Inquiſition établie dans le Payis mirent l'allarme par-tout. Les Nobles allerent

---

vit. Interrogatus vero dixit Colinium ideo ſe falſo accuſaviſſe, quia cum ſibi magnam pecuniæ ſummam obtuliſſet ſi Reginam matrem occideret, id ipſe facere recuſaviſſet. Hæc cum in aulam regiam allata eſſent, factiones, inimicitias & ſuſpiciones renovavêre: at cum Judices, interrogationibus multis adhibitis deprehendiſſent hanc calumniam a Simone Maio inventam fuiſſe tantum, ut ſupplicium vel vitaret, vel ſaltem differret, lata ſententia, ipſum in rota poſitum membris confractis perire juſſerunt. Ita compreſſi ſunt ad tempus rumuſculi, quibus jam aula regia factionibus perſtrepebat: at diſſenſiones ac bellum civile haud diu poſtea denuo cœpere, ut mox dicturi ſumus.

Les mêmes. Allatum in aulam fuit, Lugduni prope arcem quam Rex conſtrui & propugnaculis cingi juſſerat, cuniculum quempiam, vel forma cuniculi meatum repertum eſſe; ſuſpicioque fuit Calviniſtas arcem occupare velle. In carcerem vero ille conjectus fuit, in cujus domo cuniculus detectus fuerat; ſed ille ita probe cauſam ſuam defendit, ut ſatis habuerint ii, quibus res commiſſa fuerat, ſi arcis cuſtodiæ accuratius advigilaretur. Etſi pax promulgata fuerat, multis tamen in Regni locis tumultus frequentes erant in Comitatu Fuxenſi, in Benearnia & alibi: ambæ partes oppoſitæ factionis terras incurſionibus infeſtas habebant. Hæc porro hoſtilia tam frequentia erant, maximeque in Provinciis extrema Regni occupantibus, ut ea ſingulatim deſcribere longius eſſet, nec fortaſſis ſine tædio Lectoris.

Les mêmes. Hi tumultus & bella ſingularia Catholicos inter & Calviniſtas, præſignificare videbantur pacem illam non diuturnam fore. Quod hoc anno in Belgio geſtum eſt, pacis celerius violandæ cauſa fuit, eo modo quo mox dicturi ſumus. A multis jam annis hæreſis in Belgio graſſabatur, Proteſtantium numerus augebatur in dies. Margarita Princeps Parmenſis Belgii Præfecturam gerens, vix poterat novæ Religionis ſectatores continere: attamen ut miti erat animo & ad benignitatem prono, quominus ad rebellionem uſque erumperent, effecerat: verum anno 1565. cum Concilii Tridentini decreta allata; & inquiſitio in iſtis regionibus ſtabilita fuiſſet, omnia in tumultum verſa ſunt. Nobiles Margaritam adierunt, & infinita

trouver la Princeſſe & lui repreſenterent les maux infinis qu'alloit produire cette Inquiſition, qui ruineroit leur commerce. Elle ſuſpendit l'execution des ordres qu'elle avoit reçûs, & envoia le Comte d'Egmont au Roi Philippe le prier d'y apporter quelque modération pour ne pas porter ſes ſujets à quelque extremité. Le Roi Philippe reçut parfaitement bien le Comte, & lui marqua qu'il s'en rapporteroit à ce que feroit ſa ſœur. 1567.

Mais au mois de Decembre ſuivant, il envoia des ordres précis à la Princeſſe d'établir l'Inquiſition. Cela mit le peuple en fureur : ces nouveaux Religionnaires brûlerent & caſſerent les images & les vaſes ſacrez. Ils prirent alors le nom de Gueux, nom dont un Seigneur qui étoit auprès de la Princeſſe les avoit appellez. Marguerite voiant tout diſpoſé à une revolte, envoia de nouveau au Roi Philippe Bergues & Montigni ponr le prier de ne pas pouſſer les choſes à l'extremité: Philippe qui vouloit être obéi ſans replique, mit les deux Députez en priſon. Bergues y mourut peu de tems après, & Montigni eut la tête coupée. Pour domter ce peuple rebelle, Philippe envoia le Duc d'Albe, le plus propre à mener les choſes à la derniere rigueur. Le Duc paſſa en Italie, aſſembla une armée d'Eſpagnols & d'Italiens, & paſſa par la Breſſe, la Franche Comté & la Lorraine pour ſe rendre aux Payis-Bas. Le Prince d'Orange & les Comtes d'Egmont & d'Horne avoient ouvertement favoriſé les nouveaux Sectaires. Le premier plus ſage jugea à propos de ſe retirer, & donna avis aux deux autres de pourvoir à leur ſûreté ; mais ſans faire reflexion qu'en ces affaires où il y va de la tête, le plus ſûr eſt toûjours le meilleur, ils attendirent le Duc d'Albe, qui à ſon arrivée les fit mettre en priſon. Nous verrons plus bas la ſuite de cette affaire ; reprenons le fil de notre hiſtoire.

Les Comtes d'Egmont & d'Horne faits priſonniers.

Cette marche du Duc d'Albe mit l'allarme dans tout le parti Huguenot, qui étoit d'intelligence avec les Religionnaires de Flandres. La Regente fit lever ſix mille Suiſſes pour les oppoſer, diſoient ſes gens, au Duc d'Albe, s'il entreprenoit quelque choſe contre la France, & pour empêcher les Anglois d'y faire une deſcente ; mais on croioit qu'ils étoient ſoudoiez pour faire la guerre aux Religionnaires. En effet, quand l'armée du Duc d'Albe fut arrivée en Flandres, & qu'on eut vû que la prétenduë deſcente des Anglois étoit une chimere, on ſollicita la Reine Mere de renvoier ces Suiſſes ; & loin de s'en

---

mala ab Inquiſitione mox inferenda ipſi expoſuere, quæ commercium totum peſſumdatura erat. Illa vero, mandatorum exſecutione ſuſpenſa, Comitem Egmundanum ad Regem Philippum miſit, qui rogaret juſſa aliquantum moderaretur, ut ne ſubditos ſuos ad extrema compelleret. Egmundanum Philippus perhumaniter excepit, dixitque ſe ea quæ ſoror ſua faceret probaturum eſſe.

Les mêmes. At menſe Decembri ſequente Principi feminæ ſtrictiora mandata miſit ut Inquiſitionem admitteret. Id vero populum in furorem concitavit ; imagines illi & vaſa ſacra vel combuſſere vel fregere, tuncque nomen Gueuſiorum ſeu Mendicorum ceperunt, quo nomine quidam ex primoribus, qui cum Margarita erat, ipſos compellaverat. Margarita videns omnia ad rebellionem parata, Regi Philippo denuo miſit Bergenſem & Montiniacum, rogaturos ut ne rem ad extrema deduceret. Philippus qui juſſa ſua ſine ulla contradictione ſervari volebat, Deputatos illos duos in carcerem trudi juſſit. Bergenſis paulo poſtea mortuus eſt, & Montiniacus capite truncatus fuit. Philippus vero Albanum Ducem miſit, qui rebellem populum domaret, quique omnia pro more ſuo acerbe faceret. Dux in Italiam trajecit ; exercitum Hiſpanorum, Italorumque collegit, per Breſſiam, Burgundiæ Comitatum & Lotharingiam tranſivit, ut Belgium peteret. Princeps Arauſicanus & Comites Egmundanus & Hornanus novæ Religionis ſectatoribus aperte faverant. Arauſicanus aliis prudentior receptui cecinit, Comitibuſque ut idipſum facerent auctor erat. Hi vero non cogitantes, cum de capite agitur, ſecuriorem partem eſſe ſemper meliorem, Albanum Ducem exſpectavêre, qui ſtatim illos in carcerem conjici juſſit. Quid hinc ſequutum ſit infra videbimus ; jam hiſtoriæ ſeriem repetamus.

Les mêmes. Hæc Ducis Albani expeditio Hugonotos omnes commovit, qui cum Belgii Proteſtantibus conſentiebant. Sex mille Helvetii quos Catharina conſcribi juſſit, ut illos, inquiebat, Albano Duci opponeret, ſi quid contra Francorum Regnum ſuſciperet, vel ut Anglos impediret ne in Franciam exſcenſum facerent ; hi, inquam, potius evocari videbantur ad bellum Reformatis inferendum. Sed cum Albanus in in Flandriam pervenit ; cumque exſcenſum Anglorum merum eſſe commentum apparuit, Catharinam hortabantur illi ut Helvetios dimitteret ; at nedum re-

1567. retourner, ils avançoient toujours vers la Cour. Les Huguenots disoient que dans les endroits où les Catholiques étoient les plus forts, ils étoient fort mal traitez ; que dans les Cours de Justice, quelque bonne cause qu'ils eussent, ils étoient toujours condamnez, qu'on ne gardoit aucun des articles de l'Edit fait en leur faveur : Ils se plaignoient encore de bien d'autres choses ; plusieurs venoient avertir le Prince de Condé & l'Amiral, que le dessein de la Cour étoit de les surprendre & de les attaquer au même tems que le Duc d'Albe domteroit les Protestans de Flandre. Le Prince & l'Amiral, sur-tout ce dernier, étoient resolus de tout risquer avant que de prendre les armes.

Commencement de la seconde guerre civile.

Mais ils eurent avis que le dessein secret de la Cour étoit de se saisir du Prince & de l'Amiral, de mettre le premier en prison perpetuelle, de faire couper la tête à l'autre, & de revoquer tous les Edits faits en faveur des Huguenots. Alors d'Andelot plus hardi que les autres, dit que l'affaire étoit si pressée, que ce seroit vouloir se perdre que de la remettre à plus ample déliberation ; qu'il falloit nécessairement prendre les armes, & qu'il ne s'agissoit plus que de marquer un lieu pour s'assembler. On prit ce parti. Le lieu marqué fut Rosoi en Brie. Ils s'en rendirent les maîtres sans coup ferir. Là ils tinrent conseil ; les sentimens furent partagez, mais l'avis d'Andelot qui étoit toujours pour les coups les plus hazardeux, fut suivi. Il leur persuada d'aller fondre sur les Suisses qui n'étoient pas encore arrivez à la Cour où on les attendoit ; de tâcher de se saisir de la personne du Roi & de la Reine Mere, & de chasser de la Cour le Cardinal de Lorraine, qui, selon eux, gâtoit tout. Ils se mirent d'abord en marche pour executer cette entrepriſe.

La Reine Mere étoit à Monceaux avec le Roi son fils : au premier bruit elle se retira à Meaux accompagnée de toute la Cour, & fut informée de la marche & des desseins du Prince de Condé & de sa troupe. Pour les amuser & afin que les Suisses qui étoient près de là pûssent arriver en sureté, elle envoia au Prince de Condé le Maréchal de Montmorenci, bien instruit, lui demander que vouloit dire cette levée de boucliers qu'ils faisoient ainsi hors de propos. Il les questionna long-tems ; ils lui répondirent & lui donnerent une Requête pour la presenter au Roi. Cependant les Suisses qui étoient déja fort proche, hâtant leur marche, arriverent à Meaux. La Reine Mere tint con-

---

grederentur illi, semper ad aulam regiam pergebant. Dicebant etiam Hugonoti, in locis ubi Catholici fortiores erant, se semper male excipi, & in Curiis quantumvis bona causa sua esset, semper damnari ; nullum Edicti in sui gratiam lati articulum servari. De aliis quoque multis rebus conquerebantur. Plurimi autem monita dabant Principi Condæo & Maris Præfecto, dicebantque id regiam aulam moliri, ut dum Albanus Protestantes Flandrenses domaret, Hugonoti in Francia bello impeterentur. Princeps vero Condæus & Colinius, hicque postremus maxime, putabant omnia tentanda esse potius, quam arma arripienda.

Les mêmes. Sed indicatum illis fuit id aulam regiam machinari ut Condæus & Colinius comprehenderentur, priorque in perpetuum carcerem conjiceretur, alter vero capite truncaretur, omniaque Edicta in gratiam Hugonotorum facta revocarentur. Tunc Andelotus audacior aliis dixit, rem eo in statu esse, ut nonnisi in propriam perniciem, id ad ampliorem deliberationem mitti posset ; arma necessario esse arripienda, locumque quo conveniendum esset indicandum. Ejus consilium admissum fuit. Locus indicatus est Rosæum in Bria ; oppidulum ipsi facile invaserunt, ibique consilia miscuere. Variæ fuere sententiæ : verum Andelotus, qui audaciora semper proponebat, ad sententiam suam alios pertraxit, ut videlicet Helvetii qui nondum in aulam regiam pervenerant armis impeterentur ; ut ipsi Regem ipsum & Reginam matrem si quidem possent comprehenderent, & ex aula regia Lotharingum Cardinalem pellerent, qui omnia pessumdabat : statimque moverunt ut destinata perficerent.

Regina mater cum Rege tunc Moncellii erat, sparsoque rei gestæ rumore, Meldas se recepit, comitante regia aula : tum motus & consilia Principis Condæi & sociorum in aulam regiam allata sunt. Catharina ut illos aliquantum detineret, utque Helvetii, qui jam in proximo erant, cum securitate adventare possent, ad Condæum misit Montmorencium Marescallum monitis instructum suis, qui petiit ab eis, qua de causa sic temere arma cepissent ; diu quæstiones ille multiplicavit. Illi vero libellum supplicem ipsi tradidere, quem Regi suo nomine offerret. Interea Helvetii concitato gradu Meldas pervenere. Catharina vero ma-

La Popelinière. Thuanus.

ſeil dans le logis du Connétable, qui ſoutenu par le Chancelier de l'Hopital, fut d'avis que le Roi & toute ſa Cour ne devoit point ſortir de Meaux ; que le Prince de Condé & ſa troupe hors d'état d'aſſieger une Ville où étoit entré ce grand nombre de Suiſſes, & où l'on recevroit tous les jours de nouveaux renforts, ſeroient obligez de ſe retirer ; au lieu que ſi le Roi ſortoit avec ſes gens, il étoit à craindre qu'il n'y eut quelque combat dont l'évenement ſeroit toujours douteux. La Reine Mere étoit d'abord du même avis ; mais pluſieurs crurent que le Cardinal de Lorraine la fit tourner de l'autre côté, ſoutenu du Duc de Nemours & de pluſieurs autres, qui diſoient que le Roi avec ſes Suiſſes & huit ou neuf cens Gentilshommes quoique mal armez, devoit ſe retirer à Paris. Ce conſeil fut ſuivi, malgré les inſtances réiterées du Chancelier, qui s'attira la haine du parti oppoſé. 1567.

Le Roi eſcorté par les Suiſſes va de Meaux à Paris.

Rencontre le Prince de Condé.

Le lendemain avant le jour, le Roi, la Reine Mere & toute leur ſuite, ſe mirent en marche vers Paris, eſcortez des Suiſſes. Ils partirent pleins d'alegreſſe & de courage, ſoutenus par huit ou neuf cens Gentilshommes, mais mal armez, comme nous venons de dire. Après qu'ils eurent fait quatre lieües de chemin, ils apperçûrent le Prince de Condé accompagné d'environ quatre cens chevaux, tous bien armez, qui ſembloient vouloir leur barrer le chemin. Les Suiſſes encore plus animez par la preſence des ennemis, ſe diſpoſerent au combat. Le Prince de Condé envoia quelqu'un pour avoir audience de Sa Majeſté ; mais le Roi ne voulut rien entendre. Il y eut quelques eſcarmouches ; & le Connétable craignant qu'on n'en vînt à un combat, pria le Roi & la Reine Mere de gagner Paris par un chemin détourné, où il n'y avoit aucun riſque ; ce qu'ils firent, ſuivis de tous ceux que l'âge, le ſexe ou la profeſſion rendoient inutiles à une action militaire. Ils furent eſcortez en chemin par le Duc d'Aumale, le Maréchal de Vieilleville, & plus de deux cens Cavaliers, & ils arriverent à Paris le même jour. Les Suiſſes furent ſouvent attaquez, mais ils ſe défendirent vaillament, & ne furent jamais entamez par la Cavalerie Huguenote, qui ceſſa de les charger quand ils furent arrivez au Bourget. Il y eut fort peu de gens tuez de part & d'autre. Vers le même tems, la Noüe envoié par les Chefs des Reformez ſe ſaiſit ſans peine d'Orleans.

Les Confederez ſe rendirent à Claye, où ils demeurerent cinq jours entiers,

---

ter in ædibus Conſtabularii qui tunc podagra laborabat, conſilium habuit. Conſtabularius & Cancellarius opinabantur non debere Regem & aulam regiam Meldis egredi ; Principem enim Condæum & agmen ejus, cum non poſſent urbem obſidere, in quam tantus ille Helvetiorum numerus intraverat, in quam etiam quotidiana pugnatorum auxilia ingreſſura erant, haud dubie aliò ſe recepturos eſſe ; contra vero ſi Rex cum ſuis egrederetur, timendum eſſe ne pugna committeretur, cujus alea incerta foret. Regina mater initio hanc ſententiam amplexabatur : at plurimi putarunt Lotharingum Cardinalem illam in partem aliam deduxiſſe, aſſentientibus quoque Nemoroſio Duce & aliis, qui dicebant Regem cum Helvetiis ſuis & nongentis Nobilibus, etſi fere inermibus, Lutetiam ſe recipere debere. Hoc ſequi conſilium viſum fuit, fruſtra repugnante Hoſpitalio, qui oppoſitæ partis odium ſibi conciliavit.

Les mêmes. Inſequenti die ante lucem Rex, Regina mater, totaque aula regia profecti ſunt, Helvetiis ſtipati, qui alacri animo, cum 800. vel 900. Nobilibus ; ſed fere inermibus, ut dictum eſt, profecti ſunt. Vix quatuor leucas emenſi, Principem Condæum viderunt, cum quadringentis equitibus, qui armis probe inſtructi erant, ac viam ipſis intercludere videbantur. Helvetii ex Hugonotorum præſentia majore reſumto animo, ſeſe ad pugnam apparabant. Condæus quempiam miſit, qui Regem alloqueretur ; ſed ipſum Rex audire noluit. Aliquot autem velitationes fuere. Conſtabularius vero metuens ne pugna iniretur, Regem, Reginamque matrem rogavit, Lutetiam alia via, ſed tuta peterent. Ea illi via profecti ſunt, comitantibus iis omnibus, quos vel ætas, vel ſexus, vel profeſſio militari rei inutiles reddebat : & cum delecta equitum 200. manu, quorum præcipui duces erant Albæmalæus Dux, & Vetuſvilla Mareſcallus, Lutetiam advenere. Helvetii ſæpe ab Hugonotorum equitatu impetiti fuere ; ſed ita fortiter pugnavêre, ut nunquam ordines turbati fuerint, cumque Burgetum adveniſſent, a pugna exiguo utrinque damno ceſſatum eſt. Idem circiter tempus Lanovius a Reformatorum Principibus miſſus, Aurelianum facile occupavit.

Fœderati vero Claiam venerunt, ubi quinque dies *Les mêmes.*

1567. attendant la réponſe à la Requête qu'ils avoient preſentée au Maréchal de Montmorenci. Ils envoierent en même tems en pluſieurs Provinces du Roiaume, pour preſſer ceux de leur ſecte de venir promptement les ſecourir. En attendant ils prirent reſolution d'affamer Paris s'ils pouvoient. Ils ſe ſaiſirent pour cet effet de Montereau Faut-yonne, par où paſſoit tout ce qui venoit de la Champagne & de la Bourgogne, & la nuit du même jour ils brûlerent tous les moulins qui étoient entre les portes du Temple & de ſaint Honoré ; ce qui fit aux Pariſiens, dit M. de Thou, plus de peur que de mal. Ils ſe ſaiſirent auſſi de S. Denis. La Cour leur envoia alors le Chancelier de l'Hopital, le Maréchal de Vieilleville & Morvilliers, pour ſçavoir plus à fond la cauſe de leur rebellion ; ils ſe plaignirent du traitement qu'on leur faiſoit, à l'inſtigation, diſoient-ils, des Guiſes, & offrirent de mettre bas les armes, pourvû qu'on leur fît juſtice, & qu'on leur donnât les ſuretez requiſes. Il y eut pluſieurs allées & venuës de part & d'autres. Mais tout cela ne fit qu'aigrir les eſprits. Les Chefs des Rebelles mirent dans leurs Requêtes des choſes qui offenſerent vivement la Reine Mere.

L'armée des Réformez veut affamer Paris.

Les Conferences étant ainſi rompues, il arriva de differens endroits des ſecours au Prince de Condé & à l'Amiral. Les Religionnaires prirent pluſieurs petites Places, & empêchoient par là que rien n'entrât dans Paris. Le peuple en murmuroit hautement contre le Connétable, & diſoit qu'il n'agiſſoit ainſi que pour favoriſer le Prince de Condé & l'Amiral, ſes parens. Picqué de ces reproches, il voulut d'abord chaſſer les Huguenots des poſtes qu'ils occupoient autour de Paris, & fit rompre & enfoncer tous les pontons dont ils ſe ſervoient pour paſſer la riviere. Cela fut executé heureuſement. Il fit enſuite ſortir l'armée de Paris par pluſieurs portes. Le Maréchal de Montmorenci ſon fils alloit devant avec une troupe de Cavalerie & les Suiſſes. Le Duc de Longueville & les ſieurs de Tais, Chavigni, Lanſac & Rets, commandoient les gens de pied, ſuivis de l'Infanterie Pariſienne. Briſſac & Strozzi menoient l'aîle droite, ſoutenuë de deux eſcadrons commandez par le Duc d'Aumale & le Maréchal de d'Anville. Le Connétable fit marcher ſes troupes dans la plaine de ſaint Denis. L'armée du Prince de Condé étoit de beaucoup plus foible que celle des Catholiques, qui

---

morati ſunt, reſponſum exſpectantes libello ſupplici quem Regi offerendum tradiderant. Eodem tempore ad multas Regni provincias miſerunt, a Reformatis promta auxilia expetentes. Interim vero commeatibus ne Lutetiam intrarent, aditum intercludere ſtuduerunt, quo famem in urbem inducerent. Ea de cauſa etiam Montem-Rigoli ad Icaunam occupaverunt, qua tranſibant illa omnia quæ ex Campania & Burgundia in urbem importabantur : inſequenti nocte molendina omnia, quæ inter portas Templi & Sancti Honorati erant, combuſſerunt, majore Pariſinorum terrore quam damno, inquit Thuanus. Illi etiam Sancti Dionyſii oppidum occupavêre. Ex aula regia tunc miſſi fuere Hoſpitalius Cancellarius, Vetus-villa Mareſcallus & Morvillerius, qui accuratius ediſcerent qua de cauſa illi ad rebellandum impulſi eſſent. Ipſi vero conqueſti ſunt ſe, inſtigantibus Guiſiis, ut aiebant, aſperrime excipi ; ſeque ad arma ponenda paratos eſſe dixerunt, dum ſibi ſecundum æqui bonique rationem ſatisfieret, ſecuritatiſque pignora darentur. Ad colloquia pluries ventum eſt, qui itus, redituſque nedum pacarent, animos utrinque exaſperavere, cum maxime Reformati in libellis ſupplicibus ſuis quædam poſtulaſſent, quæ Catharinam matrem graviter offenderunt.

Les mêmes.

Colloquiis ceſſantibus, ex multis locis pugnatorum auxilia Condæo & Colinio venerunt. Illi vero plurima oppidula ceperunt, queis commeatus in urbem & annonæ aditum intercepere. Pariſini hæc videntes palam contra Conſtabularium obmurmurabant, dicebantque illum in gratiam Condæi & Coliniorum cognatorum ſic rem componere. Ille vero convitiis hujuſmodi concitatus, ſtatim Hugonotos ex locis quæ circum Lutetiam occupabant diſpellere voluit, Pontones queis flumen trajiciebant vel rupit, vel demerſit, quod feliciter ceſſit. Exercitum deinde Lutetia eduxit per diverſas portas. Montmorencius Mareſcallus primus movit cum equitum agmine & Helvetiis. Longavillæus Dux, Tæſius, Cavinius, Lanſacus & Retius, peditum agmina ducebant, quæ ſequebatur Pariſinus peditatus. Briſſacus & Strozzius alam dexteram ducebant, cui aderant equitum turmæ duæ, queis præerant Albæmalæus Dux & Damvilla Mareſcallus. Conſtabularius exercitum in planitiem Sancti Dionyſii eduxit. Veriſimile videbatur, Condæum cujus exercitus longe inferior numero erat, non pugnaturum eſſe : Catholicorum quippe exerci-

Memoires de Caſtelnau, liv. 6.

avoient trois mille chevaux & ſeize mille hommes de pied, ſans compter l'Infanterie Françoiſe. Mais malgré la diſparité du nombre, de concert avec l'Amiral, il ſortit de ſaint Denis, & mit ſes troupes en bataille. Il ſepara ſa cavalerie en trois corps. A ſa droite étoit l'Amiral du côté de ſaint Oüen, avec lequel étoit Clermont d'Amboiſe, & à ſa gauche Genlis du côté d'Aubervilliers. L'Infanterie fut auſſi diviſée en trois Corps comme la Cavalerie. 1567.

Bataille de S. Denis.

Le Connétable fit faire des décharges d'artillerie ſur l'aîle gauche commandée par Genlis, qui en fut fort endommagée : ce que voiant le Prince de Condé, il lui envoia dire, qu'il fit avancer ſon Infanterie devant la Cavalerie. Cette Infanterie fit beaucoup de dommage aux nôtres. L'Amiral fit auſſi avancer ſon Infanterie qui combatit avec avantage, & il donna avec ſa Cavalerie ſur la gauche du Connétable qui fut miſe en quelque deſordre. Le Prince de Condé laiſſant ſon Infanterie derriere, chargea avec ſa Cavalerie le corps de bataille où étoit le Connétable qui tint ferme, quoique une partie de ſes troupes menée fort rudement eût déja plié. Se voiant enfin environné de tous les côtez, & bleſſé devant & derriere, il ſe défendit vaillamment, & donna un ſi grand coup d'épée à Robert Stuart Ecoſſois, qu'il lui rompit deux ou trois dents, & lui fracaſſa la machoire; un autre Ecoſſois pour vanger Robert Stuart, lui porta un coup de piſtolet dans les reins, & le bleſſa à mort.

Le Connétable bleſſé à mort.

Cependant le Maréchal de Montmorenci avec ſes Suiſſes & ſa Cavalerie, renverſa tout ce qui ſe trouva devant lui. Genlis ſe retira, & le Maréchal de Coſſé ſe détacha pour ſecourir le Connétable qui ſe défendoit encore. Alors l'Amiral voiant ſes troupes mal menées par le Maréchal de Montmorenci; que ceux de l'armée Roiale qui avoient d'abord plié, ſe raſſembloient pour revenir au combat, & que le Maréchal de d'Anville qui n'avoit pas encore combatu, étoit prêt à donner ſur ſes gens, il jugea à propos de faire retraite vers S. Denis. Le champ de bataille & les dépoüilles demeurerent aux Catholiques. Pluſieurs Religionnaires prétendirent que la victoire avoit été de leur côté. Mais La Nouë, un de leurs meilleurs Chefs, & des plus équitables, diſoit qu'ils ne pouvoient nier que la victoire n'eût été du côté des Catholiques, non-ſeulement parce qu'ils étoient demeurez maîtres du champ de bataille, des morts & des bleſſez; mais auſſiparce que ſi la nuit n'étoit ſurvenuë, leur

Victoire de l'armée Catholique.

---

tus trium millium equitum erat,& ſexdecim millium peditum, non annumerato etiam Francico peditatu. Verum Condæus, etſi tam impar numero, aſſentiente Colinio Maris Præfecto, ex Sancti Dionyſii oppido exivit, & copias ſuas ad pugam eduxit. Equitatum tres in turmas diviſit. Ad dexteram verſus Sanctum Audoënum Colinius erat cum Claromontio Amboſiano; ad ſiniſtram vero Genliſius verſus Aubervilleriam, peditatus quoque tres in partes diviſus fuit.

Les finances étant totalement épuiſées, le Prince de Condé demanda aux Rochelois une ſomme d'argent comme par emprunt. Ils en offrirent une aſſez modique, qu'ils groſſirent enſuite par la ceſſion qu'on leur fit des revenus des biens Eccleſiaſtiques. Ils tirerent une bien plus groſſe ſomme des vaiſſeaux qu'ils avoient & qui faiſoient des courſes ſur mer: & pour ſurcroît la Reine d'Angleterre leur envoia ſix canons, trois milliers de poudre, & grand nombre de boulets. On lui donna en payement du ſel, des laines, & du métal des cloches des Egliſes, que les Huguenots avoient caſſées.

Siege de Sancerre levé.

Sur la fin de cette année, Martinengo & d'Entragues aſſiegerent Sancerre occupée par les Huguenots. Ils battirent la place, firent breche, donnerent un aſſaut, & furent vaillamment repouſſez. Les aſſiegez firent une ſortie, tuerent bien du monde, entre autres le fils du Baron de Neubourg. Les Catholiques furent obligez de lever le ſiege. Les Sancerrois enflez de leur bon ſuccès, firent une eſpece de fort ſur la Loire pour exiger des droits ſur les batteaux qui y paſſoient. Les Catholiques leur dreſſerent une embuſcade, où ils furent ſi mal menez, qu'ils furent obligez de ſe retirer bien vîte à Sancerre. L'Abbaye de S. Michel en l'Erme, fortifiée & bien munie par l'Abbé, avoit été deux fois

---

Les mêmes. Cum hiems appeteret, Dux Andium cum exercitu in Pictavorum urbem movit, atque in urbe ipſa & in viciniotibus locis copias omnes poſuit. Tunc Reformatorum duces, qui prœlii fortunam tentare geſtiebant, cum viderent id ſe nullo modo aſſequi poſſe, Ligerim cum exercitu trajicere decreverunt, & verſus Lutetiam tendere, ut ibi cum aliis Reformatis indigenis juncti bella gererent. Thoarſium ergo perrexerunt, indeque Salmurium verſus iter direxere. Dux Andium aliique Catholicorum duces, comperto Hugonotorum Ligerim trajiciendi propoſito, pugnandum eſſe potius putantes, quam ut talem rem impune fieri permitterent, Juliodunum verſus cum exercitu moverunt, atque tranſeundo Mirabellum ceperunt. Condæus exercitum Catholicum in motu eſſe videns, verſus illum movit: per aliquot dies ambo exercitus coram ſteterunt, & aliquot velitationibus ſeſe mutuo impetiere; ſed extrema frigoris tempeſtas, qua multi, maxime ex Hugonotorum exercitu, peribant, ambos exercitus ad hiberna ſe recipere coegit.

Les mêmes. Cum res æraria exhauſta omnino eſſet, Condæus ſummam pecuniæ a Rupellanis mutuo ſibi dari poſtulavit. Modicam illi ſummam obtulere, atque cum ipſis Eccleſiaſticorum bonorum reditus concederentur, oblatæ ſummæ aliam addiderunt. Verum majorem ipſi ſummam excepere ex navibus, quas ad excurſiones faciendas apparaverant: & quod etiam admodum illos juvit, Regina Angliæ tranſmiſit ipſis ſex tormenta pyria, tria millia librarum pulveris pyrii & globos emittendos. Illi vero Reginæ viciſſim dedere, ſalem, lanas & metallum ex Campanis Eccleſiarum, quas Hugonoti fregerant.

Hoc anno vertente Martinengus & Interaqueus Sancerram obſederunt, quod oppidum Hugonoti tenebant. Muros tormentis verberarunt, partem illorum dejecerunt & oppidum oppugnavêre; ſed ſtrenue a præſidiariis repulſi ſunt. Qui præſidiarii etiam in hoſtem eruperunt, multoſque occiderunt, interque alios filium Neuburgenſis Baronis. Catholici obſidionem ſolvere coacti ſunt. Sancerrenſes autem ex proſpero eventu tumentes, arcem quamdam ad Ligeris oram ſtruxere, ut a tranſeuntibus naviculis & cymbis aliquid ſibi exigerent. Catholici vero ipſis inſidias ſtruxere, & tam aſpere illi excepti fuerunt, ut Sancerram ſe recipere coacti fuerint. Sancti Michaëlis in Eremo Abbatia ab Abbate propugnaculis inſtructa & munita, bis fruſtra obſeſſa ab Hugonotis

La Popelinière. Thuanus.

inutilement assiegée par les Huguenots. Mais ils la prirent à la fin de cette année ; le butin fut grand, parce que les Catholiques du voisinage y avoient apporté leurs effets comme en lieu de sureté. 1568.

Les grands frais de cette guerre obligerent le Roi de demander au Pape permission d'aliener 150000 liv. de rente du Clergé de France. Il l'obtint & donna un Edit pour cela, datté du 17. Decembre 1568.

Cependant les deux armées qui étoient en quartier d'hyver, faisoient leurs préparatifs pour la campagne prochaine, le Prince & l'Amiral envoierent le brave Piles de la Maison de Clermont, en Querci & en Gascogne pour y faire de nouvelles levées. Il voulut engager les Vicomtes qui étoient à Montauban avec sept mille hommes, d'aller joindre la grande armée ; mais ils s'en excuserent, en lui disant qu'ils étoient fort necessaires dans le payis pour le défendre de Montluc & des Toulousains, qui avoient deux fois voulu prendre Montauban. Piles ne laissa pas de faire des levées considerables dans le Querci, le Perigord & l'Agenois pour aller renforcer l'armée des Princes ; ainsi appelloit-on alors l'armée des Reformez, parce que le Prince de Condé la commandoit, que son fils s'y trouvoit, & que Henri Prince de Navarre y venoit aussi quelquefois. 1569.

Au mois de Fevrier Brissac sortit de Lusignan, surprit le Comte de Montgommeri, le mit en fuite, & emmena son frere prisonnier. Les Reformez firent depuis une tentative pour surprendre Lusignan ; ils étoient déja dans la Ville, mais ils furent enfin chassez par les Catholiques. Ils voulurent de même tems surprendre Dieppe & le Havre, & ils n'y furent pas plus heureux. Ils équiperent une flote à la Rochelle de neuf vaisseaux de guerre commandez par le sieur de la Tour. Cette flotte courant sur nos côtes, prit plusieurs vaisseaux Bretons, Normans & Flamans. Mais les deux prises les plus considerables, furent de sept vaisseaux Portugais chargez de plus de deux millions d'or, & de quelques vaisseaux Espagnols chargez de huit cens mille ducats destinez pour le payement de l'armée. Comme cette flote étoit sous la protection de la Reine d'Angleterre, l'Ambassadeur de Portugal se plaignit à elle, & n'en pût avoir d'autre réponse, sinon que ce n'étoient point ses sujets qui avoient fait la prise. Selon la convention, une bonne partie de l'argent de ces prises de- Riche prise sur mer faite par les Rochellois.

---

fuerat ; sed hoc vertente anno ab ipsis capta fuit, qui ingenti præda potiti sunt, quia vicini Catholici istuc precioſiora sua quasi in tutum locum comportaverant.

Sumtus tam diuturno bello necessarios cum non posset gaza regia suppeditare, Rex a Summo Pontifice licentiam impetravit, proventus Clerici Gallicani reditum 150000. librarum abalienandi, & Edictum illa de re emisit decima-septima die Decembris anni 1598.

Les mêmes. Inter hæc, ambo exercitus in hybernis locati jam ad proximam expeditionem sese apparabant. Condæus & Colinius Pilium Claromontanum virum strenuum ad Cadurcos & in Vasconiam miserunt, ut pugnatores novos conscriberet. Ille vero Vicecomites qui in Monte-Albano erant cum septem millibus pugnatorum inducere voluit ut in exercitum se conferrent : at illi id sibi non licere dixerunt, quod istic perneceſſarii essent ad Monlucium & Tolosanos depellendos, qui bis Montem-Albanum capere tentaverant. Pilius tamen magnam collegit militum copiam in Cadurcis, Petragoricis & Aginnensibus, ut exercitum Principum admodum augeret ; sic tunc vocabatur Reformatorum exercitus, quia Princeps Condæus imperabat illis & filius ipsius cum ipso erat, atque Henricus Navarræus Princeps quoque in exercitum haud raro se conferebat.

Mense Februario Brissacus Lusiniano egressus Montgommerium intercepit, in fugam vertit, & fratrem ejus captivum reduxit. Reformati vero deinceps Lusinianum ex improviso capere tentaverunt. Jam in oppidum ingressi erant ; sed tandem a Catholicis expulsi fuere. Eodem tempore Dieppam in Neustria & Portum Gratiæ capere voluerunt : verum non feliciore exitu. Hoc anno classem Rupellæ apparavere navium novem, cujus dux fuit Turrius. Hæc vero classis Gallicana littora legens naves plurimas cepit, Britonum, Normannorum, Flandrorum ; sed longe majorem importavere prædam septem Lusitanæ naves captæ, in queis erant plusquam vicies centena millia aureorum, & quædam naves Hispanicæ octies centena millia ducatorum gestantes ad solvenda exercitûs stipendia. Cum autem classis isthæc sub protectione Reginæ Angliæ esset, Orator Lusitanus ea de re apud illam conquestus est. Respondit illa non subditos esse suos eos qui naves istas ceperant. Ut inter Reformatos convenerat, magna pars præda- *Les mêmes.*

1569. voit être emploiée au ſoutien *de la cauſe ;* c'eſt-à-dire, à entretenir les troupes & les armées des Reformez.

Le Duc d'Anjou ſe mit en campagne avec ſon armée, & reçût un puiſſant renfort de la Provence & du Dauphiné, amené par le Comte de Tende. Il tira vers l'Angoumois, où le joignirent auſſi deux mille cinq cens Reitres conduits par le Rhingrave & par Baſſompierre. Le deſſein du Duc d'Anjou & de ſon conſeil, étoit de combattre l'armée des Princes, conſiderablement diminuée par le grand hyver, les maladies & la deſertion, avant qu'elle eût été jointe par Piles & ſa groſſe troupe, & par les grands renforts qui lui venoient d'Allemagne. Les Princes ne vouloient point alors donner bataille ; mais attendre juſqu'à la venuë de Piles & des Reitres. Le Duc d'Anjou ſe rendit avec l'armée Roiale à Confolant, où il paſſa la Vienne, & de là à Vertueil, où il apprit que l'armée des Princes alloit à Coignac pour paſſer la Charante. Il tourna de ce côté, & fit ſaiſir Jarnac qui fut d'abord repris par l'Amiral. Monſieur, ainſi appelloit-on le Duc d'Anjou, prit ſon chemin vers Ruffec, le prit, & quelques petites places, & vint à Châteauneuf qui ſe rendit d'abord. Il fit ſemblant de marcher vers Coignac, & rebrouſſa chemin vers Châteauneuf, où il fit travailler avec une merveilleuſe diligence à réparer les ponts, & fit paſſer ſon avantgarde ſuivie du reſte de l'armée. L'avantgarde ſe trouva ainſi en preſence de celle des Reformez commandée par l'Amiral.

Bataille de Jarnac. Le Prince qui ne vouloit pas riſquer une bataille, fit dire à l'Amiral de venir le trouver à Jarnac : il ſe mit d'abord en marche, mais toutes ſes troupes n'étant pas en état de le ſuivre, une grande partie ſe trouva comme enveloppée des Catholiques, & alloit être entierement défaite ; ce qui obligea l'Amiral & d'Andelot de venir à leur ſecours avec le reſte de l'avantgarde. Le combat fut rude : cependant les troupes des Catholiques, après avoir paſſé la riviere ſe mettoient en bataille, & l'Amiral avec ſon avantgarde, ſe trouvant dans un extrême péril, fit avertir le Prince de venir à ſon ſecours. Il vint, renverſa d'abord tout ce qui ſe trouva devant lui, & dégagea l'Amiral ; mais ſe trouvant inveſti de l'armée Roiale, & ſon cheval bleſſé s'étant abbattu ſous lui, il fut obligé de ſe rendre à deux Gentilshommes, Argence & S. Jean, qui l'ai-

---

rum hujuſmodi *ad cauſæ ſuſtentaculum* adhibenda erat; id eſt ad ſtipendia copiarum Reformatorum.

Les mêmes. Dux Andium exercitum eduxit, qui magna pugnatorum a Tendæ Comite in Provincia & Delphinatu collectorum copia auctus fuit, acceptis etiam bis mille quingentis Germanis equitibus a Rhingravio & a Baſſompetra adductis. Andini & ſuorum conſilium erat ut pugna cum Principum exercitu quamprimum committeretur ; nam exercitus ille hieme, morbis ac deſertione admodum imminutus erat, & adoriri illum e re fore videbatur antequam novis a Pilio copiis & Germanorum auxiliis augeretur. Principes vero pugnæ fortunam tentare nolebant, donec Pilius & equites Germani auxiliatum venirent. Andinus autem cum exercitu regio Confluentiam venit, & Vigenna tranſmiſſo, Vertolium tendit, ubi certior factus eſt Principum exercitum Cognacum petere ut Carantonum tranſmitteret. Andinus illò vertit & Jarnacum occupari curavit, quod oppidum ſtatim a Colinio recuperatum fuit. Andinus aliò converſus, Rufecum cepit, aliaque oppidula, & ad caſtrum-novum ſe contulit, quod ſtatim deditionem fecit. Deinde ſe Cognacum petere ſimulavit, & ſtatim retro converſus, ad Caſtrum-novum rediit, pontes cum incredibili celeritate refici curavit, primamque aciem trajicere juſſit, quam ſequebatur reſiduus exercitus. Sic prima acies ſtetit coram prima Principum acie, cui Colinius imperabat.

Condæus qui pugnam committere nolebat, Colinio mandavit uti ſe Jarnacum conveniret. Ille ſtatim movit ; ſed cum copiæ illius omnes ipſum ſequi non poſſent, pars earum maxima a Catholicis cincta mox profliganda erat, quo conſpecto Colinius & Andelotus cum reſiduæ prima acie ad opem ferendam converſi ſunt. Acerrima pugna fuit. Interea vero regiorum agmina poſtquam fluvium trajecerant, pugnæ ordine dirigebantur. Colinius cum prima ſua acies in extremo periculo verſaretur, Condæum moneri curavit, qui in opem accurrit, & tanta vi impreſſionem fecit, ut obvios quoſque ordines ſolveret, & Colinium ab hoſte circumfuſum expediret ; ſed cum ipſe poſtea a Regiis circumdatus tamen pugnaret, equus confoſſus delapſus eſt, & Condæus nobilibus viris Argentio & Sancto Joanni, ſeſe fide

derent à ſe relever ; il ne le pouvoit de lui-même, aiant eu dans ſa marche l'os de la jambe caſſé d'un coup de pied de cheval : ils l'aſſirent auprès d'un buiſſon ; mais le Baron de Monteſquiou qui paſſoit l'aiant reconnu, il lui caſſa la tête d'un coup de piſtolet. Quelques-uns diſent qu'il avoit eu des ordres ſecrets pour cela. 1569. Les Réformez défaits & le Prince de Condé tué.

Dans cette bataille il y eut peu de fantaſſins tuez, mais plus de quatre cens Cavaliers du côté des Huguenots : de ce nombre étoient environ cent Gentilshommes. Les Roiaux y perdirent près de deux cens Cavaliers. La Nouë qui fut pris fut échangé avec Saiſſac. Les troupes de Monſieur ſe ſaiſirent de Jarnac, que les Reformez avoient abandonné après avoir rompu le pont. L'Amiral & d'Andelot ſe retirerent à S. Jean d'Angeli, où ayant appris que les jeunes Princes étoient à Saintes, ils s'y rendirent, & y donnerent rendez-vous au debris de leur armée.

La renommée de cette victoire vola par toute l'Europe. On en fit à la Cour & à Paris de grandes réjoüiſſances. On envoya au Pape une partie des drapeaux pris ſur les ennemis. Il fit faire une Proceſſion generale où il marchoit à pied avec tous les Cardinaux. Les Venitiens en témoignerent auſſi leur joie ; & par deſſus tous le Duc d'Albe, qui avoit ſouvent des Proteſtans François à combattre.

Monſieur, après ſa victoire, ſe retira à Jarnac, & fit aſſieger Coignac. On ſomma la garniſon, mais elle fit une réponſe qui fit juger qu'elle étoit reſoluë de ſe bien défendre. L'Amiral emmena les Princes de Saintes à S. Jean d'Angeli, & de-là à Tonnay-Charante où étoit venuë la Reine de Navarre. Cette courageuſe Princeſſe exhorta l'armée des Reformez de tenir toujours ferme, & de ne point s'épouvanter de ce mauvais ſuccès. Le Prince Henri ſon fils y fut reconnu Chef.

Coignac, où s'étoit retirée une bonne partie de l'Infanterie de l'armée des Princes, ſe défendit ſi bien, que Monſieur jugeant que ce ſiege dont le ſuccès paroiſſoit fort douteux tireroit en longueur, abandonna l'entrepriſe. Les intelligences qu'il avoit dans Angoulême n'eurent aucun effet ; mais l'armée des Catholiques prit quelques petites places. Le Duc d'Anjou pour donner quelque rafraîchiſſement à ſon armée, paſſa dans le Perigord, & envoia du ſecours

---

accepta dedidit, ipſiſque juvantibus ſurrexit, neque enim ſolus poterat, cum tibiæ os a calcitrante equo fractum eſſet, ipſum vero juxta dumum inſidentem repoſuere ; ſed Monteſquius iſtac tranſiens, cum illum noviſſet, ſclopeti ictu cervicem illius fregit, & Principem interfecit. Quidam dicunt illum non ſine occultis mandatis id feciſſe.

Les mêmes. In hac pugna pauci pedites cecidere ; ſed equites pluſquam quadringenti occiſi ſunt, ex parte Hugonotorum. Regii vero ducentos p ne equites amiſerunt. Lanovius qui captus fuit cum Saiſſaco permutatus eſt. Jarnacum Andini copiæ occupavère : quod oppidum Reformati rupto ponte deſeruerant. Colinius & Andelotus ad Sanctum Joannem Angeriacenſem receptum habuere ; cumque comperiſſent Principes Mediolani Santonum eſſe, illò ſe contulerunt, & reliquias exercitus iſtuc advocarunt.

Hujus victoriæ fama per Europam totam volavit. In aula regia & Lutetiæ ingentia lætitiæ ſigna data ſunt. Pars militarium ſignorum, quæ Hugonotis erepta fuerant, ad Summum Pontificem miſſa ſunt, qui Proceſſionem generalem indixit, ubi pedes ipſe cum Cardinalibus incedebat. Veneti quoque lætitiæ ſigna dederunt, maximeque omnium Dux Albanus, qui Proteſtantes Francos ſæpe contra ſe pugnantes experiebatur.

Andinus poſt victoriam Jarnacum ſe recepit, & Cognacum obſideri juſſit. Denunciatum præſidiariis eſt ut ſeſe dederent ; ſed ita reſponderunt, ut hoſtem ſtrenue propulſaturi eſſe viderentur. Colinius Principes Mediolano Santonum ad Sanctum Joannem Angeriacenſem duxit, indeque Tauniacum ad Carantonum, quo venerat Regina Navarræ, quæ ut animo virili erat, exercitum Reformatorum hortata eſt, ut firmiter ſtaret, nec infelici armorum exitu deterreretur. Henricus ejus filius Summus Reformatorum Imperator declaratus eſt. *Les mêmes.*

Andinus Cognacum obſedit, ubi pars peditatus Hugonotorum ſe receperat, atque ita ſtrenue Regiis obſtitit, ut Andinus ſecum reputans obſidionem, cujus etiam dubius exitus futurus eſſe videbatur, diuturnam fore, re infecta receſſit. Engoliſmæ quoſdam ſecum conſpirantes habebat, qui urbem deditури erant, ſed nihil efficere potuerunt : Regii vero aliquot oppida ceperunt. Ut faciſcentem exercitum recrearet Andinus ad Petrocorienſem agrum tranſi- *Les mêmes. Comment. de Montluc.*

1567. à Montluc qui avoit aſſiegé Mucidan, où fut tué le ſieur de Pompadour. Briſſac qui commandoit ce ſecours, fut auſſi tué devant Mucidan; ce qui fut une grande perte. Ce jeune Seigneur qui à l'âge de vingt ſix ans poſſedoit de grandes Charges, s'étoit acquis l'eſtime de toute la Nation. Les Huguenots même n'en parloient qu'avec éloge. Mucidan ſe rendit par compoſition, qui fut très-mal gardée. Dès que la garniſon Huguenote fut ſortie, les Soldats Catholiques ſans ordre de leurs Chefs, pour vanger la mort de Briſſac, la paſſerent au fil de l'épée. La Charge de Colonel General de l'Infanterie, que poſſedoit M. de Briſſac, fut donnée au ſieur de Strozzi. Tandis que l'armée de Monſieur étoit occupée à prendre quelques places, Piles brave Commandant des Huguenots, ſe ſaiſit du Medoc. Le 27. Mai de cette année, mourut à Saintes d'une fiévre peſtilentielle, le ſieur d'Andelot, un des meilleurs Chefs des Reformez, frere de l'Amiral. Quelques-uns dirent qu'il avoit été empoiſonné.

Briſſac tué & Mucidan pris.

Le Duc des Deuxponts avec une armée vient au ſecours des Reformez.

Cependant Monſieur, à la nouvelle que le Duc des Deuxponts venoit avec un grand corps de Reitres & de Lanskenets pour ſe joindre à l'armée des Princes, marcha vers le Berri à deſſein d'empêcher cette jonction. Le Roi Charles que cette affaire intereſſoit beaucoup, envoia le Duc d'Aumale, avec ordre de ramaſſer des troupes de tous côtez, d'obſerver le Duc des Deuxponts, & de l'empêcher, s'il le pouvoit, de paſſer la Loire. Le Duc d'Aumale ſe rendit dans la Lorraine, où aiant eu avis qu'un nommé la Coche avoit levé dans le Dauphiné & dans le Lionnois un bon nombre d'Arquebuſiers Religionnaires, & s'vançoit pour ſe joindre au Duc des Deuxponts, il alla à ſa rencontre, le défit, & tua un bon nombre de ſes gens. Mais le Duc des Deuxponts reçût d'un autre côté un renfort bien plus conſiderable en la maniere que nous allons décrire en prenant la choſe de plus haut.

Après que le Comte Louis de Naſſau, frere du Prince d'Orange, eut été défait à Emdem par le Duc d'Albe, il alla joindre le Prince ſon frere, & ils firent enſemble la guerre aux Eſpagnols: il ne ſe paſſa là rien de bien conſiderable, juſqu'à ce qu'ils reçûrent un grand renfort des troupes que Genlis, Morvilliers, & d'autres Chefs des Reformez avoient levées dans la Picardie & dans la Champagne. Leur armée étant conſiderablement augmentée, ils ſe crurent aſſez

---

vit, & auxilia Monlucio miſit, qui Mucidanum obſidebat, ubi cæſus fuit Pompadurius. Briſſacus etiam qui auxilium duxerat interemtus eſt, & magnum ſui deſiderium reliquit. Nobilis iſte junior, qui viginti ſex annos natus eximia officia exſequebatur, omnium Francorum ſibi exiſtimationem conciliaverat: ipſi Hugonoti laudes ejus prædicabant. Præſidium Mucidanenſe pacta conditione oppidum dedidit; pacta violata fuere. Statim atque præſidiarii Hugonoti ſunt egreſſi, milites Catholici injuſſu Ducum, ut Briſſaci mortem ulciſcerentur, ad unum omnes occiderunt. Munus Præfecti Generalis peditatus Gallici, quod tenebat Briſſacus, Strozzio datum fuit. Dum Andinus aliquot oppida & caſtra caperet, Pilius inter Reformatos celebris, Medulorum tractum occupavit. Vigeſima ſeptima die Maii hujus anni Mediolani Santonum Andelotus, inter optimos Reformatorum duces computatus, frater Colinii Maris Præfecti, ex febre ardenti & peſtilenti obiit. Quidam dicebant ipſum veneno ſublatum fuiſſe.

La Popeliniere. Interea vero Andinus cum comperiſſet Bipontinum Ducem cum magna equitum peditumque Germanorum manu in auxilium Principum venire, ad Biturices movit, ut aditum ipſis intercluderet. Rex vero Carolus, cui res hujuſcemodi admodum cordi erat, Albæmalæum Ducem miſit, qui copias undique colligeret, Bipontinum obſervaret, & ſi poſſet, arceret a Ligeris tranſitu. Albæmalæus vero in Lotharingiam venit, ubi cum nunciatum ipſi fuiſſet quemdam, Cochium nomine, cum numeroſam turmam Hugonotorum ſclopetariorum in Delphinatu & in Lugdunenſi tractu collegiſſet, ad Bipontinum pergere; in occurſum ejus profectus, totum agmen profligavit & multos occidit. At Bipontinus alia ex parte longe numeroſius agmen accepit eo modo, quo rem altius repetendo dicturi ſumus. *Thuanus.*

Poſtquam Ludovicus Naſſovius Arauſicani Principis frater Embdæ ab Albano Duce profligatus fuerat, fratrem ſuum convenit, & ambo ſimul bellum contra Hiſpanos geſſere, nec quid memoratu dignum factum eſt, donec copioſum pugnatorum auxilium accepere, quos Genliſius, Morvillerius & alii Reformatorum duces in Picardia & in Campania collegerant; cum exercitus eorum ſic auctus fuiſſet, ſe *Thuanus.*

forts pour paſſer la Meuſe, & aller preſenter bataille au Duc d'Albe, qui per- 1569.
ſuadé que cette armée ſeroit bien-tôt diſſipée faute de vivres, ne voulut pas riſquer le ſort d'un combat. La choſe arriva comme il l'avoit prévûë. Le Prince fut obligé de paſſer en France, & s'arrêta à Vitri, où il délibera avec les François s'ils tireroient droit à Paris, ou s'ils iroient joindre l'armée des Princes, ou enfin s'ils marcheroient vers l'Alemagne pour ſe joindre au Duc des Deuxponts. Ce dernier parti fut ſuivi, ils traverſerent la Champagne & la Lorraine, & ſe rendirent à Saverne.

Le Roi Charles faiſoit auſſi lever des gens en Alemagne. Le Rhingrave, le Marquis de Bade, Baſſompiere, & les troupes du Comte de Mansfeld, que le Roi d'Eſpagne lui envoyoit, devoient former un corps de cinq mille cinq cens chevaux : mais cela n'approchoit pas de cette armée du Duc des Deuxponts, qui avant que de partir publia un Manifeſte qu'il envoia au Roi Charles, où il expoſoit les raiſons qui l'avoient porté à prendre les armes, une deſquelles étoit le meurtre du Prince de Condé, tué après la foi donnée. Il ſe mit en marche avec ſept mille Reitres, ſix mille Lanskenets, aiant en ſa compagnie le Prince d'Orange & ſon frere le Comte Louis, & un corps de François. Le Duc d'Aumale avec ſa petite armée, renforcée de quelques troupes amenées par le Baron des Adrets & par le Prince de Nemours, ſuivoit toujours le Duc des Deuxponts, & tâchoit de lui empêcher le paſſage des rivieres. Quand il vit que cette armée approchoit de la Loire, il ceſſa de la ſuivre, & ſe mit en marche pour aller joindre Monſieur. Le Duc des Deuxponts paſſa la Loire ſans reſiſtance, & prit même la Charité petite Ville ; ce qui ſurprit bien des gens. La Reine Mere vint en Berri ; & s'aboucha avec le Duc d'Anjou ſon fils. On tint conſeil, & après meure déliberation, il fut reſolu qu'on ne donneroit point de bataille ; mais qu'on obſerveroit la marche de l'armée ennemie, en attendant que l'armée Roiale fut renforcée des ſecours qu'elle attendoit.

Le Duc des Deuxponts prend la Charité.

Le Duc des Deuxponts après avoir paſſé la Loire, paſſa encore la Vienne ; on voulut lui diſputer le paſſage ; mais le peu de troupes qui s'y oppoſoient, furent défaites. Il mourut peu de jours après à Neſſun près de Limoges, d'un reſte de fiévre quarte. Avant que de mourir, il exhorta ſes gens à pourſuivre

Mort du Duc des Deux-ponts.

---

pares putarunt eſſe qui Moſam trajicerent, & Albanum Ducem ad pugnam provocarent. Albanus vero gnarus hunc exercitum, annona deficiente, cito diſpergendum diſſipandumque fore, noluit pugnæ aleam tentare. Ut ille conjecerat ita accidit ; Arauſicanus in Franciam tranſire coactus eſt. Vitriaci ſubſtitit, & cum Francis deliberavit an Lutetiam verſus petrecturi eſſent, vel Principum exercitum adituri, vel in Germaniam profecturi, ut cum Bipontino Duce jungerentur. Hoc poſtremum illi conſilium amplexi, trajecta Campania & Lotharingia, Tabernam venerunt, & cum Bipontino juncti numeroſum conſtituerunt exercitum.

Les mêmes. Rex etiam Carolus in Germania milites conſcribi juſſerat, Rhingravius, Badenſis Marchio & Baſſompetra cum copiis Mansfeldii Comitis, agmen quinquies millium & quingentorum equitum effecturi erant ; ſed longe numeroſior erat Bipontini exercitus, qui antequam proficiſceretur reſcriptum emiſit, & Carolo Regi tradi curavit, quo quibus de cauſis arma arripuiſſet declarabat, interque cauſas illas Condæi Principis necem poſt datam fidem referebat. Movit autem cum exercitu ſeptem millium equitum & ſex millium peditum, qui omnes Germani erant, ſecum habens Arauſicanum Principem, fratremque ejus Ludovicum Naſſovicum Comitem, cum Francorum agmine. Albæmalæus autem cum exiguo exercitu, turmaque alia, quam adduxerant Adretius Baro & Dux Nemoroſius, Bipontinum ſequebatur, ut a fluviorum tranſitu arceret. Ut vidit autem illum jam prope Ligerim adventaſſe, aliò perrexit, ut cum Andini exercitu jungeretur. Obſtupuere autem multi cum viderunt Bipontinum Ducem, nemine obſiſtente, Ligerim trajeciſſe, atque etiam Caritatem oppidum cepiſſe. Catharina vero in Biturigas venit, ut cum Andino filio deliberaret. In Conſilio autem, rebus omnibus perpenſis, ſtatutum fuit, pugnæ fortunam tentandam non eſſe ; ſed obſervandos eſſe hoſtium motus, donec exercitum regium cætera, quæ exſpectabantur, agmina junxiſſent.

Les mêmes. Bipontinus Dux poſtquam Ligerim trajecerat, Vigennam etiam tranſmiſit. A tranſitu autem illum arcere tentavere regiæ copiæ paucæ, quæ profligatæ ſunt. Bipontinus cum diu ante quartana febri laboraſſet, ex itineris fatigatione, graviori morbo oppreſſus, Neſſunii prope Lemovicas obiit. Antequam

1569. l'entrepriſe, & laiſſa la conduite de ſon armée au Comte Volrad Mansfeld. Environ ce tems, la petite Ville de Châtillon ſur Loin, principale Terre de l'Amiral, fut ſurpriſe par les Catholiques. Il y avoit une ſi grande quantité de riches meubles, qu'on en chargea plus de quatre-vingt charrettes, qui les menerent à Paris, où ils furent vendus à l'encan.

Après que l'armée des Princes & celle du Duc des Deuxponts ſe furent jointes, on fit une revûe generale, où l'on paya aux Reitres & aux Lanskenets une partie de leur ſolde. Les ſoldats des deux Nations crioient qu'on les amenât promptement contre les Catholiques; mais les Princes & l'Amiral jugerent à propos de preſenter plûtôt une Requeſte au Roi, pour le ſupplier de leur laiſſer le libre exercice de leur Religion ſans aucune exception, & en leur donnant toutes les ſuretez requiſes. Ils voulurent la faire preſenter au Roi, & s'adreſſerent à Monſieur qui ne voulut pas s'en charger. L'Amiral en envoia copie au Maréchal de Montmorenci pour la preſenter au Roi, qui lui fit réponſe qu'il ne vouloit rien voir ni entendre que lorſque les Religionnaires ſe ſeroient mis en leur devoir & obéïſſance.

Monſieur fit camper ſon armée accruë des troupes du Duc d'Aumale, à la Roche-abeille. Il reçût là un ſecours que le Pape Pie V. envoioit au Roi de France, de douze cens chevaux Italiens, & de quatre mille Fantaſſins, conduits par le Comte de Santa Fiore ſon neveu. Peu de tems après qu'il eut été campé, l'Amiral alla attaquer un Corps de Garde que Monſieur avoit fait mettre près d'un étang, où étoient deux bataillons des meilleures troupes, commandez par le Colonel General Strozzi. Le combat fut rude & long-tems diſputé. Strozzi fut pris, les Reformez ſe rendirent maîtres de ce poſte, où ils perdirent bien de braves gens. La perte des Catholiques monta à plus de quatre cens hommes. Après cela Monſieur fut conſeillé de licentier ſon armée extrêmement fatiguée par ſes longues traites. Il la mit en garniſon dans les places de Guienne, & fit promettre à chacun qu'il ſeroit prêt de revenir au quinziéme d'Aouſt ſuivant. L'armée des Princes ne fit pas de même: elle prit de là occaſion de s'emparer de pluſieurs places. Monſieur s'en alla en Touraine, & arrivé à Loches, il licentia une bonne partie de ſa Cavalerie, avec ordre de revenir au mois d'Octobre.

Défaite du Colonel General Strozzi.

---

moreretur ſuos hortatus eſt ut cœpta perficerent, & ducem exercitus ſui deſignavit Volradum Mansfeldium Comitem. Idem circiter tempus Caſtellio ad Lupiam oppidum, quæ præcipua terra erat Colinii Maris Præfecti, a Catholicis ex improviſo captum fuit. Ibi vero tam ampla & opulenta ſuppellex erat, ut pluſquam octoginta carri illa onuſti Lutetiamducti ſint, ubi omnium auctio facta fuit.

Les mêmes. Poſtquam exercitus Principum cum Bipontini exercitu junctus fuit, recenſio generalis facta eſt, ac Germanis equitibus peditibuſque pars ſtipendii numerata fuit. Occlamabant autem utriuſque nationis pugnatores ut contra Catholicos confeſtim ducerentur: at Principes & Colinius, melius conſultum putavêre, ſi prius libellum ſupplicem Regi offerrent; quo rogabant ſibi Religionis ſuæ exercitium liberum relinqui, ſine ulla exceptione, omnibus ſibi conceſſis, quæ ad ſecuritatem pertinerent. Ut autem Regi offerretur, Andinum fratrem adhibere voluerunt, qui ſe rem ſuſcepturum eſſe negavit. Colinius ejus apographum miſit ad Montmorencium Mareſcallum, qui id Regi traderet. Reſpondit vero Rex ſe nihil vel lecturum vel auditurum eſſe, donec Reformati in ordinem & obſequium redacti eſſent.

Andinus exercitu jam Albæmalæi copiis aucto, ad Rupembellam caſtra poſuit. Iſtic auxiliares copias a Pio V. Summo Pontifice miſſas accepit 1200. equitum & 4000. peditum, duce Sanflorio Comite. Poſtquam autem ille caſtra poſuerat, Colinius duo agmina delectorum, quæ Andinus prope ſtagnum ad cuſtodiam, duce Strozzio peditatus Gallici Præfecto, poſuerat, aggreſſus eſt. Acerrima & diuturna pugna fuit; Strozzius tandem captus fuit, cæterique victi ſunt. Reformati vero multos ex fortiſſimis ſuorum amiſerunt: ex Catholicis plus quadringentis deſiderati ſunt. Sub hæc autem Andinus de conſilio procerum & tribunorum exercitum ſuum aſſiduis laboribus fatiſcentem dimiſit, & ad præſidia urbium & oppidorum Aquitaniæ direxit. Qui vero ſic dimiſſi fuere polliciti ſunt ſe redituros eſſe quintodecimo die Auguſti menſis. Exercitus Principum hinc occaſione ſumta, plurima oppida & caſtra cepit. Andinus ad Turones & Lochias ſe contulit, ubi equitatus partem dimiſit, juſſam menſe Octobri ad exercitum reverti.

Les mêmes.

Le

Le Comte du Lude voiant l'armée des Princes occupée dans le Limoſin, aſſiegea Niort. Pluſieurs Chefs des Huguenots ſe mirent en campagne pour jetter du ſecours dans la place. Cependant la garniſon ſe défendit vaillamment, & le Comte aiant appris que Monſieur avoit licentié ſes troupes, & qu'un grand corps de l'armée des Princes venoit fondre ſur lui, ſe retira à Poitiers, & laiſſa en chemin faiſant Onoux, Meſtre de Camp du Regiment de Briſſac à ſaint Maixant, avec ce même Regiment & deux pieces d'artillerie. L'armée des Princes prit alors Chateleraut, & aſſiegea le Château de Luſignan, un des plus forts de la France, & qui paſſoit pour imprenable. Ils prirent le tems que la garniſon étoit fort foible. Le Château ne tint pas long-tems, & ſe rendit par compoſition. 1569.

Siege de Poitiers.

Après la priſe de Luſignan, l'armée des Princes aſſiegea Poitiers. Monſieur, qui voiant Luſignan aſſiegé, jugea bien que ſi les Reformez prenoient cette place, ils aſſiegeroient Poitiers, y envoia le Duc de Guiſe avec un corps de troupes. Il partit dans le deſſein de faire lever le ſiege de Luſignan; mais le Château fut pris avant qu'il y arrivât, & il ſe jetta dans Poitiers, où il donna preuve de ſa valeur & de ſon courage. Il viſita tous les poſtes de cette grande Ville, mit ordre à tout, & ſe prepara à une belle défenſe. La garniſon n'étant pas aſſez nombreuſe, le Duc de Guiſe & le Comte du Lude firent dire à Onoux qui avoit été laiſſé à S. Maixant, deſe rendre à Poitiers avec une élite de ſa Cavalerie. Poitiers étoit ſi bien inveſti, qu'il étoit très-difficile d'y paſſer avec une ſi groſſe troupe. Cependant Onoux choiſit cinq cens de ſes meilleurs Cavaliers, & accompagné de quelques bons guides, il ſe coula ſi adroitement la nuit au travers des ennemis, qu'il y arriva avec ſa troupe ſans être apperçû d'eux. Il fut reçû avec grande joie, & ſervit fort utilement à la défenſe de la Ville, où il fut tué.

Onoux mene du ſecours dans Poitiers.

Sur les plaintes qu'on avoit faites, que le ſieur de Terride Gouverneur de Querci, envoié par les Catholiques en Bearn, travailloit à mettre tous les payis de la Reine de Navarre ſous la domination du Roi de France, les Princes avoient envoié le Comte de Montgommeri, avec ordre de prendre les troupes des Vicomtes, pour rompre les deſſeins de Terride. Le Comte ſelon

---

La Popeliniere. Thuanus. Ludius Comes cum Principum exercitum in Lemovicibus diſtentum cerneret, Niortium obſedit. Primores autem Hugonotorum ut auxiliares copias in oppidum immitterent advigilabant. Interim vero præſidiarii fortiſſime pugnabant. Comes Ludius cum comperiſſet Andinum copias ſuas miſſas feciſſe, & ex Principum exercitu magnam pugnatorum manum ad ſe adoriendum properare, in Pictavorum urbem ſe recepit, & iter agendo Onuxium in Briſſaci agmine Præfectum in oppido Sancti Maxentii cum agmine illo & duobus tormentis reliquit. Exercitus vero Principum Caſtrum-Eraldi cepit, & Luſinianum Caſtellum obſedit, quod omnium Galliæ munitiſſimum & inexpugnabile habebatur. Tunc autem præſidiarii pauci numero erant, quæ cauſa fuit ut illud obſiderent, nec diuturna obſidio fuit, & caſtellum pactis conditionibus deditum eſt.

Les mêmes. Poſt captum Luſinianum, Principum exercitus Pictavorum urbem obſedit. Andinus vero Luſinianum obſeſſum ſciens, cum putaret, ſi Principes caſtellum iſtud caperent, haud dubie ipſos urbem præcipuam obſeſſuros eſſe, Guiſium Ducem illò miſit cum militum manu valida. Ipſe vero profectus de Luſiniano caſtello liberando cogitabat; ſed antequam illò perveniret, caſtellum deditum fuerat, ipſeque in Pictavorum urbem ingreſſus eſt, ubi animi fortitudiniſque ſuæ ſpecimina dedit. Urbis ampliſſimæ omnia loca luſtravit, omnibus providit, & ad ſtrenuam defenſionem ſeſe apparavit. Cum præſidium non ſat numeroſum eſſet, Dux Guiſius & Comes Ludius, qui Onuxium in Sancti Maxentii oppido reliquerat, ipſi mandavêre, ut cum delectis equitibus ſuis in urbem ſe conferret. Tam accurate undique cincta urbs erat, ut difficile admodum eſſet cum tanto agmine illuc ingredi. At Onuxius delectis quingentis equitibus, peritiſque ductoribus, noctu ita dextere per hoſtium caſtra irrepſit, ut ne ſuſpicantibus quidem Reformatis, illæſus cum turma ſua in urbem ingreſſus ſit; cumque gaudio exceptus, defendendæ urbi ſtrenuam dedit operam, cæſuſque fuit.

Les mêmes. Comment. de Montluc. Cum querimoniæ undique allatæ eſſent, quod Terrida Cadurcorum Præfectus a Catholicis in Benearniam miſſus, nihil non ageret ut Navarræi Regis terras ſub ditionem Regis Francorum redigeret, Principes miſerant Montgommerium Comitem, qui cum Vicecomitum copiis Terridæ conatus compri-

1569. l'ordre donné, prit les troupes des Vicomtes, & ramaſſa des gens de tous côtez, enſorte qu'il forma une petite armée. Il fit une grande diligence, & s'avança vers le Bearn. Terride qui tenoit Tarbe aſſiegé, ne jugeant pas à propos de l'attendre, leva le ſiege, & ſe retira à Ortés. Montgommeri l'aſſiege, pouſſe vigoureuſement ſa pointe, & oblige Terride qui s'étoit retiré dans le Château, de ſe rendre la vie ſauve. Il obligea auſſi la Ville de Pau, qui s'étoit miſe du parti Catholique, de ſe rendre aux Reformez.

Ortés pris par Montgommeri.

Montluc aſſiegea & prit le Mont de Marſan, & vers le même tems Sanſac tenta de prendre la Charité ſur Loire, fit battre la place, & donna un aſſaut. Mais ſur un faux bruit que l'armée des Princes avoit levé le ſiege de Poitiers, & venoit pour ſecourir la Charité, il leva le piquet. Cependant les Princes & l'Amiral continuoient le ſiege de Poitiers. Après avoir fait brêche, il donnerent un furieux aſſaut, & pluſieurs même ſe logerent ſur la brêche. Mais ils en furent chaſſez. Les aſſiegez firent peu après une ſortie où ils défirent & taillerent en pieces deux Compagnies de Reitres; les Reformez vinrent ſouvent à l'aſſaut avec peu de ſuccès, & les aſſiegez firent pluſieurs ſorties. Les vivres leur manquoient, mais les aſſiegeans n'en étoient guere mieux pourvûs. Ce ſiege fut un des plus mémorables qu'il y ait eu dans ce ſiecle, & le Duc de Guiſe s'y acquit beaucoup d'honneur.

Monſieur étoit vivement ſollicité de venir ſecourir Poitiers; mais ſon armée étant alors bien moins forte que celle des Princes, il ne vouloit pas riſquer une bataille. Il prit le parti d'aſſieger Chateleraut, place qu'il étoit fort important aux Princes de ſe conſerver. Il l'inveſtit, y fit planter des batteries, & la fit foudroier d'une telle force, que ſans un promt ſecours elle auroit été bien-tôt emportée. Les Catholiques donnerent un aſſaut où les Italiens furent repouſſez avec perte. L'Amiral avoit d'abord envoié la Nouë avec un corps de deux mille chevaux pour ſecourir Chateleraut; mais la Nouë s'étant mis en marche, lui fit dire que ce détachement n'étoit pas aſſez conſidérable pour s'oppoſer à l'armée de Monſieur. Alors l'Amiral leva le ſiege de devant Poitiers & marcha avec toute l'armée vers Chateleraut. Monſieur qui n'avoit aſſiegé cette Ville que pour faire lever le ſiege

Levée du Siege de Poitiers.

---

meret. Comes, Vicecomitum copiis aſſumtis & collectis circumquaque militibus, exercitum modicum apparavit, celeriterque in Benearniam movit. Terrida qui tunc Tarbam obſidebat, ipſum exſpectare non auſus, Orteſium ſe recepit. Montgommerius ipſum obſidet, celerique opera oppidum capit; Terridam vero, qui in caſtellum ſe receperat, eò redigit, ut vita ſalva ſe dedere compulſus ſit. Palum etiam urbem, quæ ſe in Catholicorum partes conjecerat, Reformatis ſeſe dedere Montgommerius compulit.

Les mêmes. Montlucius Montem-Marſani obſedit & cepit, eodemque tempore Sanſacus Caritatem ad Ligerim occupare tentavit, oppidum tormentis verberavit, atque oppugnare cœpit; ſed ex falſo rumore quod Principum exercitus Pictavorum urbis obſidionem ſolviſſet, ut Caritati opem ferret, abſceſſit ille cum copiis ſuis. Interea Principes & Colinius in Pictavienſi obſidione pergebant. Poſtquam tormentorum tempeſtate pars murorum dejecta fuerat, urbem fortiter oppugnavere; multi quoque ſupremas murorum ruinas jam occupaverant; verum inde expulſi fuere. Obſeſſi poſtea eruperunt, & duo Germanorum equitum agmina in fugam verſa conciderunt. Crebro Hugonoti oppugnationes repetierunt, ſed infauſto exitu. Obſeſſi frequenter in hoſtem erupêre: ipſis annona deficiebat; ſed Reformatorum exercitus etiam re cibaria carebat. Inter celeberrimas obſidio iſtæc commemoratur, Duxque Guiſius iſtic magnum ſibi nomen peperit.

Urgebatur Andinus ut Pictavorum urbi ferret opem; ſed cum exercitus longe impar numero hoſtili exercitui eſſet, certaminis aleam ille tentare nolebat. Ut tamen Reformatos aliò avocaret, Caſtrum-Eraldi obſedit, quod ſibi ſervare oppidum Hugonotis multum intererat. Locum ille cinxit, tormenta pyria multa adhibuit, & tantam ignium globorumque tempeſtatem immiſit, ut niſi in opem veniſſet hoſtis, cito captum oppidum fuiſſet. Catholici oppidum oppugnavere, tuncque Itali multis ſuorum amiſſis repulſi ſunt. Colinius vero ſtatim Lanovium miſerat cum equitibus bis mille, qui obſeſſis opem ferret; ſed Lanovius poſtquam profectus erat ipſum moneri curavit, non poſſe tam parvam manum Andini exercitui obſiſtere. Tunc Colinius obſidionem ſolvit, & cum toto exercitu verſus Caſtrum-Eraldi movit. Andinus qui ideo tantum hoc oppidum ob-

Les mêmes.

de devant Poitiers, ne ſe ſentant pas aſſez fort pour donner bataille avant que de recevoir le puiſſant renfort de troupes qu'il attendoit, leva le piquet, fit avancer ſon artillerie, & en preſence de l'ennemi qui le pourſuivoit il paſſa quelques rivieres ſans aucun échec. Cette retraite fut fort eſtimée par les gens du metier. 1569.

Il ſe retira à Chinon où il demeura quelques jours, & il y reçut des renforts conſidérables de l'arriere-ban & de plus de vingt-cinq enſeignes, la plûpart de Normans ou de Manceaux. Le Duc de Guiſe ſortit de Poitiers après la levée du ſiege, lui amena auſſi un corps de troupes qu'il avoit ramaſſées. Se voiant donc en état de donner bataille, il s'y diſpoſa & en chercha l'occaſion. En ce tems-ci à la requête du Procureur General du Roi, le Parlement condamna à mort l'Amiral de Coligni, comme atteint & convaincu de rebellion & du crime de leze-majeſté. L'Arrêt portoit que celui ou ceux qui repreſenteroient le ſieur de Coligni au Roi ou à la Juſtice, auroient pour récompenſe cinquante mille écus d'or à prendre ſur l'Hôtel de Ville de Paris, & ſur les autres Villes du Roiaume. L'Amiral fut executé en effigie. Le Vidame de Chartres & le Comte de Montgommeri furent de même executez comme lui en la place de Greve.

L'Amiral de Coligni condamné à mort.

Monſieur aiant paſſé la Vienne s'avança dans la plaine de Saint Cler près de Moncontour. Son armée étoit de huit à neuf mille chevaux ; de ſeize à dix-huit mille fantaſſins, y compris ſix mille Suiſſes, & de quinze pieces d'artillerie. Les Princes & l'Amiral ſollicitez par les Reitres & les Lanskenets ſe diſpoſerent auſſi à la bataille. Ils avoient ſix mille chevaux tant François que Reitres, huit mille Arquebuſiers, quatre mille Lanskenets, ſix canons & deux couleuvrines. Dès le commencement du combat l'artillerie des Catholiques fit un grand fracas, & porta un tel dommage à l'armée des Princes, qu'on avouoit que ſi les Catholiques l'avoient alors chargée avec vigueur, tout alloit à vauderoute. La nuit qui ſurvint mit fin à cette premiere action. L'Amiral fit décamper ſon armée qui marcha fort en déſordre, & s'arrêta à une lieuë de-là pour prendre quelque repos. Deux heures avant le jour elle continua ſa marche, & arriva à la plaine de Moncontour.

ſederat, ut hoſtem ad ſolvendam Pictavorum urbis obſidionem cogeret, cum ſe viribus imparem videret antequam auxiliares copias quæ apparabantur, acciperet, obſidionem ſolvit, tormenta pyria miſit, ac præſente ſeque inſequente hoſte aliquot fluvios trajecit ſine ulla ſuorum pernicie, atque peritorum judicio magna arte & induſtria receptui cecinit.

Les mêmes. Chinonem Andinus ſe recepit ubi aliquot diebus manſit. Auxiliares vero copias accepit ex convocata Nobilitate, etiamque plus quam viginti quinque ſigna, quorum magna pars Normannorum vel Cenomanorum erat. Dux Guiſius quoque poſt ſolutam Pictavorum urbis obſidionem, pugnatorum manum ab ſe collectam adduxit. Cum jam opportune pugnæ fortunam adire poſſet, ſe ad certandum apparavit occaſionem quærens. Hoc tempore requirente Procuratore Generale Regio, Curia Senatus Pariſini capitis ſententiam tulit in Colinium Maris Præfectum, ut rebellem & læſæ-majeſtatis reum : in Sententia ferebatur eum vel eos qui Colinium comprehenſum ad Regem vel ad Juſtitiam deducerent, mercedis loco quinquaginta ſcutorum millia accepturos eſſe, quæ & ex Domo Publica Urbana Pariſina & ex cæteris urbibus exciperentur. Colinius in effigie ſua ſupplicio affectus fuit ; pariter Vicedominus Carnutum & Montgommerius Comes, omnes in Gravia platea in imagine tantum cæſi.

Les mêmes. Andinus trajecto Vigenna in planitiem Sancti Clari prope Monconturium movit. Exercitus ejus erat octo vel novem millium equitum, ac ſedecim octodecimve millium peditum, in queis ſex mille Helvetii erant cum quindecim pyriis tormentis. Principes & Colinius, urgentibus Germanis peditibus equitibuſque, ad pugnam ipſi quoque ſe apparavêre; eratque exercitus eorum ſex millium equitum ſeu Francorum, ſeu Germanorum, octo millium ſclopetariorum & quater millium Germanorum cum ſex tormentis bellicis & duabus colubrinis. Initio pugnæ Catholicorum tormenta ſtragem magnam fecerunt in Principum exercitu, ita ut faterentur omnes, ſi Catholici ſtatim fœderatos adorti eſſent, totum exercitum profligaturos fuiſſe : advenienſque nox ſtragi finem impoſuit. Colinius vero exercitum movere juſſit, qui turbatis ordinibus iter ſuſcepit, & unam emenſus leucam ſubſtitit, ut paulum quieſceret : per duas ante lucem horas perrexit, & ad Monconturii planitiem pervenit.

1569. Ce mauvais commencement découragea fort l'armée des Réformez, & l'on aſſure que l'Amiral étoit fort porté à faire retraite & ne point donner de bataille ; mais le Comte Volrad Mansfeld la vouloit à toute force. L'armée des Princes étoit poſtée de maniere, qu'il falloit que celle de Monſieur paſſât la Dive pour venir à eux, ou qu'il remontât à la ſource qui n'eſt pas bien éloignée. Il prit ce dernier parti & s'avança juſqu'à ce qu'il fût arrivé en préſence de l'armée des Princes. Les deux armées ſe regarderent quelque tems ſans rien faire. Le combat commença à trois heures après-midi. L'artillerie des Proteſtans fit d'abord quelque ravage dans nos troupes ; on en vint aux mains, les Huguenots ſe défendirent bien au commencement ; mais comme pluſieurs de leurs corps commençoient à plier, l'Amiral fit retirer les deux Princes. Pluſieurs Cavaliers de ceux qui craignoient les coups ſe mirent à leur ſuite, de ſorte que leur train fut de beaucoup plus grand qu'à l'ordinaire, ce qui découragea fort ceux qui virent cette retraite ; cependant les Réformez ſe défendirent fort bien & long-tems. Le Comte Louis de Naſſau ſe ſignala plus que tous les autres de ſon parti. Le Maréchal de Coſſé & Tavannes du côté des Catholiques contribuerent beaucoup au gain de la victoire. Les Suiſſes qui furent commandez pour attaquer les Lanskenets du parti des Princes les taillerent en pieces ſans faire aucun quartier à ceux-là même qui le demandoient à genoux. Il fallut que les François les arrêtaſſent pour ſauver la vie à deux cens, qu'ils prirent depuis à leur ſervice. Le Duc d'Anjou fut toujours à cheval allant de côté & d'autre pour encourager ſes gens, & ſe fit beaucoup d'honneur en cette bataille.

Bataille de Moncontour.

Victoire du Duc d'Anjou.

L'Amiral ſe retire.

L'Amiral qu'aucun évenement ne déconcerta jamais, voiant la déroute de ſon armée, ſe retira avec ſa troupe, accompagné du Comte Louis de Naſſau, de Volrad Mansfeld, & de huit Cornettes de troupes Allemandes. Ils arriverent la nuit à dix heures à Partenai, où ſe rencontrerent ſix cens chevaux de leur avant-garde. Les Princes s'y trouverent auſſi. Ils perdirent en cette bataille près de quatre mille Lanskenets & quinze cens François Fantaſſins. Le nombre de ces derniers morts parut bien plus grand ; mais la plûpart étoient des goujats ou des ſerviteurs ; il y eut environ trois cens Cavaliers tuez, mais beaucoup plus de chevaux, car les Catholiques tiroient plû-

---

La Popelinière. Thuanus. Hæc infauſta principia Reformatorum animos fregere, narraturque Colinium receptui canendum, nec committendam pugnam eſſe cenſuiſſe : verum Volradus Mansfeldus Comes pugna rem decernere omnino voluit. Exercitus Principum locum occupabat, quo Andinus nonniſi trajecto fluvio, cui nomen Diva, tranſire poterat, niſi fontes ipſos fluvii qui procul non erant peteret. Hoc ille conſilium ſequutus, fontes petiit, deindeque verſus Principum exercitum movit. Exercitus ambo per aliquod tempus coram ſteterunt, ac pugnari cœptum eſt tribus elapſis poſt meridiem horis. Tormenta bellica Hugonotorum initio aliquid damni importaverunt ; ad manus ventum eſt, & Reformati initio fortiter pugnavêre ; ſed cum jam multi eorum declinare inciperent, Colinius ambos juniores Principes ex prœlio excedere curavit. Plurimi equites, qui ſibi timebant, illos quaſi honoris cauſa ſequuti ſunt, ita ut cum majori, quam ſolerent, comitatu procederent. Multi autem hæc videntes, animis conciderunt. Interea Reformati fortiter & diu prœliati ſunt. Ludovicus Naſſovius Comes plura quam alii ſtrenuitatis ſpecimina dedit. Coſſæus vero Mareſcallus & Tavannius ex Catholicorum parte, cum virtute tanta rem geſſere, ut ad Regiorum victoriam multum contulerint. Helvetii Regii Germanos pedites adoriri juſſi, eorum magnam ſtragem fecere, nec vitam iis qui ſupplices & in genua procumbentes petebant concedere voluere. Francis demum ipſos coercentibus ducenti ſalvi evaſerunt, ac Regiæ militiæ nomen dederunt. Andinus porro pugnæ tempore circumquaque ſemper equitans, & pugnatoribus animos faciens, multum ſibi honoris peperit.

Les mêmes. Maris Præfectus Colinius, qui nullo unquam quantumvis infauſto eventu fractus eſt, ubi profligatum exercitum ſuum vidit, cum turma ſua receptui ſe dedit, comitantibus ſe Ludovico Naſſovio & Volrado Mansfeldio, atque octo Germanorum vexillis : & noctu hora decima Parthenæum venerunt, ubi etiam ſexcenti primæ aciei equites reperti ſunt, Principes quoque eò venerant. In hac vero pugna quater mille Germanos & mille quingentos Francos pedites amiſerunt. Francorum autem cæſorum numerus multo major videbatur eſſe ; ſed inter illos, calones & famuli multi occiſi jacebant. Equites vero circiter trecenti interfecti ſunt ; ſed longe plures equi : equos enim

tôt aux chevaux qu'aux Cavaliers. L'Amiral fut bleſſé au viſage ; la Nouë & d'Acier furent priſonniers. Toute l'artillerie fut priſe par les Catholiques qui y perdirent cinq ou ſix cens chevaux & très-peu d'infanterie. Il y eut un bien plus grand nombre de bleſſez, dont la plupart moururent. On accuſoit les Huguenots d'empoiſonner leurs balles. 1569.

A Partenai les Princes & l'Amiral tinrent conſeil. Ils envoierent à leurs Confederez, à la Reine d'Angleterre, en Allemagne, en Suiſſe & ailleurs pour demander du ſecours. Ils partirent de Partenai & ſe rendirent à Niort, où ils furent quelque tems. Ils comptoient que cette Ville & les autres du Poitou demeureroient en leur puiſſance, en quoi ils ſe trompoient. Ils ſe rendirent enſuite à Saint Jean d'Angeli, & y laiſſerent Piles avec une bonne garniſon.

Monſieur aſſembla auſſi ſon Conſeil pour déliberer ſur le parti qu'il avoit à prendre. Les plus ſages diſoient qu'il falloit pourſuivre les débris de cette armée fatiguée après tant de travaux, & qui réduite en neceſſité ſe débanderoit peu à peu, manquant de toutes choſes, & que quand elle ſeroit entierement diſſipée, on prendroit facilement les places que les Reformez tenoient encore : au lieu que ſi l'on s'amuſoit à les prendre alors, pendant ce tems leur armée ſe remettroit ſur pied, & qu'on ſeroit toujours à recommencer : les autres diſoient qu'il falloit premierement prendre les places voiſines, & qu'après cela on pourſuivroit l'armée des ennemis. Ce dernier parti fut ſuivi.

On ſe mit à prendre des places, & l'on en prit effectivement quelques-unes. Luſignan ſe rendit d'abord. Partenai fut abandonné par les Reformez. Moui qui ſe diſpoſoit à ſe bien défendre dans Niort, ayant été traitreuſement tué par Maurevel, la Ville fut abandonnée par la garniſon. Monſieur s'y rendit peu de jours après, & traita fort doucement les habitans. Le Roi la Reine Mere & le Cardinal de Lorraine y vinrent auſſi, & il y fut reſolu qu'on aſſiegeroit S. Jean d'Angeli. A la nouvelle de la priſe de Niort, preſque toutes les places fortes furent abandonnées par les Reformez, dont la plûpart ſe retirerent à la Charité ſur Loire.

Siege de S. Jean d'Angeli.

Saint Jean d'Angeli fut aſſiegé par l'armée des Catholiques. La garniſon commandée par le brave Piles, ſe défendit vaillamment. Quelques jours

---

Regii magis quam equites impetebant. Colinius in vultu vulnus accepit. Lanovius & Acerius capti fuere. Tormenta omnia bellica a Catholicis capta ſunt, qui equites quingentos ſexcentoſve amiſere, paucoſque vero pedites. Major fuit vulneratorum numerus, quorum magna pars interiere ; dicebatur enim Hugonotos glandes plumbeas veneno inficere.

Les mêmes. Parthenæi Principes & Colinius conſilium inierunt : ad fœderatos Principes miſerunt, ad Reginam Angliæ, in Germaniam, ad Helvetios auxilia petentes. Parthenæo autem Niortium venerunt, ubi per aliquod tempus manſere. Putabant vero Niortium & alia Pictavorum oppida in poteſtate ſua manſura eſſe, qua in re ſpe lapſi ſunt. Poſteaque ad Sanctum Joannem Angeriacenſem venerunt, ubi Pilium reliquere cum numeroſo præſidio.

Les mêmes. Andinus quoque de rebus agendis conſilium iniit. Prudentiores quique dicebant hoſti a tergo ſemper inſtandum eſſe, & haſce exercitus reliquias proſequi oportere, quæ tot laboribus feſſæ & in neceſſitate poſitæ paulatim diſſipandæ erant, & poſtquam illæ diſperſæ, diſtractæque eſſent, tunc facillime capi poſſe oppida & caſtra omnia quæ Reformati tenebant. Si vero tunc illis expugnandis diſtineretur exercitus Regius, dum hæc agerentur, hoſtes exercitui ſuo reficiendo operam eſſe daturos, unde futurum erat ut bellum ſemper recrudeſceret. Alii vero dicebant capienda primum oppida, & poſtea hoſtem perſequi oportere. Et hoc agendum ſuſceptum fuit.

Les mêmes. Tunc oppida & urbes expugnare cœptum, plurimaque capta fuere : Luſinianum ſtatim ſe dedidit. Parthenæum a Reformatis deſertum fuit. Cum vero Moius qui Niortii ad defenſionem ſeſe apparabat, per proditionem a Morevellio occiſus fuit ; præſidiarii aliò profecti vacuum oppidum reliquere. Andinus paucis poſtea diebus illò ſe contulit, & oppidanos optime excepit. Rex etiam, Regina Mater & Cardinalis Lotharingus Niortium venerunt, decretumque fuit Fanum Joannis Angeriacenſis obſidendum eſſe. Poſtquam nunciâ famâ evulgatum eſt Niortium captum fuiſſe, omnia ferme oppida etiam munitiora a Reformatis deſerta fuere, qui fere omnes Caritatem ad Ligerim ſe receperunt.

Les mêmes. Fanum Joannis Angeriacenſis obſeſſum fuit a Regio exercitu. Præſidiarii ſtrenuo illo Pilio duce fortiter pugnavêre. Paucis diebus poſtquam obſidio cœ-

1569. après que le ſiege fut formé, le Roi s'y rendit le 26 Octobre, & logea à Landes, reſolu de n'en point partir que la Ville ne fût priſe. On ne pouvoit rien ajouter à la diligence des aſſiegez à reparer les brêches, & à fortifier les endroits foibles. Piles qui y commandoit, & à qui ſes belles actions paſſées avoient attiré la confiance du ſoldat, mit tout en œuvre pour arrêter le plus long-tems qu'il pourroit l'armée du Roi, aidé du Capitaine la Mothe qui lui fut d'un grand ſecours par ſa valeur & ſon adreſſe. Les Gentilshommes qui étoient à la ſuite du Roi, voulant faire preuve de leur valeur, prirent, ſans être commandez, des ſoldats avec eux, & donnerent un aſſaut ſi furieux, que Piles croiant que la Ville alloit être priſe, fit percer les murs de la place du côté le plus favorable pour ſe ſauver ailleurs avec ſa garniſon, tandis que les Catholiques ſaccageroient la Ville; mais les aſſaillans ſe retirerent. Il périt à cet aſſaut beaucoup de gens des deux côtez.

Le ſiege tirant en longueur, Biron, qui dans le fond même penſoit de la Religion comme les Huguenots, mais que ſa fortune retenoit dans le parti Catholique, écrivit à Piles, l'exhortant de rendre la Ville qu'il ne pouvoit garder guere plus long-tems, & de ne pas faire perir le reſte de ſes gens, dans le tems que toutes les places du Poitou & des environs, s'étoient remiſes ſous l'obeïſſance de Sa Majeſté. Cette Lettre fit quelque impreſſion ſur Piles & les autres Chefs des aſſiegez. On commença à traiter : mais Piles vouloit qu'on négotiât une paix generale, à la faveur de laquelle il remettroit la Ville au Roi. On ſe mit à parlementer ſur cette paix generale, on en propoſa les articles. Piles demanda dix jours de tréves pour les faire propoſer aux Princes, à condition que ſi pendant ces treves il ne recevoit point de ſecours, il rendroit la Ville après le retour des Députez aux Princes. Les dix jours s'écoulerent, & Piles ne voulant pas ſe rendre juſqu'à ce qu'il auroit reçû réponſe des Princes; on prolongea encore la tréve pour dix jours. Biron vint ſommer Piles de tenir ſa parole. Il répondit qu'il ne vouloit point s'expoſer à être taillé en pieces avec ſes gens, comme le bruit en couroit dans tout le camp..

Après cette réponſe, on recommença à faire joüer le canon & les batteries, les aſſiegez ſe défendirent à leur ordinaire. Le 19 Novembre Sebaſtien de Luxembourg Comte de Martigues, auſſi diſtingué par ſa naiſſance que par ſa

---

perat, Rex illò ſe contulit vigeſima ſexta die Octobris, & Landis hoſpitium habuit, non inde profecturus donec urbs capta fuiſſet. Diligentiæ autem præſidiariorum in reparandis murorum ruinis nihil adjici poterat. Pilius qui iſtic imperabat, nominis ſui fama præſidiariorum benevolentiam & fiduciam ſibi conciliaverat, nihilque non egit ut quam diutius poſſet Regium exercitum detineret : ipſi auxilio fuit fortitudine induſtriaque ſua Motha Tribunus. Nobiles autem qui ex regio comitatu erant, cum vellent fortitudinis animique ſui ſpecimen dare, nullo jubente, & aſſumtis ſecum militibus, oppidi expugnationem cum ardore tanto ſunt aggreſſi, ut Pilius putans oppidum mox capiendum fore, muros perfodere juſſerit in illa parte qua facilior exitus pateret præſidiariis, dum Catholici oppidum diriperent; ſed tunc ii qui oppugnationem cœperant receſſerunt. In hac oppugnatione multi utrinque cæſi ſunt.

La Popeliniere. Thuanus. Cum diuturnior eſſet obſidio, Bironus, qui interius eadem quæ Reformati de Religione ſentiebat; ſed quem fortunæ munera in Catholicorum partibus detinebant, Pilium per literas hortatus eſt, ut urbem dederet, quam nec multo diutius ſervare poſſet, nec præſidiariorum partem quæ ſupererat neci traderet, quando maxime omnia in Pictonibus & vicino tractu oppida & caſtra ſub Regis poteſtatem redacta erant. Hæ literæ Pilium cæteroſque duces præſidiariorum moverunt. De conditionibus actum eſt : at Pilius volebat de pace generali agi. De illa itaque pactiones utrinque propoſitæ fuerunt. Pilius decem dierum inducias poſtulavit, ut Principibus pacis rationes proponerentur, illa tamen conditione, ut ſi per hoc induciarum ſpatium ipſi auxilium non accederet; poſt Deputatorum reditum urbem dediturus eſſet. Elapſis illis decem diebus, Pilius noluit urbem dedere, donec Principum literas & juſſa accepiſſet, decem alii induciarum dies additi fuere, & Bironus Pilio indixit ut promiſſis ſtaret. Reſpondit Pilius, nolle ſe ſuoſque hoſti jugulandos offerre, utrumor tunc in caſtris ferebatur.

Tunc tormenta pyria denuo emiſſa fuere : præſidiarii fortiter pugnarunt. Die decima nona autem Novembris Sebaſtianus Luxemburgius Martigius ſclopeti glande occiſus eſt, vir non minus fortitudine, *Les mêmes.*

valeur, fut tué d'un coup d'arquebuſe. Les aſſiegez firent une furieuſe ſortie 1569.
pouſſerent les Catholiques, vinrent juſqu'aux batteries, & enclouerent quelques canons. Cependant les vivres leur manquoient, la garniſon diminuoit tous les jours. Un ſecours qui leur venoit d'Angoulême, n'ayant pû entrer, ils penſoient à ſortir enſemble, abandonner la Ville, & ſe faire jour au travers de l'armée Catholique pour ſe retirer à Angoulême ou ailleurs. Biron reprit alors le traité de capitulation. La neceſſité força les Chefs des Aſſiegez d'y S. Jean d'Angeli pris par compoſition.
prêter l'oreille. Pour plus grande ſureté, ils obtinrent que Sa Majeſté en ſigneroit les articles qui furent tels : Que les aſſiegez ſortiroient de la Ville *leurs bagues ſauves*, avec leurs armes, leurs chevaux, enſeignes *ployées* ; qu'ils ne porteroient les armes pour la cauſe generale de la Religion, de quatre mois, qu'ils pourroient tant étrangers qu'habitans, ſe retirer en toute ſureté où bon leur ſembleroit ; qu'ils ſeroient conduits où ils voudroient aller par les ſieurs Biron & Coſſeins. A leur ſortie les ſoldats Catholiques les dévaliſerent malgré les inſtances que firent Biron, Coſſeins & d'autres Chefs pour l'empêcher. Piles ne ſe crut point obligé de tenir une capitulation ſi mal gardée.

Le Roi s'en alla à Angers, où continuant le traité de la paix generale commencé pendant ce ſiege, il y fit venir les Députez des Reformez. Il envoya Sanſai avec un corps de troupes en Berri pour reſſerrer les Religionnaires qui s'étoient retirez en grand nombre à la Charité ſur Loire, & faiſoient des courſes dans tous les payis des environs, déſoloient les campagnes, & prenoient des places. Quelques-uns les appelloient par ironie les Charitables, par rapport au lieu d'où ils ſortoient pour faire tant de dégats. Ils tenterent de ſurprendre Bourges. Mais le Gouverneur averti de l'entrepriſe, en laiſſa entrer une partie dans la Ville, & en tua & prit un aſſez grand nombre. Vers ce tems-ci les Huguenots ſurprirent Aurillac en Auvergne, & Nîmes en Languedoc. Il ſe paſſoit en differens endroits du Roiaume bien des actes d'hoſtilité, où tantôt les uns, tantôt les autres avoient l'avantage, & dont le détail ſeroit trop long. Nos Hiſtoriens les plus diffus en ont bien paſſé.

Après la défaite de Moncontourt, les Princes & l'Amiral allerent du côté du Querci pour joindre Montgommeri, les Vicomtes & d'autres troupes de leur parti. Ils paſſerent la Dordogne & ſe rendirent à Montauban, où ils ſe rafraîchirent quelques jours, y laiſſerent pour Gouverneur le Comte de Bour-

---

quam Natalium ſplendore clarus. Præſidiarii vero in hoſtem cum impetu tanto eruperunt, ut ad uſque pyria tormenta penetrarent, & quædam ipſorum clavis obſtruerent. Interim vero res cibaria ipſis deficiebat, ac præſidium quotidie minuebatur ; cumque auxiliarii Engoliſma venientes intrare non potuiſſent, cogitabant illi erumpendum, & per exercitum regium ferro ſibi viam parandam eſſe ut Engoliſmam vel alium in locum ſe reciperent. Tunc Bironus pactiones novas propoſuit : præſidii autem duces neceſſitate compulſi manus dederunt. Ad majorem vero cautionem impetrarunt illi ut Rex conditionibus ſubſcriberet, quæ tales fuere, ut duces cum præſidiariis rebus ſalvis, cum equis, armis, ac ſignis complicatis abirent, ut per quatuor menſes arma pro Religionis cauſa non ferrent ; ut tam exteri quam cives quo vellent ſe recipere poſſent, ut a Birono & Coſſenio quo vellent ducerentur. Egreſſi autem a Catholicis ſpoliati ſunt, fruſtra obnitentibus Birono, Coſſenio, aliiſque ducibus. Pilius violatæ a Catholicis pactioni ſibi ſtandum eſſe non cenſuit.

Les mêmes. Rex Andegavum ſe contulit, ubi cœptum de pace generali colloquium repetiit, Deputatoſque Principum advocavit. Sanſæum autem cum militum manu ad Biturigas miſit, ut Reformatos, qui magno numero Caritatem ad Ligerim ſe receperant, & incurſionibus circum omnia vaſtabant & oppida occupabant reprimeret. Aliqui vero illos ironice Caritatis cultores vocabant, Biturigas etiam urbem occupare tentarunt ; ſed Præfectus commonitus, ipſorum partem in urbem ingredi permiſit, ingreſſoſque vel occidit, vel cepit. Hoc tempore Reformati Aureliacum in Arvenis & Nemauſum in Septimania ex improviſo ceperunt. Sic in plurimis Regni partibus hoſtilia multa exercebantur, modo his, modo aliis ſuperantibus, quæ minutatim recenſere longius eſſet. Hiſtoriæ Scriptores vel ii, qui res pluribus tractavêre, multa præterire coacti ſunt.

Poſt Moconturianam cladem Principes & Præfectus maris verſus Cadurcos moverunt, ut Mongommerium, Vicecomites & alias auxiliares copias exciperent. Duranio trajecto in Montem-albanum venerunt, ubi quietis cauſa per aliquot dies morati, Burniquetum Comitem Præfectum urbis conſtituerunt, *Les mêmes. Comment. de Montluc.*

1569. niquet, & prirent le chemin de la Garonne. La Louë qui alloit devant eux, prit Aiguillon & le port Sainte Marie. Le Comte de Montgommeri & ſa troupe vinrent joindre l'armée du Prince. Ils firent un pont ſur la Garonne, conſtruit de maniere qu'il ſembloit qu'on ne pouvoit rien ajouter à ſa ſolidité:

1570. Cependant Montluc qui obſervoit l'armée des Princes, & qui ſervoit ſi utilement le Roi en ce payis-là, cherchoit les moiens de détruire ce pont, & il s'aviſa de cet expedient, il détacha un de ces moulins conſtruits ſur de grands batteaux qu'on voit en pluſieurs endroits ſur la Garonne, & le laiſſa aller au courant de la riviere. Ce moulin donna un tel choc au pont qu'il emporta tout, cables, chaînes & bateaux; enſorte que de ces bateaux il y en eut qui deſcendirent juſqu'auprès de Bourdeaux.

Peu de tems après Montluc aſſiegea Rabaſtens. Il commença par battre la Ville, & fit brêche. Ce n'étoit pas le deſſein des aſſiegez de ſoutenir un aſſaut. Ils mirent le feu à la Ville, & ſe retirerent au château qui étoit une très-forte place. Montluc le fit battre rudement; & quand la brêche fut raiſonnable, il fit monter à l'aſſaut. La reſiſtance des aſſiegez fut grande: & lui, voiant que ſes gens n'avançoient pas à ſon gré, il y monta lui-même. Le Château fut pris, & toute la garniſon taillée en pieces. Mais Montluc y fut fort bleſſé au viſage. Leberon s'y diſtingua à ſon ordinaire.

Les Princes après que leur pont eut été rompu, en firent conſtruire un autre à moindres frais que le precedent, paſſerent la riviere, s'en allerent au Mas, & s'avancerent auprès de Toulouſe. Le Maréchal d'Anville y étoit alors avec plus de ſix mille Arquebuſiers & cinq cens chevaux, dont pluſieurs ſortoient de tems en tems pour eſcarmoucher contre les Reformez, qui en haine du Parlement de Toulouſe, toujours fort oppoſé aux Huguenots, ruinerent leurs maiſons de campagne, & firent le dégât dans leurs terres. Ils s'avancerent enſuite dans le Languedoc où ils prirent quelques petites places, aſſiegerent Saint Felix de Carmaïn, battirent la place, donnerent un aſſaut, où ils furent ſi vivement repouſſez, qu'ils n'oſerent y revenir, & leverent le ſiege. L'armée des Princes reçut enſuite un renfort de cinq ou ſix cens chevaux venus de la Rochelle, elle s'augmentoit tous les jours en nombre d'Arquebuſiers, qui ſe levoient dans les Villes & les Bourgades où les Huguenots étoient les plus forts.

L'armée des Princes va en Languedoc.

& Garumnam verſus iter habuere, præmiſſo Lovio, qui Agullonium & Portum Sanctæ Mariæ cepit. Mongommerius cum turma ſua Principum exercitum junxit, qui pontem ad Garumnam ſtruxere, perquam ſolidum, ita ut firmitati nihil adjici poſſe videretur; tamenque Monlucius qui Principum exercitum obſervabat, quique tam ſtrenue regias partes hac in provincia tuebatur, de ponte deſtruendo ſerio cogitabat, & hac demum ratione rem perficiendam ſuſcepit. Molendinum grandibus ſcaphis innixum, qualia multa in Garumna paſſim viſuntur, ſolvit, & fluminis alveo permiſit, quod aquarum rapiditate pulſum cum tanto impetu in pontem impegit, ut totum frangeret, rudentes, catenas, navigia etiam ſecum abduceret, quorum quædam Burdegalam pene uſque abrepta ſunt.

Comment. de Montluc. Sub hæc Monlucius Rabaſtenium obſedit; ſtatim vero oppidum tormentis verberari juſſit. Cum autem præſidiarii in oppido hoſtem exſpectare & propulſare nollent, incenſis ædibus in caſtellum ſe receperunt, munitiſſimam arcem. Monlucius tormentorum exploſione muros vehementiſſime aggreditur; ubi vero mœniorum pars decuſſa fuit, ſuos ad caſtellum expugnandum emiſit. Præſidiariis fortiter hoſtem propulſantibus; cum res pro voto non procederet, ipſe Monlucius expugnationem aggreditur, caſtellum capitur, & præſidiarii omnes cæduntur; ſed Monlucius in vultu grave vulnus excepit. Lebero pro more ſuo hîc ſtrenue pugnavit.

Principes poſtquam pons prior abruptus fuerat, alio conſtructo ponte, neque ita firmo, Garumnam trajecerunt, Manſum ſe contulerunt, & Toloſam verſus perrexere. Damvillæus Mareſcallus in iſthac urbe tunc erat cum ſclopetariis pluſquam ſex millibus & quingentis equitibus, quorum plurimi non raro ſunt egreſſi, ut cum Reformatis velitarentur. Hi vero Toloſanæ Curiæ admodum infenſi, quæ Hugonotos ſemper aſperrime agebat, Senatorum villas deſolati ſunt, terraſque devaſtarunt. Inde in Septimaniam progreſſi, Fanum Felicis Carmanii obſederunt, & admotis tormentis, per partem muri dejectam oppidum expugnare conati, ita fortiter repulſi ſunt, ut obſidionem ſolverent. Hinc Principum exercitus, quingentorum equitum agmine Rupella veniente auctus eſt, quotidieque armati ex oppidis in queis Hugonoti numero ſuperiores erant aceedentes

La Popelinière. Thuanus.

En

En ce même tems Piles avec un petit corps de Cavalerie passa dans les montagnes, traversa le payis de Saut, s'approcha de Perpignan & de Salses, & mit l'alarme dans le Roussillon: mais les Communes du payis s'étant assemblées, il fut obligé de se retirer plus vîte que le pas. 1570.

L'armée des Princes continuant sa route dans le Languedoc, fut augmentée de quatre ou cinq cens de ces Bandouliers Montagnards, adroits à tirer de l'arquebuse qu'ils appellent *Petreignal*. A Montreal, où l'armée étoit arrivée, Biron vint apporter aux Princes & à l'Amiral les conditions de la paix que le Roi leur offroit: car la Cour pensoit en ce tems serieusement à finir cette guerre cause de tant de malheurs. Mais ces conditions parurent trop dures, & Biron fut renvoié sans rien conclure. Les Princes passerent ensuite dans le bas Languedoc, & arriverent auprès de Montpellier où ils s'arrêterent. La Louë & la Guitiniere furent surpris la nuit dans leur quartier par une troupe venuë de Montpellier. Leurs Compagnies furent défaites, La Louë tué, & les Catholiques s'en retournerent dans la Ville, menant près de cent chevaux qu'ils avoient pris, & chargez de butin..

L'armée des Princes tirant plus avant, assiegea Lunel; mais un renfort de troupes sorti de Montpellier, s'étant jetté dans la Ville, ils leverent le siege, se rendirent dans le Vivarets, & prirent en chemin faisant quelques petites Places. Ils passerent le Rhône, assiegerent Montelimar, & furent obligez de lever le siege, & s'avancerent en cottoiant le Rhône qu'ils voulurent repasser au Poussin, place que tenoient les Huguenots, & qui étoit alors assiegé. Mais Montbrun Chef des Huguenots, fit lever le siege, batit Gordes qui commandoit les troupes du Roi en ce payis-là, & bâtit un Fort sur le bord du Rhône, à la faveur duquel l'armée des Princes passa à l'autre côté de la riviere, s'avança dans le Foreſt, & prit Saint Etienne où elle s'arrêta assez long-tems, tant pour se rafraîchir après tant de travaux, que pour attendre la gueriſon de l'Amiral qui fut malade à l'extrêmité.

Après qu'il fut revenu en santé, les Députez de la part du Roi arriverent à S. Etienne, portant un nouveau Traité de paix bien plus favorable que le précedent. Cependant il ne plût pas à la plûpart, soit qu'on n'y eût pas porté tout l'adouciſſement qu'ils souhaitoient, soit qu'ils soupçonnassent, & peut-être

---

cohortium numerum augebant. Eodemque tempore Pilius cum equitum ala Pyrenæum Saltum trajecit, ac prope Perpinianum & Salsulam accedens, in Ruscinonensem tractum terrorem intulit, sed cum passim per villas incolæ, arreptis, armis unà convenissent, aliò iter capessere coactus est.

Les mêmes. Cum Principum exercitus in Septimania pergeret, quadringentos quingentosve *Bandolerios* accepit: sic appellabantur ii qui in Pyrenæis degentes, sclopetis, sive ut vocabant illi, *pectoralibus*, dextere utebantur. His aucti copiis, cum in Monte-regali essent, Bironum exceperunt, qui jussu Regis pacis conditiones ipsis & Reformatorum exercitui afferebat. In aula quippe regia tunc de finiendo bello tot infortuniorum causa cogitabatur: verum istæ conditiones non satis commodæ visæ fuerunt, Bironusque re infecta discessit. Principes sub hæc in Septimaniam inferiorem ingressi, prope Monpelium advenerunt, ubi Lovius & Guittinerius a turma quadam Monpelio egressa, noctu intercepti cum suis fuere. Lovius cæsus fuit, & Catholici Monpelienses centum equos captos cum præda multa in urbem retulerunt.

Principes cum exercitu suo Lunellum obsederunt; *Les mêmes.* sed cum agmen Monpelio egressum in istuc oppidum se conjecisset, obsidione soluta illi in Vivariensem tractum moverunt, ubi aliquot castra oppidulaque ceperunt. Hinc trajecto Rhodano, Montelium-Adæmari obsederunt, obsidionemque solvere coacti, & ad oram Rhodani progressi, alteram oram Pussinii repetere voluerunt. Pussinium tunc Hugonoti præsidiarii tenebant, qui a Gordio regio duce obsidebantur: at Monbrunius Hugonotorum dux Gordium fugavit, & ad Rhodani oram propugnaculum struxit, cujus ope exercitus Principum Rhodanum trajecit, & in Forensem agrum ingressus, Sanctum Stephanum cepit, ubi aliquanto tempore sedes habuit, tum ut post tam diuturnos labores sese recrearet, tum quia Colinius gravissimum in morbum delapsus est.

Postquam ille convaluerat, Regii Oratores ad Sanctum Stephanum venerunt, nova pacis faciendæ formula instructi, quæ longe mitiores conditiones offerebat, tamenque illa plerisque non placuit, sive quia non omnimoda libertas concedebatur, sive quia in pacis conditionibus fraudem quamdam latere, nec

1570. avec raiſon, que cette paix ne fut un leurre pour les détruire plus facilement lorſqu'ils ſeroient ſeparez. Cependant comme il paroiſſoit que le Roi & la Reine Mere vouloient abſolument faire la paix, ils y envoierent des Députez pour traiter avec Sa Majeſté.

Briquemaut ſorti de la Charité ſur Loire, alors une des principales retraites des Huguenots, vint avec un bon corps de troupes joindre l'armée des Princes. L'Amiral fit avancer l'armée dans la Bourgogne vers Châlon ſur Sône, & ſurprit Arnai-le-Duc. La Cour jugeant par la marche de l'armée des Princes qui venoit de faire un ſi grand circuit dans le Roiaume, qu'ils vouloient s'approcher de Paris, envoia le Maréchal de Coſſé avec ordre de ramaſſer tout ce qu'il pourroit de troupes dans le Roiaume pour marcher contre eux. Le Maréchal traverſa le Berry, prit des gens de guerre par tout où il en trouva, & paſſa la Loire près de Nevers le 17 Juin, avec quatre mille Suiſſes, cinq ou ſix mille Arquebuſiers, & trois ou quatre mille chevaux; & prenant la route d'Autun, il vint camper à la vûe d'Arnai-le-Duc, avec douze pieces d'artillerie. L'armée des Princes n'avoit qu'environ deux mille cinq cens Arquebuſiers montez ſur des bidets: ils avoient reçû pluſieurs renforts de troupes dans leur route; mais auſſi la plûpart de ceux qui les avoient ſuivis après la bataille de Moncontour, les avoient abandonnez; d'autres ennuyez d'une ſi longue route, s'étoient retirez en leur payis. Leur cavalerie étoit en bien plus grand nombre, ils avoient deux mille cinq cens chevaux François, autant de Reitres, mais mal armez, ils n'avoient point d'artillerie, obligez dans une ſi longue traite de laiſſer leurs canons dans quelques fortereſſes.

Le Maréchal de Coſſé eſperant d'avoir bon marché d'une armée qui paroiſſoit ſi delabrée, voulut tenter fortune. Il étoit campé ſur une colline où il y avoit des boſquets bien propres pour l'infanterie, qui faiſoit la principale force de ſon armée. Celle des Princes étoit auſſi campée ſur une colline bordée d'un étang. Le Maréchal fit marcher ſon Infanterie pour attaquer celle des Reformez, qui ſe défendirent bien mieux qu'il n'avoit crû. Le combat fut long & à diverſes repriſes. Les Catholiques furent enfin forcez de ſe retirer après avoir fait une perte conſiderable de leurs gens. Le Maréchal changea alors de deſſein, il reſolut de cottoier l'armée des Reformez, de la ſuivre & de l'obſerver ſans

Combat à Arnai-le Duc.

---

fortaſſis injuria Reformati ſuſpicabantur, ut pacis nomine ſeparatos facilius deſtruere valerent. Cum tamen videretur Rex necnon Regina pacem omnino facere velle, Deputati ab ipſis miſſi ſunt, qui de pace cum Rege agerent.

La Popelinière. Thuanus. Bricomotius Caritate ad Ligerim egreſſus, quod oppidum tunc Hugonotorum receptaculum præcipuum erat, cum numeroſo agmine exercitum Principum junctum venit. Maris Præfectus in Burgundiam cum exercitu verſus Cabilonem movit, & Arnæum-ducis ex improviſo cepit. Cum in aula regia opinio eſſet Principum exercitum poſt tantum in Regno peractum circuitum, Lutetiam verſus movere velle, miſſus eſt Coſſæus Mareſcallus, juſſus quantas poſſet copias colligere, & contra exercitum illum procedere. Bituricas ille perrexit, armatos circumquaque colligens, Ligerimque trajecit Niverni cum quater millibus Helvetiis, quinque ſexve millibus ſclopetariis, & ter quaterve millibus equitibus: ac verſus Auguſtodunum iter capeſſens, in Arnæi-ducis conſpectum caſtrametatum venit, cum duodecim pyriis tormentis. Exercitus vero Principum erat duûm millium quingentorum circiter ſclopetariorum tantum, mannis inſidentium: in itinere tanto plurimos ſecum aſſumſerant: verum maxima pars eorum qui poſt Monconturianam cladem ipſos ſequuti fuerant, poſtea deſeruerant; alii tam longi itineris tædio in patriam receſſerant. Equitatus longe numeroſior erat bis millium quingentorum equitum Francorum, totidemque Germanorum, at fere inermium. Nulla vero aderant tormenta, in tam diuturna enim via illa relinquere coacti fuerant.

Coſſæus ſperans ſe tam acciſum exercitum facile *Les mêmes.* ſuperaturum eſſe, pugnæ fortunam tentare voluit. In colle caſtra poſuerat, ubi nemora plurima erant, qui locus peditatui opportunus videbatur; peditum autem numero ille hoſtem longe ſuperabat. Principum quoque peditatus in colle poſitus erat, cui ſtagnum hærebat. Coſſæus peditatum ſuum movere juſſit, ut hoſtilem invaderet, qui fortius quam ipſe putaverat concertavit. Diuturna pugna & ſæpius reſumta fuit; Regiique tandem, multis ſuorum amiſſis, recedere coacti ſunt. Coſſæus vero tunc ſententiam mutavit, Reformatorum exercitum inſequi cœpit, alas & motus obſervare, neque pugnam conſe-

engager aucun combat. Les Princes & l'Amiral ſe mirent en marche & s'avancerent à grandes journées du côté de la Loire juſqu'à ce qu'ils ſe trouverent entre la Charité, Sancerre, Antrain & Vezelai, places occupées par les Religionnaires, d'où ils tirerent ce qui étoit neceſſaire pour leur ſubſiſtance & de nouvelles troupes. 1570.

Ils étoient en train de continuer leur marche, & à ce qu'on croioit de s'avancer vers Paris, lorſque le Roi fit publier une trêve entre les deux armées, pour la ſureté de laquelle on donna des otages de part & d'autre. Cette trêve étoit generale pour tous les deux partis; mais elle ne fut bien gardée qu'entre les deux armées. Dans les Provinces les Catholiques & les Huguenots acharnez les uns contre les autres ſe faiſoient impitoiablement la guerre. Les Catholiques aſſiegerent Loriol en Dauphiné. Mais Montbrun Chef des Reformez en ce payis-là, les obligea de lever le ſiege. Il y avoit toujours des actes d'hoſtilité dans le Languedoc, dans la Gaſcogne & ailleurs.

La plus grande guerre ſe faiſoit vers la Rochelle & aux environs, où commandoit pour les Reformez le ſage La Nouë. Le Baron de la Garde General des Galeres, Puigaillard & la Riviere Puitaillé, étoient les Chefs des Catholiques. La Garde & Puitaillé aſſiegerent Rochefort. Il importoit beaucoup aux Rochellois d'empêcher que cette place ne tombât entre les mains des Catholiques. La Nouë partit pour en faire lever le ſiege. Il y réuſſit: mais les Catholiques venant contre lui, l'obligerent de ſe retirer bien vite à la Rochelle. Puigaillard aiant aſſemblé une armée d'environ dix mille hommes, prit toutes les places que les Reformez avoient en Poitou; & pour reſſerrer les Rochellois, il fit bâtir un Fort prés de Luçon vers les marets. Comme ce Fort incommodoit beaucoup les Rochellois, La Nouë ramaſſa tout ce qu'il pût de gens, & en forma le ſiege. Puigaillard qui avoit diſtribué ſon armée dans le haut Poitou, la ramaſſa promptement pour faire lever le ſiege, & s'avança avec diligence. La Nouë marcha contre lui, l'attaqua près de S. Gemme, & mit ſon armée en déroute, cinq cens Catholiques demeurerent ſur la place, & ſept à huit cens priſonniers furent renvoiez le bâton blanc à la main par le conſeil de La Nouë, le plus moderé des Chefs des Reformez.

La Nouë défait les Catholiques en Poitou.

Après cette victoire, rien ne reſiſta aux Huguenots; ils prirent le Fort qui

---

rere voluit. Principes & Colinius ſumma celeritate verſus Ligerim iter arripuere, donec inter Caritatem, Sancerram, Antranium & Vezelæum devenere, quæ oppida ab Hugonotis occupata, annonam & novas pugnatorum manus exercitui ſuppeditavere.

Les mêmes. Ultra vero pergere parabant, atque, ut putabatur, verſus Lutetiam iter directuri erant. Tunc Rex inducias inter ambos exercitus publicari juſſit, ad quarum ſecuritatem obſides utrinque dati ſunt. Induciæ vero iſtæ Catholicos & Reformatos omnes univerſim reſpiciebant; ſed inter ambos hoſce tantum exercitus ſervatæ ſunt: in provinciis namque Catholici & Hugonoti, exulceratis utrinque animis, ſe mutuo implacabili bello impetebant. Catholici Loriolum in Delphinatu obſederant: at Monbrunius Reformatorum in Delphinatu Præfectus, obſidionem ſolvere coegit. Hoſtilia ſemper inferebantur in Septimania, in Vaſconia, in aliiſque regionibus.

Les mêmes. Sed longe majus bellum circum Rupellam gerebatur, ubi Reformatorum dux erat Lanovius ille Sapiens dictus. Polinius Garda triremium Præfectus, Pigallarius & Riparius Pitallerius Catholicorum duces erant. Garda & Pitallerius Rupifortium obſederunt. Ut illos abigeret Lanovius; nam Rupellanorum multum intererat, ut ne hoc oppidum in Catholicorum manus incideret, illò profectus eſt. Catholici obſidionem ſolverunt; ſed contra Lanovium progreſſi, illum feſtinanter Rupellam ſe recipere coegerunt. Pigallarius collecto exercitu decem millium circiter pugnatorum, caſtra omnia & oppida, quæ Reformati in Pictonum agris tenebant, cepit; utque Rupellanos coerceret, munimentum conſtrui juſſit prope Lucionium & verſus paludoſa loca. Cum munimentum hujuſmodi multum damni Rupellanis importaturum eſſet, Lanovius quantas potuit copias collegit, & munimentum obſedit. Pigallarius, qui in ſuperiore Pictonum tractu exercitum varia in loca miſerat, ipſum celeriter collegit, & movit ut obſidentes amoveret. Lanovius contra ipſum progreſſus, pugnam conſeruit prope Gemmæ fanum, ejuſque exercitum profligavit: quingenti Catholici cæſi ſunt, ſeptingenti vel octingenti capti, qui cum ſcipione albo liberi dimiſſi ſunt ex conſilio Lanovii, inter Reformatorum duces moderationis laude celeberrimi.

Les mêmes. Poſt victoriam illam nihil Hugonotis obſtitit, mu-

1570. avoit été cauſe de la bataille, aſſiegerent Fontenai, où La Nouë fut ſi griévement bleſſé au bras, qu'il fut obligé de le faire couper, & ſe fit faire un bras de fer, & on l'appella depuis, La Nouë Bras de Fer. Fontenai ſe rendit par compoſition. Ils prirent encore Oleron, Marene, Soubiſe, Brouage, Saintes & d'autres places ſur les Catholiques, qui furent obligez de ſe retirer à Saint Jean d'Angeli. Le Baron de la Garde après avoir quelque tems tenu la mer, voiant que Brouage étoit pris par les Huguenots, ſe retira à Bourdeaux.

Revenons aux deux grandes armées. Le quinziéme d'Aouſt celle des Princes partit d'Antrain & ſe rendit à S. Amand, & quelques jours après à Neuvi, d'où l'Amiral fit marcher l'avant-garde juſqu'auprès de Montargis, & le Maréchal de Coſſé fit avancer ſon armée de Sens à Joigni. Cependant la paix qui ſe traittoit fut enfin terminée au gré des deux partis. L'Edit fut ſigné à S. Germain en Laye au mois d'Aouſt 1570. Les principaux articles étoient, qu'il y auroit une amniſtie generale pour tout le paſſé ſans diſtinction & ſans reſerve; que la Religion Catholique ſeroit rétablie dans les lieux où elle avoit été *intermiſe*; qu'il y auroit auſſi une pleine liberté de faire profeſſion du Calviniſme aux conditions portées dans l'Edit, qui marquoit les lieux où ils pourroient s'aſſembler; défenſes de s'aſſembler ailleurs qu'aux lieux marquez qui y ſeroient ſpecifiez en grand nombre. Il étoit ordonné qu'on admettroit indifferemment les Reformez aux Ecoles, aux Univerſitez, aux Maladeries, &c. que les priſonniers & ceux qui étoient en galere ſeroient mis en liberté; que les Reformez rendroient les places & les fortereſſes qu'ils tenoient, hors la Rochelle, Coignac, Montauban, Sancerre & la Charité. Il y avoit auſſi pluſieurs articles en faveur de la Reine de Navarre & des Princes: le Prince d'Orange & le Comte Louis de Naſſau ſon frere, étoient rétablis en tous leurs biens & terres qu'ils avoient en France. Pour ce qui eſt des lieux où l'exercice de la Religion *Prétenduë Reformée* pourroit ſe faire, l'Edit les ſpecifioit tous.

Traité de paix.

Après la publication de cet Edit, ſe fit le mariage du Roi Charles IX. avec Eliſabeth ou Iſabelle d'Autriche, fille de l'Empereur Maximilien. La Princeſſe partit de Spire, & vint à Mezieres, où le Roi s'étoit rendu. Les nôces y furent celebrées. La nouvelle Reine fit ſon Entrée à Paris, & fut après couronnée à

Mariage du Roi Charles IX.

---

nimentum illud, quod pugnæ occaſio fuerat, ceperunt, Fontenæum obſederunt, ubi Lanovius tantum in brachio vulnus accepit, ut brachium ipſi abſcindi neceſſe fuerit, cujus loco brachium ferreum appoſitum fuit, unde Lanovius brachio-ferreus appellatus deinde eſt. Fontenæum pacta conditione deditum fuit. Reformati ceperunt etiam Uliarum, Marennam, Subiſium, Broagium, Mediolanum Santonum, aliaque oppida. Catholici vero ad S. Joannem Angeriacenſem receptum habere coacti ſunt. Baro Polinius Garda poſtquam in illis oris cum triremibus ſubſtiterat, capto Broagio, Burdegalam ſe recepit.

La Popeliniere. Thuanus. Ad majores duos exercitus redeamus. Die quintodecimo Auguſti Principum exercitus Antranio profectus, ad Sanctum Amandum venit, & aliquot elapſis diebus Novium movit, unde Colinius primam aciem ad uſque Montargirium progredi curavit. Coſſæus vero Agendico Senonum profectus, Juniacum movit. Interea pacis, quæ tractabatur, conditiones utrique partium placuere. Edictum in Fano Germani in Laia menſe Auguſto publicatum fuit anno 1570. Præcipuæ conditiones iſtæ erant: ἀμνηστία generalis dabatur omnibus ſine ulla diſtinctione vel exceptione, Religio Catholica reſtituenda erat omnibus in locis ubi intermiſſa fuerat; Calviniſtis ſeu Reformatis ut Religionem ſuam exercerent, & unà convenire poſſent certis in locis in Edicto notatis, licentia dabatur, vetitumque erat ne aliis in locis convenirent. Mandabatur ut Reformati indiſcriminatim cum Catholicis admitterentur in Scholis, in Univerſitatibus, in Noſocomiis, &c. ut quotquot in carcere erant, vel in triremibus ſerviebant, libertate donarentur; ut Reformati oppida & munimenta quæ tenebant, reſtituerent, exceptis Rupella, Cognaco, Montalbano, Sancerra & Caritate. Multa quoque alia efferebantur in gratiam Regis Navarræ & Principum. Principi Arauſicano & Comiti Ludovico Naſſovio fratri reſtituebantur omnia bona & terræ, quas in Francia habebant. Quantum ad loca ubi Reformatorum Religio exerceri poterat, ea omnia in Edicto ſpeciatim enumerabantur.

Les mêmes Hiſt. de Charles IX. Poſt publicatum Edictum, Carolus IX. Rex Eliſabetham Auſtriacam, Maximiliani Imperatoris filiam, duxit uxorem. Spira profecta ipſa Macerias venit, ubi Rex illam excepit, ibique nuptiæ celebratæ ſunt. Regina illa nova Lutetiam ingreſſa, ad Sanctum Dio-

S. Denis. Le Roi avoit alors vingt ans complets, & la Princeſſe ſeize. On diſoit que la Reine Mere Catherine avoit volontiers fait le mariage de ſon fils avec cette Princeſſe, que ſon jeune âge & ſon naturel rendoit incapable d'intrigue ; enſorte qu'elle n'avoit point à craindre d'être débuſquée du Gouvernement par la nouvelle Reine. 1570.

Toutes les démarches de Catherine tendoient à prendre, comme d'un coup de filet, les Chefs des Huguenots, & à s'en défaire. Elle avoit voulu les attirer aux nôces du Roi ; & comme ils ſe méfioient d'elle, ce fut le Roi lui-même qui, à ſa ſollicitation, les pria d'y venir de la maniere la plus engageante ; mais ils n'oſerent s'y fier. Pluſieurs Princes d'Alemagne envoierent auſſi leurs Ambaſſadeurs au Roi Charles pour le congratuler de ſon mariage, & de l'Edit de paix qu'il venoit de publier. Ils l'exhortoient de maintenir cette paix, & tâchoient de prouver par des exemples que cette pluralité de Religions ne nuiſoit point à un Etat.

L'Edit de paix donné & publié, n'apporta pas au Roiaume la tranquilité qu'on avoit eſperée. Les deux partis animez les uns contre les autres, ne s'accommodoient point de pluſieurs articles de l'Edit. Les Catholiques ſe plaignoient qu'on avoit trop accordé aux Huguenots, & qu'ils n'accompliſſoient de ce qui étoit porté dans l'Edit, que ce qui leur étoit favorable. Les Huguenots formoient une infinité de plaintes qu'il ſeroit trop long de rapporter. Les uns & les autres trouvoient dans la teneur de l'Edit des choſes qui demandoient explication. Sur les plaintes qui venoient de la Rochelle, le Roi y envoia le Maréchal de Coſſé & Proutiere Maître des Requêtes, qui avoient ordre de propoſer à la Reine de Navarre le mariage du Prince de Bearn ſon fils, avec Marguerite ſœur du Roi, & à l'Amiral le deſſein que le Roi avoit de porter la guerre aux Payis-bas, pour ſe vanger de pluſieurs injures qu'il avoit reçûës du Roi d'Eſpagne ; c'étoit le leurre dont la Reine ſe ſervoit pour ſe ſaiſir de tous les Chefs des Huguenots. Le Maréchal & Proutieres confererent avec l'Amiral, le premier & deuxiéme de Janvier de l'an 1571, & convinrent enſemble qu'il falloit expliquer pluſieurs articles de l'Edit, & en changer quelques-uns. Les Reformez lui porterent leurs plaintes. Il leur répondit, & ils y repliquerent. Le Maréchal s'en retourna en Cour pour en faire le rapport au Roi.

Mariage du Prince de Bearn avec Marguerite ſœur du Roi.

1571.

---

nyſium poſtea coronata fuit. Rex tunc viginti, illa ſedecim annorum erat. Narrabatur autem Catharinam libentiſſime connubio hujuſmodi manus dediſſe, quoniam Eliſabetha per ætatem & indolem, nec tractandis rebus, nec clandeſtinis conſiliis apta videbatur eſſe, nec ſibi timendum eſſe putabat, ne a Regni adminiſtratione ab illa removeretur.

Les mêmes. Nihil non machinabatur Catharina, ut Hugonotorum primipilares technis ſuis interciperet, ac de medio tolleret. Ad Regis nuptias illos pellicere voluerat, & quia ipſi fidem Catharinæ non habebant, Regi ſuaſerat ut invitaret illos, quod ille omne blanditiei genus adhibens fecerat. At illi dictis fidere auſi non ſunt. Plurimi Germaniæ Principes, Oratores ad Regem miſerunt, gratulaturos de connubio, deque Edicto pacis ; hortabanturque illum ut pacem illam ſervaret, atque exemplis comprobare nitebantur Religionum varietatem, neque Imperio, neque Reipublicæ cuipiam nocere.

Les mêmes. Edictum non eam, quam ſperaverant, Regno tranquillitatem attulerat. Plurima neutri partium ſe mutuo odio proſequentium placebant. Querebantur Catholici quod plura quam par eſſet Hugonotis conceſſa fuiſſent, ipſoſque illas tantum Edicti partes obſervare quæ ſibi placerent. Hugonoti vero innumeras proferebant querimonias, quas referre longius eſſet. Utrique autem in Edicto multa explicatione opus habere dictitabant. Cum porro de plurimis conquererentur Rupellani, Rex illò miſit Coſſæum Mareſcallum & Proterium, juſſos cum Regina Navarræ agere de connubio filii ſui cum Margarita Regis ſorore, & Colinio proponere Regis conſilium ac ſtudium de inferendo in Belgium bello, ut plurimas ab Hiſpaniæ Rege acceptas injurias ulciſceretur. Hoc dolo utebatur Catharina ut duces Hugonotorum ceu retibus caperet. Coſſæus & Proterius Colinium alloquuti ſunt prima & ſecunda Januarii die anni 1571. & unà conſenſerunt in Edicto articulos plurimos explicandos, & aliquos eſſe mutandos. Reformati Coſſæo querelas ſuas expoſuerunt. Reſpondit ille, inſtiterunt ipſi. Coſſæus veroin aulam regiam reverſus, illa Regi nunciavit.

1571. En ce même tems il y eut une ſédition à Roüen. Les Huguenots qui venoient du prêche, furent attaquez par les Catholiques qui en tuerent quinze. A Orange ils en maſſacrerent un bien plus grand nombre. Ces émeutes arriverent en pluſieurs autres endroits du Roiaume, où les plus forts d'un parti ſe jettoient ſur les plus foibles de l'autre. Une choſe qui fit beaucoup de peine aux Reformez, c'eſt qu'on les obligea de donner le cinquiéme de leur revenu, pour achever le payement des Reitres & des Lanskenets, qui avoient paſſé en France avec le Duc des Deuxponts : cependant cette levée de deniers ſe faiſoit du conſentement de l'Amiral & de la Rochefoucault. Pluſieurs Huguenots s'abſtinrent d'aller au prêche pour s'exempter de paier.

Les Egliſes des Reformez obtinrent cette même année permiſſion du Roi pour aſſembler un Synode general à la Rochelle ; les principaux Miniſtres s'y trouverent, & Theodore de Beze vint de Geneve pour y preſider. La Reine de Navarre, les Princes, l'Amiral, & les plus grands du parti y aſſiſterent. On y propoſa bien des choſes ſur le rétabliſſement de pluſieurs Temples, ſur la doctrine, ſur la diſcipline, & ſur quelques ceremonies en l'adminiſtration de la Cene.

Il y eut au même tems une émeute à Paris, qui auroit eu de fâcheuſes ſuites ſi l'on n'y avoit remedié dès le commencement. Un nommé Gaſtine, riche Marchand, avoit été pendu, pour avoir contre les Edits du Roi, tenu le prêche dans ſa maiſon. Ses biens furent confiſquez au Roi, & ſa maiſon raſée. De la vente de ſes meubles on fit faire une croix magnifique, dorée, de forme piramidale, qui s'élevoit ſur la place de ſa maiſon, ſur laquelle étoient écrits au long ſon procès & ſon execution. A la ſollicitation des parens & des autres Reformez, la Reine de Navarre & l'Amiral obtinrent du Roi, que la croix ſeroit ôtée. On l'enleva, & la populace Catholique indignée, s'ameuta, força les maiſons des Religionnaires, en pilla trois ſur le pont Nôtre-Dame, & alloit faire le même dans toute la Ville : mais le Prevôt de Paris & le Chevalier du Guet ramaſſerent leurs gens, donnerent ſur cette populace, en tuerent deux ou trois, & firent ceſſer le tumulte.

Les Députez des Princes qui étoient à la Cour, charmez des manieres du Roi & de la Reine Mere, & perſuadez que ce qu'ils propoſoient ſur le maria-

---

Les mêmes. Hoc tempore Rothomagi coorta ſeditio eſt. Hugonoti qui ex concione ſua redibant, a Catholicis pulſi ſunt, qui illorum quindecim interfecerunt. Arauſione longe majorem numerum occiderunt. Pares tumultus & cædes plurimæ per Regnum patratæ ſunt, ubi qui fortiores erant ex utravis parte in debiliores irrumpebant. Reformatis admodum diſplicuit, quod quintam redituum ſuorum partem dare cogerentur ad ea ſolvenda quæ ſupererant, ex ſtipendiis Germanorum equitum peditumque, qui in Franciam cum Bipontino Duce venerant. Pecuniæ autem hujuſmodi conſentientibus Colinio & Rupifucaldo colligebantur. Plurimi Hugonoti a Religionis ſuæ exercitio abſtinuerunt, ut ne ſolvere cogerentur.

Reformatorum Eccleſiæ hoc anno ab Rege licentiam impetrarunt congregandæ generalis Synodi, quæ Rupellæ habita eſt. Illò convenere præcipui Miniſtri ; Theodorus Beza Geneva venit, ibique primas tenuit. Regina Navarræ, Principes, Colinius, & Hugonotorum primipilates conventui interfuerunt. Ibi plurima propoſita ſunt de templis plurimis reſtituendis, de doctrina, de diſciplina, & de quibuſdam in adminiſtratione cœnæ cerimoniis.

Les mêmes. Lutetiæ quoque tumultus fuit, qui damna illaturus erat, niſi ab initio cohibitus fuiſſet. Quidam Gaſtinus nomine Hugonotus Mercator & dives, quod contra Regium Edictum prædicationem in domo ſua habuiſſet, ſuſpenſus in patibulo fuerat, bona ejus fiſco regio addicta ſunt, & domus ipſius ſolo æquata fuerat. Ex venditorum mobilium ejus pecunia, crux magnifica adornata fuit, deaurata, pyramidis forma, eo in loco ubi domus ejus erat erecta, in qua deſcripta ferebantur & actio & ſupplicium illius. Rogantibus Gaſtini cognatis & Reformatis aliis, Regina Navarræ & Colinius impetrarunt ut crux illa auferretur. Sublata vero cruce, plebs Catholica indignata gregatim coit, domos Hugonotorum invadit, & ad Pontem Beatæ Mariæ tres diripuit, cæteraſque per urbem deprædatura erat : verum Præpoſitus Pariſienſis & Eques excubiarum cum armatis ſuis, plebem illam adorti, duos treſve occiderunt, ſicque ſedatus tumultus fuit.

La Popeliniere. Thuanus. Principum Oratores qui in aula regia erant, Regis, Reginæque matris comitate pellecti, & quæ ab illis proponebantur de connubio Principis Bearniæ

ge du Prince de Bearn avec la Princeſſe Marguerite ſœur du Roi, & de la guerre qu'on projettoit de porter dans les Payis-bas, étoit ſincere & ſans fiction, retournerent à la Rochelle, en firent leur rapport à la Reine de Navarre, aux Princes, à l'Amiral & aux autres Seigneurs, aſſurant qu'on pouvoit y ajouter foi. Cela fit grande impreſſion ſur eux : & cependant comme les ſentimens étoient differens, & que les plus ſenſez qui connoiſſoient bien la Reine Mere, diſoient qu'il ne falloit rien précipiter, mais meurement conſiderer la choſe & les conſéquences d'une telle démarche ; ils temporiſoient encore. Le Roi y envoia Biron pour repreſenter à la Reine de Navarre, aux Princes & à l'Amiral, que l'occaſion étoit belle, qu'il falloit déliberer ſur la guerre de Flandres, & qu'une affaire d'une telle conſéquence ne ſouffroit point de retardement : Biron les ébranla, mais il ne les détermina point à ſe rendre à la Cour. 1571.

Cependant le Roi qui ſouhaittoit fort de faire le mariage de ſa ſœur avec le Prince de Bearn, demanda au Pape Pie V. diſpenſe, tant pour la proximité du Sang, que pour la difference des Religions. Mais le Pape la lui refuſa pour ce dernier point, & fit propoſer au Roi Charles & à la Reine Mere, de donner la Princeſſe Marguerite en mariage à Sebaſtien Roi de Portugal ; mais le Roi n'avoit garde d'aller rompre un mariage qu'il avoit tant à cœur, & il eut depuis la diſpenſe qu'il demandoit. La Reine de Navarre fut tellement ſollicitée d'aller en Cour, qu'enfin accompagnée du Comte Louis de Naſſau & de pluſieurs autres, elle ſe rendit à Blois. Elle fut reçuë du Roi & de la Reine Mere avec toutes les démonſtrations poſſibles d'amitié. Le mariage fut conclu : il y eut quelque different ſur le moien de marier deux perſonnes de diverſes Religions, & ſur le lieu où ſe devoit faire le mariage. Mais on s'accorda enfin ſur tout. En ce même tems ſe conclut le mariage du jeune Prince de Condé Henri avec Marie de Cleves. L'Amiral qui avoit perdu ſa femme Charlotte de Laval, ſe maria avec la fille du Comte d'Entramont de Savoye, & Teligni épouſa la fille de l'Amiral. Au même tems Lignerolles favori de Monſieur, Frere du Roi, fut tué par Villequier, & ce meurtre demeura impuni.

Odet de Châtillon, Cardinal & Evêque de Beauvais, qui avoit demeuré à la Cour d'Angleterre pendant ces derniers troubles, appellé par l'Amiral ſon frere, partit pour s'en revenir en France. Mais empoiſonné par ſon Valet

---

cum Margarita Regis ſorore, deque bello in Belgium inferendo vera, nec ſimulata eſſe putantes, Rupellam reverſi ſunt, & iſthæc Reginæ Navarræ, Principibus, Colinio cæteriſque primoribus nunciavêre, affirmantes hæc omnino fide digna eſſe. Hæc vehementer ipſos commoverunt ; tamenque quia variæ opiniones erant, & quia ſagaciores qui Catharinam probe norant, nihil præcipitanter agendum eſſe dicebant ; ſed rem accurate ponderandam, & conſideranda ea quæ hinc conſequi poſſent ; adhuc illi procraſtinabant. Rex illò miſit Bironum, qui Reginæ Navarræ, Principibus & Colinio repræſentaret, occaſionem opportunam eſſe, & de Belgico bello deliberandum eſſe, in reque tali moras omnes eſſe rumpendas. Bironus ipſos valde commovit, neque tamen ut regiam aditent, aſſequutus eſt.

medio familiæ ſuæ alii trucidantur, aliorum corpora per feneſtras vel in aream ædium, vel in viam publicam conjiciuntur. Sanguinis rivos in vicis vidiſſes, corpora mortuorum in luto poſtrata. Nec mulieribus, nec parvulis, nec ſenibus parcebatur. Cæſorum corpora pluſquam decem millia, ut quidem narrabant, viſa ſunt. Ramus celebris eloquentiæ Magiſter pugionibus confoſſus, & per Collegii feneſtram dejectus, ac per vicos raptatus, in flumen præcipitatus eſt. Salſeda Hiſpanus Tribunus, etſi Religione Catholicus, occiſus tamen fuit. Narrant Dionyſium Lambinum ex pavore in morbum delapſum exſtinctum fuiſſe. Poſt trium dierum ſpatium Navarro & Condæo ab Rege datum, ut Regi placebat, ambo Religionem Catholicam amplexi ſunt, ſimulate ſaltem; ſed longe magis Condæus reluctatus eſt.

Les mêmes. Diximus Regem aliquot Reformatis peperciſſe. Catharina quoque alios eripuit. Cum Guiſiis, inquit Thuanus, illa conſentiebat, & ipſi ſimul tam immanis carnificinæ odium in Regem Carolum derivare peroptabant, ſuadereque omnibus ſe Colinii tantum necem machinatos eſſe. Guiſiæ Dux Hugonotorum multos in ædes ſuas recepit & ſervavit. Albæmalæus etiam aliquos ex carnificina eripuit : alii ad Bironum, vel Bellevrium, vel Valſinghamum Angliæ Oratorem confugientes, Pariſienſem lanienam vitarunt. Ex Conſilio Regio, ex Curia Senatus quidam Regi ſuaſere, ut Pariſinam plebem arma ponere juberet; in tanto enim tumultu multi probi viri de vita periclitabantur. Mandavit Carolus ut buccinæ ſono per vicos & angiportus adhibito prohiberetur, ne quis ulterius ſub capitis pœna arma geſtaret, exceptis Prætorianis ſuis, & Urbanis Ædilium ſtipatoribus. Quia vero furens populi turba juſſis non ſtatim paruit, repetitum fuit Regis mandatum, donec tumultus penitus ſedaretur.

Talis fuit illa Sancti Bartholomæi carnificina, quæ poſtea *Matutinum Pariſienſe* vocata fuit, quaſi ex oppoſito ad Veſperas Siculas decimi-tertii ſæculi, quæ Veſperarum tempore cœptæ ſunt. Reformatorum vero cædes cepit hora ſecunda poſt mediam noctem, quæ Matutini hora erat. Narrant hiſtoriæ Scriptores in Cœmeterio Sanctorum Innocentium oxyacantham, ſeu albam-ſpinam, quæ pene exſiccata jam erat, *Les mêmes.*

feüillage, fleurit le Lundi à midi. Le peuple y accourut, & regarda cela comme une marque certaine que Dieu approuvoit le maſſacre des Huguenots. La foule fut ſi grande qu'il fallut y mettre des Gardes, de peur qu'il n'arrivât quelque tumulte. Pluſieurs diſoient que cette aubepine avoit fleuri par l'artifice d'un Cordelier qui croioit autoriſer par là les meurtres commis. 1572.

Le Roi vouloit, comme nous avons dit, rejetter toute la haine de ce maſſacre ſur les Guiſes, qui en étoient en effet les principaux auteurs. Il avoit deſſein, dit Monſieur de Thou, de les obliger de quitter la Cour, & de ſe retirer dans leurs Terres, afin qu'on fût perſuadé que c'étoit eux qui avoient fait le maſſacre. Mais la Reine Mere & le Duc d'Anjou alors fort liez d'interêt avec les Guiſes l'en diſſuaderent, & le porterent même à prendre ſur lui & ſur ſon compte tout ce qui s'étoit paſſé.

Le 26 d'Août il tint ſon Lit de Juſtice *en la Chambre dorée*, accompagné de Meſſieurs ſes freres, des autres Princes, & des plus grands de ſa Cour. Il ſe plaignit amerement des troubles que les Huguenots avoient cauſez dans le Roiaume, des guerres preſque continuelles qu'ils lui avoient ſuſcitées ſous la conduite de l'Amiral; & qu'à la perſuaſion de ce Chef ils avoient formé le deſſein le plus déteſtable qu'on puiſſe imaginer, qui étoit de tuer le Roi & ſes freres, la Reine Mere, & tout ce qui reſtoit de la race des Valois, & encore ſon très-cher couſin le Roi de Navarre, pour élever à la Roiauté le jeune Prince de Condé, & gouverner ſous lui tout le Roiaume à ſa fantaiſie, & que peut-être même auroit-il fait mourir le Prince de Condé & tous ceux qui pouvoient avoir droit à la Couronne, pour ſe faire Roi lui-même : que pour prévenir tous ces malheurs, il avoit été obligé d'employer des remedes extrêmes, & qu'il vouloit que tous ſûſſent que c'étoit par ſon ordre qu'on venoit de faire contre les Huguenots les executions précedentes : il ordonnoit qu'on informât de la conjuration de l'Amiral & de ſes complices, qu'on y procedât ſelon les Loix, & dans la forme accoutumée aux crimes de Leze-Majeſté : qu'on donnât un Arrêt, & qu'on executât ceux qui auroient eu part à ce crime.

Quoique le premier Preſident de Thou fût perſuadé qu'il n'y avoit ni verité ni apparence en tout ce que le Roi venoit de dire, il s'accommoda au tems,

---

Lunæ die ſequenti in meridie floruiſſe. Accurrit Pariſina plebs ad hoc ſpectaculum, hancque rem quaſi certiſſimum ſignum habuit, quod Deus illam Hugonotorum ſtragem gratam haberet. Tanta vero fuit populi turba, ut armatorum cuſtodiam admovere neceſſe fuerit. Plurimi dicebant Franciſcani cujuſdam arte floruiſſe, qui tali techna lanienam illam tantam hinc probatam acceptamque fore putabat.

Les mêmes. Rex Carolus, ut jam diximus, tam immanis carnificinæ odium in Guiſios derivare peroptabat, qui revera illius præcipui auctores erant, illo animo, inquit Thuanus, ut illi confeſtim ex urbe excederent; & in ſuas quiſque terras migrarent, quo magis inde quidquid Lutetiæ actum eſſet ab ipſorum factione profectum eſſe omnibus innoteſceret : verum Catharina & Andinus, qui tunc cum Guiſiis ſocietate & conſiliis juncti erant, interceſſere, Regique ſuaſerunt, ut quæ geſta erant omnia ſibi uni adſcriberet.

Les mêmes. Itaque vigeſima ſexta Auguſti die Rex Carolus in Senatum, & in *lecto Juſtitiæ*, ut vocant, *in Camera deaurata* ſedit, comitantibus ſe fratribus, aliiſque Principibus & aulæ regiæ primoribus. Amariſſime autem conqueſtus eſt de tumultibus quos Hugonoti per Regnum concitaverant, de bellis fere perpetuis, quæ Colinio duce ipſi Regi intulerant; qui eodem duce & auctore, rem animo conceperant, qua horribilior nunquam excogitata fuerat, ut nempe Regem & fratres ſuos, Reginam matrem, & quidquid de Valeſiorum ſtirpe ſupererat, quin & ipſum Regem Navarræ de medio tollerent, ut Condæum juvenem Regem conſtituerent, ſub quo Colinius Regnum pro voto ſuo adminiſtraret : & fortaſſe poſtea Condæum ipſum & omnes Regii Sanguinis Principes ſuſtuliſſet, ut ſeſe regem conſtitueret : ſeque Regem ut tanta mala præverteret extrema coactum remedia adhibuiſſe, velleque ſe omnibus notum eſſe omnia quæ contra Hugonotos admiſſa fuerant, ſuo juſſu peracta fuiſſe, mandabatque ut de Colinii conjuratione, deque conſortibus & conſciis perquiſitio fieret, ſecundum leges & formam ſolitam in læſæ-majeſtatis criminibus, ut ſententia ederetur, & conſcelerati plecterentur.

Les mêmes. Etſi Primus Præſes Thuanus probe noverat omnia quæ Rex dixerat metum eſſe commentum, nec ſimilitudinem veri habere, tamen tempori *accommodata*

1572. il loua fort Sa Majeſté, & lui promit de tenir la main à l'execution de ſes Ordres. Et le 28. du même mois, le Roi envoia la même Declaration aux Gouverneurs des Provinces, leur défendant expreſſément d'inquieter les Reformez, & leur ordonnant de les laiſſer tranquilles ; mais défendant auſſi aux Religionnaires de s'aſſembler en aucune maniere ni aux prêches, ni aux maiſons des Gentilshommes, juſqu'à ce qu'après qu'on auroit pourvû à la tranquilité de ſon Roiaume, il en fût autrement ordonné. Il commandoit auſſi de relâcher les priſonniers, hors les Chefs qui avoient des pratiques *pour la Cauſe*, & ceux qui auroient eu part à la conjuration de l'Amiral.

L'Amiral pendu en effigie.

Le Parlement donna depuis un Arrêt contre l'Amiral, comme atteint & convaincu de la conjuration ci-deſſus marquée. Il fut condamné à être pendu, lui ou ſa figure, en greve, & être puis porté à Montfaucon ; declaré que ſes deſcendans ſeroient ignobles & roturiers à perpetuité, que tous ſes biens ſeroient confiſquez au Roi, ſa maiſon de Châtillon ſur Loing raſée, & tous les arbres qui'en faiſoient l'ornement coupez, qu'en la place de la maiſon ou du château on éleveroit un pilier de pierre de taille où ſeroit écrit ſur une plaque de cuivre le preſent Arrêt. Briquemaut & Cavagnes deux Chefs des Huguenots qui avoient été ſaiſis, furent auſſi condamnez à être pendus avec la figure de l'Amiral comme complices de la conjuration. Ils furent conduits au ſupplice, & proteſterent juſqu'aux dernier moment qu'ils étoient innocens.

Maſſacres des Huguenots dans le Roiaume.

Malgré les Lettres & les Declarations que le Roi avoit envoyées aux Gouverneurs des Provinces, où il ordonnoit qu'on laiſſât les Reformez en repos pourvû qu'ils ne tinſſent point d'Aſſemblées, les maſſacres furent faits comme à Paris dans pluſieurs Villes du Roiaume. On crut que les Gouverneurs avoient reçû des ordres ſecrets ou du Roi, ou de la Reine Mere. A Lion au refus du Bourreau, qui ne vouloit rien faire que par ordre des Juges ; au refus auſſi des Soldats de la Citadelle, qui dirent qu'ils étoient deſtinez pour la guerre & non pour aller égorger des gens dans leurs maiſons, pluſieurs habitans Catholiques s'attrouperent. Les Italiens qui y étoient en grand nombre ſe joignirent à eux, & ils tuerent enſemble plus de huit cens Bourgeois, qu'ils traînoient enſuite dans le Rhône. Ces corps flotans ſur la riviere deſcendirent à Vienne, à Valence, au pont Saint Eſprit, à Avignon, & juſqu'à Arles. A Toulouſe il y eut peu

---

oratione Regem laudavit, pollicituſque eſt ſe ad juſſa ipſius exſequenda advigilaturum eſſe. Vigeſima octava die ejuſdem menſis Rex eamdem Declarationem ad Provinciarum Præfectos miſit, vetans ne *Proteſtantibus* vis inferretur, præcipienſque ut in pace & tranquille degere poſſent ; ſed *Proteſtantibus* quoque mandans, ut neque ad *prædicationes* publicas ; neque in Nobilium domibus unâ convenirent, donec pacatis omnibus Regni negotiis, res alio modo conſtitueretur. Mandabat etiam ut ii qui in carceribus erant liberi dimitterentur, exceptis ducibus, qui *cauſam* gerebant, iiſque qui in Colinianæ conſpirationis partem veniſſent.

La Popelinière. Thuanus.

Sub hæc Curia Senatus ſcitum emiſit contra Colinium, quaſi ſupra memoratæ conjurationis convictum, damnatuſque fuit ad ſuſpendium, vel in corpore ſuo vel in effigie in platea Gravia exhibendum, ut deinde vel corpus vel effigies ad Monfalconias furcas transferretur. Poſteri ejus omnes ignobiles in perpetuum declarabantur, omnia bona ejus regio fiſco addicebantur. Mandabatur ut ædes ejus Caſtellione ad Lupiam ſitæ ſolo æquaretur, arbores ad ornatum poſitæ ſuccideréntur, atque in ipſo loco ubi ſitum caſtellum fuerat, columna erigeretur, ad quam in tabula ænea, ſcitum & decretum præſens deſcriptum haberetur. Bricomotius & Cavagnius Hugonotorum tribuni damnati, ut cum Colinii effigie ſuſpenſi vitam finirent, quaſi conjurationis illius conſortes & conſcii, ad extremum uſque vitæ conteſtati ſunt ſe ea in re innoxios eſſe.

Les mêmes.

Etſi Rex Præfectis Provinciarum mandaverat ut Reformati in pace & tranquillitate relinquerentur, dum ne in cœtus unà convenirent, in urbibus multis per Regnum, Lutetiæ exemplo carnificinæ fuerunt ; atque, ut putavêre multi, Rege vel Catharina, id ſecreto ad Præfectos ſuggerentibus. Lugduni, carnifice recuſante, qui nonniſi ex Judicum ſententia quempiam perimere voluit, militibus negantibus, qui dicebant, ſe ad bellum deputatos eſſe, non autem ad cives in ædibus ſuis jugulandos ; multi ex Catholicis civibus unà convenerunt. Itali, qui magno numero ibi erant, cum cæteris juncti ſunt, & ſimul cives plus quam octingentos trucidavêre, quos poſtea raptatos in Rhodanum conjiciebant. Corpora autem ſupernatantia Viennam, Valentiam, ad Sancti Spiritûs Pontem, imo ad uſque Avenionem &

d'executions, parce que cette Ville ne pouvant ſouffrir des Religionnaires, ils s'étoient preſque tous retirez à Montauban & ailleurs. A Bourdeaux il n'y en eut pas plus de trente tuez; le Gouverneur empêcha qu'on n'allât plus avant. La tuerie fut grande à Rouen, à Meaux, à Orleans & en d'autres lieux; mais beaucoup moindre à Rheims, Tours, Angers, Nantes, Poitiers. Les Dauphinois, Provençaux & Auvergnats, s'y porterent plus humainement. Cependant on comptoit qu'en moins d'un mois plus de vingt mille Reformez avoient péri par la main des Catholiques. 1572.

Après ces ſanglantes ſcenes, le Roi & ſa Cour eſperoient que les Reformez, intimidez par tant de maſſacres, ſeroient aiſément réduits ſous l'obéiſſance de Sa Majeſté. Il eſt vrai que ſe voiant d'abord deſtituez de leurs principaux Chefs, & tous les Catholiques armez pour les détruire, la terreur ſe répandit parmi eux. Mais inſtruits par l'exemple du paſſé, & conſiderant que nul traité, nulle promeſſe de la Cour ne pouvoit les mettre en ſureté, ils reprirent courage, & reſolurent de ſe mettre en état de défenſe. Ils occupoient encore pluſieurs places dans le Roiaume, dont les principales étoient la Rochelle, Montauban & Sancerre. Le Roi envoia des ordres à ceux de la Rochelle & de Sancerre, de recevoir chez eux des garniſons Catholiques. Ils n'avoient garde d'obéir dans un tems où la tuerie des Huguenots continuoit encore en quelques endroits.

Toutes les démarches de la Cour montroient aſſez que le Roi ne vouloit qu'une Religion dans ſon Roiaume, & qu'il penſoit à réduire les Reformez à embraſſer la Religion Catholique. Il y en eut un grand nombre, qui pour ſe procurer le repos & la tranquilité ſe firent Catholiques en apparence. Le Roi voulut que le Roi de Navarre & le Prince de Condé, qu'il avoit forcez d'abjurer la nouvelle Religion, & de ſe ranger dans l'Egliſe Romaine, écriviſſent au Pape, pour lui temoigner qu'ils s'étoient remis ſous ſon obéiſſance. Le Pape leur fit réponſe, les congratulant de ce qu'ils étoient enfin revenus au giron de l'Egliſe. Non content de cela le Roi Charles voulut que le Roi de Navarre envoiât un Edit en Bearn, Foix, & tous les pays de ſa domination, pour les obliger d'embraſſer la Foi Catholique & Romaine. Mais tous ſes Sujets ne firent aucun cas d'un Edit qu'ils ſçavoient bien qu'il n'avoit donné que contre ſon gré.

Arelaten deſcenderunt. Toloſæ pauci mactati fuere, quia cum civitas Hugonotos ferre non poſſet, omnes pene in Montem-Albanum aut aliò ſeceſſerant. Burdegalæ non plus quam triginta cæſi ſunt, quia Præfectus prohibuit ne plures occiderentur. Rothomagi, Meldis, Aureliani magna cædes fuit; ſed longe minor Rhemis, Cæſaroduni Turonum, apud Namnetas & in Pictavorum urbe. Delphinenſes Provinciales & Arverni humanius rem geſſere: tamenque computabatur non integro menſe viginti millia Hugonotorum manibus Catholicorum periiſſe.

Les mêmes. Poſt ſanguinaria illa ſpectacula, Rex aulaque regia tota ſperabant Hugonotos tot cædibus exterritos ad obſequentiam Regi præſtandam pronos fore. Et vere ubi primum ſe præcipuis ducibus deſtitutos viderunt, Catholicoſque ad extremam perniciem ipſis inferendam armatos, terrore magno omnes perculſi ſunt; ſed poſterioribus exemplis cautiores effecti, ac perpendentes nullam pactionem, promiſſionemve, ſecuritatem ipſis parere poſſe, reſumtis animis, ad defenſionem ſeſe denuo apparavêre. Multas adhuc urbes in Regno occupabant, quarum præcipuæ erant, Rupella, Mons-Albanus & Sancerra. Rex Carolus Rupellanos & Sancerranos juſſit præſidia Catholica recipere. Illi vero dictis obſequi ne cogitabant quidem, cum viderent ſuorum carnificinam aliquot in locis ad hoc uſque tempus protractam fuiſſe.

Les mêmes. Quæ in aula regia gerebantur omnia ſigno erant Regem unicam in Regno ſuo velle Religionem, & id moliri ut Reformatos ad Catholicam Religionem amplectendam cogeret. Certe multi ut ſibi tranquillitatem parerent, ad Catholicam Religionem acceſſerunt; ſed ſimulate tantum. Carolus autem voluit ut Navarrus & Condæus, quos ad novam Religionem abjurandam, & ad Catholicam amplectendam coëgerat, ad Summum Pontificem ſcriberent, ut teſtificarentur ſe ſub ipſius obedientiam reductos eſſe. Reſpondit Pontifex gratulando, quod in Eccleſiæ tandem gremium ſe recepiſſent. Ad hæc vero Carolus Rex voluit, ut Rex Navarræ in Benearniam, Fuxenſem Comitatum, aliaſque terras ſuas Edictum mitteret, quo ſubditos omnes ſuos Religionem Catholicam amplecti juberet: verum ſubditi illi Edictum ab invito & coacto datum nihil curavêre.

1572. En ce même tems Sigiſmond Roi de Pologne, étoit fort mal : à ſa mort la race des Jagellons alloit s'éteindre, & les Seigneurs Polonois devoient élire un Roi. La Reine Mere ſouhaitant de procurer cette Couronne à ſon cher fils Henri, y envoia Jean de Montluc Evêque de Valence, très-propre pour la negociation dont nous verrons bien-tôt les ſuites.

Commencement d'une quatriéme guerre civile.

Cependant tout ſe diſpoſoit à une quatriéme guerre civile. Le Roi vouloit à force mettre garniſon dans les Villes & Places que les Reformez tenoient. La Châtre Gouverneur de Berri fut commandé pour prendre des meſures contre les Huguenots refugiez à Sancerre. Biron déclaré Gouverneur de la Rochelle, Saintonge & Payis d'Aunis, fut envoié pour ſe joindre au Comte du Lude Gouverneur de Poitou, & remettre la Rochelle ſous l'obéïſſance de Sa Majeſté. Le Marquis de Villars, nouvellement fait Amiral & Gouverneur de Guienne, fut auſſi envoié de la Cour, avec ordre de tenter tous les moiens pour remettre Mautauban dans le devoir. Le Maréchal d'Anville prit le chemin du Languedoc pour ôter aux Huguenots Nîmes & les autres Places qui s'étoient données à eux.

Biron qui paſſoit pour être de la Religion reformée, quoique ſon interêt & ſa fortune l'euſſent toujours retenu au ſervice du Roi, fit ſon poſſible pour engager les Rochelois à le recevoir dans leur Ville pour Gouverneur, ſelon les Ordres de Sa Majeſté. Il leur offrit même de n'y entrer que lui troiſiéme. Le Roi conſentoit qu'il y entrât en cette maniere, & offroit aux Rochelois de maintenir leurs privileges, & de leur laiſſer toute liberté pour l'exercice de la Religion reformée. La Reine Mere, le Roi de Navarre & le Duc d'Anjou leur écrivirent auſſi ; mais tout cela ne les ébranla point. Ce qui venoit de ſe paſſer à Paris, & dans pluſieurs Villes du Roiaume, leur ôtoit toute ſorte de confiance, & la nouvelle venuë de Caſtres en Languedoc, où le Gouverneur envoié par le Roi, & reçû dans la Ville, avoit fait maſſacrer ceux des habitans qui étoient Religionnaires ; tout cela, dis-je, enſemble les confirma dans la reſolution de n'admettre perſonne dans leur Ville envoié de la part du Roi. Ils ſe diſpoſerent à ſoutenir un ſiege, ramaſſerent des vivres de tous côtez en grande quantité, reparerent toutes les fortifications de la Ville, & en firent de nouvelles ; reçûrent dans leur enceinte beaucoup de troupes de leur parti.

Eodem tempore Sigiſmundus Rex Poloniæ æger ad extrema redactus erat ; quo mortuo & Jagellonum ſtirpe deficiente, Poloni Primores Regem ſibi electuri erant. Regina vero mater cum cuperet Coronam iſtam dilecto filio ſuo Henrico adipiſci, Joannem Monlucium Epiſcopum Valentinum, ad hæc tractanda aptiſſimum, illò miſit. Rei exitum poſtea videbimus.

Inter hæc ad quartum civile bellum omnia apparari videbantur. Rex nihil non movebat ut præſidia regia in urbes & oppida, quæ Reformati tenebant, inducerentur. Caſtreo Biturigum Præfecto juſſum eſt obſervare Hugonotos qui Sancerram confugerant. Bironus Rupellæ Præfectus declaratus, necnon Santonum & Alnetenſis tractus, miſſus eſt ut cum Ludio Comite Pictonum Præfecto junctus, Rupellam ſub Regis poteſtatem reduceret. Villarius Marchio, qui nuper maris Præfectus & Aquitaniæ Prætor conſtitutus fuerat, juſſus eſt etiam omnes tentare rationes ad Montem-Albanum reducendum. Damvilla Mareſcallus in Septimaniam iter ſuſcepit, ut Nemauſum aliaque oppida, quæ ſeſe Hugonotis dediderant, ipſis eriperet.

Bironus qui Reformatæ Religioni addictus eſſe putabatur, etiamſi fortunæ beneficia ipſi regiis juſſis ſemper hærere ſuaſiſſent, nihil non egit ut Rupellanos ad ſe in urbem ut Præfectum recipiendum induceret, ut Rex mandaverat. Et cum duobus tantum ſe comitantibus intraturum ſe dicebat. Rex quippe ut ſic intraret conſentiebat, & Rupellanis privilegia omnia ſe conſervaturum pollicebatur, ac libertatem omnem exercendæ ſuæ Religionis daturum. Catharina quoque, Rex Navarræ & Dux Andinus ipſis ſcripſere : verum his illi nullam habebant fidem, quod Lutetiæ in aliiſque Regni urbibus geſtum fuerat, ne fiderent ſuadebant ; itemque quod Caſtro nuper contigerat, ubi Præfectus Regius in urbem admiſſus, Hugonotos cives trucidari juſſerat ; hæc, inquam, omnia Rupellanos in priſtino propoſito confirmarunt, ut neminem ſcilicet ab Rege miſſum in urbem inducerent ; ſed ad obſidionem ſuſtinendam ſeſe apparavêre, annonam undique copioſam collegerunt, urbis propugnacula omnia reſtaurarunt & nova conſtruxerunt, pugnatorum factionis ſuæ copias multas in urbem invexerunt.

Les mêmes.

En ce même tems le ſieur de Joyeuſe Lieutenant de Roi en Languedoc, ſollicitoit Nîmes, qu'occupoient alors les Reformez, de recevoir la Garniſon du Roi, & peu s'en fallut que les habitans n'y conſentiſſent. Mais faiſant depuis reflexion au peril où ils ſe mettoient d'être traitez comme tant d'autres Villes du Roiaume, ils refuſerent cette garniſon. Dans le Vivarets & dans le Velai, à Montauban, & dans les payis voiſins, les deux partis ſurprenoient des Places les uns ſur les autres; tout cela préſageoit une prochaine guerre, qui commença bien-tôt après. 1572.

Les Rochelois croiant qu'ils ſeroient infailliblement aſſiegez, demanderent ſecours à la Reine d'Angleterre, & prierent Montgommeri, qui y étoit alors refugié, de les ſeconder pour obtenir leurs demandes. Le Roi voiant qu'il n'y avoit pas d'autre moien de les réduire que par la force des armes, leur fit déclarer la guerre le cinquiéme de Novembre 1572. Il voulut pourtant faire une nouvelle tentative pour les réduire ſous ſon obéïſſance, en leur envoiant la Noüe revenu depuis peu de tems de la guerre de Flandres. Il avoit été cidevant Gouverneur de la Rochelle, & s'étoit attiré l'eſtime des deux Partis, tant par ſa probité, que par ſa valeur & ſa ſageſſe. Les Rochelois l'écouterent volontiers. Il leur conſeilla de recevoir un Gouverneur que le Roi vouloit leur donner, en prenant pourtant les meſures neceſſaires pour conſerver leurs privileges & le libre exercice de leur Religion. Ils lui répondirent qu'ils ne pourroient jamais ſe reſoudre à recevoir Biron dans leur Ville; mais qu'ils prioient Sa Majeſté de leur donner un Gouverneur de leur Religion, & de les laiſſer vivre paiſiblement comme ils avoient fait juſqu'alors. La Noüe ſe rendit de là à S. Jean d'Angeli où étoient alors Biron & Gadagne, pour leur rendre compte de ſon Ambaſſade.

Le 19 Novembre le Roi fit publier un Edit par lequel il ordonnoit que tous ceux qui étoient ſortis du Roiaume, & s'étoient retirez dans les payis voiſins, euſſent à revenir chez eux; avec défenſes de les moleſter en quoi que ce fût, & ordre de les laiſſer vivre en repos, pourvû qu'ils ſe tinſſent en paix. L'Edit portoit peine de confiſcation de biens à ceux qui n'obéiroient point. Il en revint un très-grand nombre, & ſur tout de l'Angleterre.

N'y ayant plus d'eſperance de gagner les Rochelois, Biron s'avança avec l'armée, & entra dans les terres de ſon Gouvernement. Il voulut détourner

---

Les mêmes. Eodem tempore Joüſa Prorex in Septimania, Nemauſenſes ſollicite urgebat ut præſidium regium acciperent, urbem namque Reformati tenebant; parumque abfuit quin Joüſæ poſtulatis cederent: verum poſtea ſecum perpendentes, in quantum ſe periculum conjicerent, ne ut tot aliæ in regno urbes & ipſi exciperentur, præſidium illud recipere noluerunt. In Vivarienſi tractu, in Velaunis, in Monte Albano & in vicinis tractibus ambarum partium pugnatores oppida & caſtra invadebant & occupabant, quæ omnia bellum proxime futurum portendebant.

Les mêmes. Rupellani ſe quamprimum & haud dubie obſidendos fore videntes, opem ab Angliæ Regina expetiere, Mongommeriumque qui in Angliam confugerat rogarunt, ut ſecum apud Reginam inſtaret & auxilia impetraret. Rex vero Carolus cum videret nonniſi vi armorum poſſe Rupellanos in ordinem redigi, bellum ipſis indixit die quinto Novembris anno 1572. Tentare tamen adhuc illos volens, Lanovium miſit, nuper ex Belgio reducem. Hic vero pridem Rupellæ Præfectus fuerat, ac non minus probitate quam fortitudine ambarum ſibi partium exiſtimationem conciliaverat. Rupellani ipſum libenter audiere: ſuadere conabatur ille, ut quem Rex vellet Præfectum admitterent, ita tamen ut caverent ſibi privilegia ſua & liberum Religionis exercitium ſervari. Reſponderunt illi ſe nunquam Bironum in urbem ſuam excepturos, ſed Regem rogare ſibi religionis ſuæ Præfectum daret, ſeque ſineret pacifice degere ut hactenus vixerant. Lanovius inde ad Sanctum Joannem ubi erant Bironus & Vadagnus conceſſit, quibus ea retulit quæ a Rupellanis audiſſet.

La Popelinière. Thuanus. Die decimo-nono Novembris Rex Edictum publicari juſſit, quo præcipiebatur ut ii omnes qui ex Regno egreſſi, in vicinas regiones ſe receperant, domum reverterentur: vetabaturque ne quis ipſis moleſtiam crearet; ſed in pace degere poſſent, dum ipſi nihil turbarent. Eorum vero qui Edicto non obſequerentur bona fiſco addicebantur. Multi autem in Regnum reverſi ſunt, maximeque ex Anglia.

Les mêmes. Cum nulla ſpes ſupereſſet Rupellanos reducendi, Bironus cum exercitu movit, & in Præfecturæ ſuæ terras ingreſſus eſt. Fontes qui aquam Rupellam in-

1572. l'eau des fontaines de la Rochelle, mais il n'y réuſſit pas. La Ville fut aſſiegée
Siege de la Rochelle. dans les formes : on dreſſa les batteries ; & comme la garniſon étoit forte, il y eut ſouvent des eſcarmouches. Cependant les Rochelois preſſoient toujours la Reine d'Angleterre de leur envoier du ſecours. Quelques jours après que le ſiege y eut été mis, Biron demanda à parlementer avec les Rochelois, qui ne voulurent conferer que par écrit, les propoſitions faites de part & d'autre, ne furent pas acceptées. La Noüe voiant le ſiege formé, crut qu'il pouvoit entrer dans la Ville pour la défendre. Il y fut reçû avec joie, & y commanda pendant un tems ſeulement comme nous verrons. Puis-Gaillard qui avoit quelque intelligence dans la Ville, tenta de la ſurprendre : mais l'entrepriſe
1573. ne réuſſit pas. Il y eut en ce long ſiege de frequentes ſorties des aſſiegez : des aſſauts donnez qui réuſſirent mal. Une des plus conſiderables actions fut quand l'armée Catholique pour boucher le port, fit enfoncer des vaiſſeaux grands & petits à ſon entrée, & fit une eſtacade qui empêchoit qu'on ne pût entrer dans le port, hors dans les grandes marées.

Quelque tems après que le ſiege eût été commencé, Monſieur Frere du Roi vint y commander : il tenta d'abord de porter les Rochelois à un accommodement ; mais les conditions de part & d'autre étoient ſi éloignées, qu'il n'y eut rien de conclu. En la compagnie de Monſieur étoient le Duc d'Alençon ſon frere, le Roi de Navarre, le Prince de Condé, le Duc de Montpenſier, & le Prince Dauphin ſon fils, les Ducs de Longueville, de Bouillon, de Guiſe, de Mayenne, d'Aumale & de Nevers, le Maréchal de Coſſé, le Comte de Rets, Biron, Montluc, & un grand nombre d'autres.

Cependant la Reine d'Angleterre ſollicitée par Montgommeri, préparoit un ſecours pour la Rochelle. La Cour de France faiſoit ſon poſſible pour empêcher ou du moins retarder ce ſecours. La Reine étant accouchée d'une fille, le Roi Charles pria la Reine Eliſabeth d'être ſa marraine. Elle envoia pour la lever des fonds Milord Vinceſtre qui étoit Catholique : cet incident & quelques autres qui arriverent vers le même tems firent que le ſecours deſtiné pour les Rochelois arriva fort tard.

Siege de Sancerre. Une autre armée de Catholiques, commandée par la Châtre, aſſiegea en même tems Sancerre, dreſſa ſon artillerie, & battit vivement la Place. On ne pouvoit rien ajouter à la valeur & à la diligence des aſſiegez ; ils repa-

---

ducebant, aliò derivare voluit ; ſed id minime potuit. Urbe obſeſſa, tormenta apparata fuere, & quia præſidium numeroſum erat, ſæpe pugnæ velitationeſque fuere. Rupellani apud Reginam Angliæ inſtabant ut auxilia ſibi mitteret. Quibuſdam elapſis diebus poſt poſitam obſidionem, Bironus cum Rupellanis de pace colloqui voluit. At illi nonniſi ſcripto tractare voluere : conditiones ex utraque parte propoſitæ, acceptæ non fuere. Lanovius ſic obſidionem poſitam videns, putavit ſe in urbem ingredi poſſe ad hoſtem propulſandum. Cum gaudio exceptus fuit, & per aliquot tempus tantum Præfecturam geſſit, ut narrabitur. Pigallarius qui quoſdam in urbe ſecum conſentientes habebat, urbem ex improviſo capere tentavit ; ſed fruſtra ceſſit conatus. Per diuturnam illam obſidionem obſeſſi frequenter eruperunt. Regii etiam muros oppugnavêre, ſed non felici exitu. Maximam vero rem ſunt aggreſſi, quando per demerſas in fundo naves variæ magnitudinis portum occludere tentavêre & vallationem fecere, qua aditus intercludebatur, nec niſi in majori maris æſtu in portum intrari poterat.

Paulo poſtquam urbs obſeſſa fuerat, Andinus Regis frater venit, & exercitûs imperium accepit, ſecum ducens Alenconium Ducem fratrem, Regem Navarræ, Principem Condæum, Monpenſerium Ducem & Delphinum filium ejus, Duces Longavillæum, Bullionium, Guiſium, Meduanium, Albæmalæum, & Nivernenſem, Coſſæum Mareſcallium, Radeſianum Comitem, Bironum, Monlucium, & alios multos.

Les mêmes. Interea Regina Angliæ, inſtigante Mongommerio, opem Rupellanis ferre parebat. In aula regia nihil non agebatur ut auxilium illud vel impediretur, vel ſaltem differretur. Cum Regina filiam periſſet, Rex Carolus Eliſabetham Angliæ Reginam rogavit, ut illam de ſacro fonte levaret. Illa Vinceſtrium miſit qui hoc officio fungeretur, iſque Catholicus erat. Hoc & alia quæ tunc incidêre, moras intulere, auxiliumque tardius advenit.

Cum alio exercitu Caſtræus eodem tempore Sancerram obſedit, tormentorumque fulminibus oppidum impetiit. Præſidiatii vero ſumma fortitudine atque diligentia obſidentium impetum propulſabant :

roient

roient promptement les breches, faiſoient des retranchemens en dedans, ſou- 1573.
tenoient les aſſauts toujours avec perte des Catholiques: de ſorte que la Châtre voiant qu'il avançoit ſi peu ; & ſachant que les aſſiegez manquoient de vivres, tourna le ſiege en blocus. Nous en verrons plus bas l'iſſuë.

Pendant ces deux grands ſieges, les Reformez du Querci, du payis de Foix, du Lauraguais, & du reſte du Languedoc, prenoient tous les jours des Places, ils ſe rendirent maîtres de Soreze & de Monteſquiou, de Lodeve & d'un grand nombre d'autres Villes & Fortereſſes. Caſtelren, Gentilhomme du parti Huguenot, ſurprit auſſi Alet, petite Ville Epiſcopale bien murée. Les Reformez s'en étant emparez ruinerent l'Egliſe Cathedrale qui n'a jamais été réparée. Depuis ce tems-là le refectoire des anciens Benedictins, qui étoient dans cette Abbayie avant qu'elle fut changée en Evêché, ſert d'Egliſe.

Les Huguenots penſerent enſuite à s'étendre dans le voiſinage, & prirent quelques châteaux. Il y en avoit un dont ils ſouhaitoient fort de ſe rendre les maîtres, c'étoit le château de Roquetaillade, à une bonne demi-lieüe d'Alet : ſa ſituation avantageuſe, l'épaiſſeur de ſes murailles, ſes foſſez taillez dans le roc, les animoient à s'en ſaiſir pour en faire leur principale fortereſſe ; mais c'étoient autant d'obſtacles à leur deſſein. Pierre de Montfaucon Seigneur du lieu, y tenoit bonne garniſon ; & comme il avoit long-tems ſuivi les armées, & qu'il entendoit la guerre, ils n'oſerent rien entreprendre pendant ſa vie. Priſe d'Alet.

Un accident fatal releva leurs eſperances. Un jour de l'an 1574, que les gens qui gardoient le château, s'exerçoient à tirer au blanc contre la porte du jardin ; une balle qui paſſa par le trou de la ſerrure, bleſſa mortellement Pierre de Montfaucon qui s'y promenoit, & il en mourut peu de jours après. Les Huguenots ne tarderent pas long-tems à faire leurs efforts pour ſe rendre maîtres du château. La veuve de ce Seigneur avoit trois filles & un fils en fort bas âge. Trois Capitaines de la garniſon d'Alet vinrent une nuit avec leurs gens, eſcaladerent la fauſſe braie, & y entrerent. Un des ſentinelles s'enfuit ; l'autre nommé Mauleon fut percé de vingt coups & jetté dans le précipice. Il tomba heureuſement ſur de la terre mouvante, roula en bas, fut panſé de ſes

---

delapſas muri ruinas ſtatim reſtaurabant, intra muros valla foſſaſque apparabant. Oppugnationibus cum obſidentium pernicie obſiſtebant ; itaque Caſtræus diuturnam fore obſidionem proſpiciens, cum ſciret annonam remque cibariam obſeſſis deficere, intermiſſis oppugnationibus, aditus tantum ad oppidum intercludere ſtatuit. Quid hinc ſequutum fuerit infra videbimus.

La Popeliniere. Dum hæ duæ magnæ obſi liones fierent Reformati Cadurcenſis, Fuxenſis & Laureacenſis tractuum, Septimaniæque oppida ſemper occupabant. Soricinium, Monteſquium & Lutevam ceperunt, aliaque oppida & caſtra. Caſtelrenius vero Nobilis Hugonotus, Aletum etiam ex improviſo cepit, Epiſcopale oppidum muris undique cinctum. Loco potiti Reformati Epiſcopalem Eccleſiam magna ex parte diruerunt, quæ nunquam reſtaurata fuit. Benedictinorum, qui in hoc Monaſterio erant, antequam in Epiſcopatum mutaretur, Refectorium in Eccleſiam mutatum fuit.

Hugonoti poſtea in vicina loca ſeſe extendere curantes, aliquot caſtella ceperunt. Caſtellum vero quodpiam erat, non multo plus quam media leuca ab oppido Aleto diſtans, cui nomen Rupes-inciſa. Hujus denſa mœnia, ſitus ad defenſionem opportunus, foſſæ in ipſa rupe inciſæ, ad ipſum occupandum, & quaſi præcipuam arcem ſibi parandam Hugonotos invitabant ; ſed hi obices erant ne optatum aſſequerentur. Petrus de Monte-falconis Toparcha præſidiariis caſtellum ſuum munierat, & quia diuturno tempore in exercitibus meruerat, & belli peritus erat, obſidionem tentare Hugonoti dum ipſe viveret auſi non ſunt.

Inopinatus caſus ſpem illorum erexit. Die quodam anni 1574. cum præſidiarii contra metam in horti oſtio poſitam ſclopeti ictibus ſeſe exercerent, glans plumbea per ſeræ foramen tranſiens Montefalconium in horto deambulantem lethali ictu confodit, qui paucis poſtea diebus obiit. Haud diu poſtea Hugonoti caſtellum occupare tentaverunt. Uxori Montefalconii defuncti tres filiæ erant, filiuſque tenellus. Tres Centuriones ex Aletino præſidio nocte quadam venientes, ſcalis admotis, in propugnaculum prius conſcenderunt, ipſumque occupavere ; ex duobus ſpeculatoribus ibi ad cuſtodiam poſitis, alter aufugit, alter cui Mauleo nomen, captus & viginti gladii ictibus confoſſus, in altiſſimumque præcipitium injectus, forte fortuna in terram mobilem cecidit, ac per declive devolutus, poſteaque a vulneribus cu-

1573. bleſſures, & vécut depuis plus de quarante ans. Les Huguenots s'étant rendus maîtres de la fauſſe braye de ce côté, firent des efforts pour rompre la porte du château qui étoit fort épaiſſe & couverte de lames de fer. La Dame s'éveilla au bruit, accourut au pont-levis pour faire entrer les payiſans de la Paroiſſe, qui entendant le tumulte, s'étoient aſſemblez en armes. Il falloit quatre hommes pour abbattre le pont-levis; c'étoit la veille de ſaint Mathieu. La Dame ſe recommanda au Saint; & la grandeur du péril tedoublant ſes forces, elle l'abbattit, & appella les payiſans, qui ne jugeant pas qu'elle eût pû ſeule abbattre le pont-levis, crurent que les Huguenots déja maîtres du château, la faiſoient parler pour les attirer & les tailler en pieces, & ne voulurent point entrer. Elle retourna vers la porte que les Huguenots travailloient à mettre à bas. Elle y trouva un valet armé, qui uſa d'un ſtratagême, & ſauva le château. Il contrefit d'abord pluſieurs voix, & puis cria tout d'un coup, Madame, faites monter une partie de vos gens en haut, nous ſommes ici trop de monde. Les Huguenots entendant cela ſe retirerent. Ils furent maîtres d'Aiet juſqu'en l'an 1583, où ils furent tous taillez en pieces par les habitans, comme nous dirons en ſon lieu.

Elle étoit ſœur de ce brave Onoux qui amena du ſecours dans Poitiers en 1569.

Continuation du ſiege de la Rochelle.

Le Siege de la Rochelle continuoit toujours Les aſſiegez faiſoient de frequentes ſorties. Les Catholiques n'avançoient guerre. On parlementoit ſouvent & ſans ſuccès. Il ſe tint une conference après laquelle l'Abbé de Guadagne dreſſa en vingt-ſept articles les conditions de paix que le Roi offroit aux Rochellois. Pluſieurs Rochelois étoient d'avis de les accepter; mais d'autres & tous les Miniſtres furent d'un ſentiment contraire, & conclurent qu'ils n'admettroient qu'une paix generale pour tous les Reformez. Les hoſtilitez recommencerent, & le 3. de Mars vers les quatre heures du ſoir, le Duc d'Aumale fut tué d'un coup de coulevrine, & fut fort regreté dans le parti Catholique. Le ſiege continuoit toûjours avec perte de part & d'autre. Au même tems l'Amiral de Villars qui étoit venu dans le Querci avec une armée pour reprendre les places dont les Reformez s'étoient ſaiſis, en prit en effet quelques-unes, & aſſiegea Coſſade: mais les Reformez qui y étoient ſe défendirent ſi bien, qu'il fut obligé de lever le ſiege. Il congedia alors ſon armée qui pilloit tout

---

ratus, annos plus quadraginta poſt tantum caſum vixit. Hugonoti ſic priore propugnaculo potiti, portam caſtelli denſiſſimam, laminiſque ferreis opertam rumpere conati ſunt. Montefalconii uxor ſtrepitu expergefacta ad pontem ſublicium accurrit, ut Parochiæ ruſticos, qui tumultum audientes, armis aſſumtis, ante caſtellum venerant, exciperet: ſublicium pontem viri quatuor demittere ſolebant. Tunc Sancti Matthæi vigilia erat: illa vero Sanctum illum invocans, periculi magnitudine vires indente, pontem ſublicium demiſit, & ruſticos ut intrarent invitavit. Illi vero non putantes ipſam ſolam pontem demittere potuiſſe, Hugonotos intra caſtellum eſſe, & heram ad hæc dicenda compuliſſe ſuſpicati ſunt, ut ſe incluſos obtruncarent; quamobrem ingredi noluerunt. Illa vero ad portam quam Hugonoti decutere conabantur accurrit, ibique famulum armatum invenit, qui ſtrategemate uſus, caſtellum liberavit; primo plurimas diverſaſque voces ſimulavit, deindeque alta voce proclamans, dixit: Hera, partem noſtrum ſuperius conſcendere jube: hîc, plures, quam par eſſet, numero ſumus, unus alium impedimus. His auditis Hugonoti receſſerunt. Aletum autem occupavere ad annum uſque 1583. tuncque ab oppidanis cæſi omnes fuere, ut ſuo loco dicetur.

Rupellam oppugnabant ſemper Regii: præſidiarii vero frequenter erumpebant, diuturnamque fore obſidionem videbatur. Sæpe de pacis conditionibus tractabatur, ſed nullo exitu. Colloquium habitum fuit, poſteaque Vadagnius Abbas, conditiones pacis, quam Rex offerebat, viginti ſeptem capitibus diſtinctas, Rupellanis obtulit, quorum plurimi hæc admittere, pacemque facere optabant: verum alii, Miniſtrique omnes, conditiones illas repudiavere dicentes, ſe nonniſi pacem generalem pro Hugonotis omnibus admiſſuros eſſe. Tunc hoſtilia denuo cœpere. Tertio Martis die, hora circiter quarta pomeridiana Dux Albæmalæus colubrinæ ictu cecidit, magnum ſui apud Catholicos deſiderium relinquens: in obſidione autem multi ex utraque parte cadebant. Eodem tempore Villarius Maris Præfectus, qui ad Cadurcos cum exercitu venerat, ut capta a Reformatis oppida recuperaret, quædam ſtatim cepit, & Cauſſadam obſedit; ſed ejus conatum tam ſtrenue propulſarunt Reformati, ut obſidionem ſolvere coactus ſit. Tunc exercitum ſuum dimiſit, qui prædas ſemper in vici-

La Popeliniere. Thuanus.

le payis des environs, & envoia au Duc d'Anjou qui aſſiegeoit la Rochelle, ce qu'il avoit de meilleures troupes. 1573.

Le Maréchal d'Anville s'étoit rendu en Languedoc avec ſon armée, dans le deſſein d'aſſieger Niſmes. Il voulut auparavant prendre Sommieres, qui, comme il croioit, ne tiendroit pas long-tems. Mais les aſſiegez qui reçûrent un ſecours de Niſmes ſe défendirent ſi bien, que le ſiege fut fort long. On donna un aſſaut, où le ſieur de Candale, beaufrere du Maréchal d'Anville, fut tué. Ils capitulerent enfin après avoir obligé le Maréchal d'envoier à Niſmes des otages pour leur ſureté. Les conditions furent qu'ils ſortiroient tambour battant, méche allumée, & qu'on leur donneroit ſept jours pour emporter tout ce qu'ils pourroient de leurs biens, & ſe retirer où il leur plairoit.

Le ſecours qui devoit venir d'Angleterre ſe préparoit. La nouvelle en fut portée aux Rochelois avec des Lettres de Montgommeri qui en faiſoient foi, ce qui leur cauſa beaucoup de joie. La Nouë qui avoit eu beaucoup de part à la défenſe de la Ville juſqu'alors, apprenant que Montgommeri, de l'humeur duquel il ne s'accommodoit pas, devoit y venir, fâché d'ailleurs de ce qu'il y avoit beaucoup de meſintelligence parmi les Bourgeois, & que la plûpart n'étoient pas portez à une bonne paix, prit le parti de ſortir de la Ville, & de ſe retirer ailleurs. M. de Thou dit que ce fut par ordre du Duc d'Anjou qu'il en ſortit.

Le ſeptiéme d'Avril la brêche étant raiſonnable, les Roiaux donnerent un grand aſſaut où il périt bien des gens des deux côtez. Les Ducs de Nevers & de Mayenne, & pluſieurs autres gens de qualité, y furent bleſſez. On ſe preſenta encore le lendemain pour remonter à l'aſſaut. Mais les Catholiques trouverent les aſſiegez ſi bien préparez à les recevoir, qu'ils n'allerent pas plus avant. Le dixiéme du même mois le Duc d'Anjou fit donner un Aſſaut general. La Ville fut attaquée par cinq endroits differens: mais les Rochelois ſe défendirent ſi bien par-tout, que les Roiaux furent obligez de ſe retirer après avoir perdu trois cens hommes. On continua encore les jours ſuivans à avancer les travaux, & les Rochelois firent quelques ſorties en l'une deſquelles ils tuerent près de deux cens hommes.

Le 19 du même mois la flote qui venoit d'Angleterre fut apperçûë. Cela apporta la joie dans la Rochelle, où l'on crut que le ſecours étoit beaucoup plus

---

nis regionibus agebat: & quas meliores habebat cohortes Andino Duci Rupellam obſidenti miſit.

Les mêmes. Damvilla Mareſcallus in Septimaniam cum exercitu ſuo ſe contulerat, & Nemauſum obſidere parabat: ſed Sommeriam prius capere voluit, nec magnam ſe operam in ea re poſiturum eſſe putabat: verum Præſidiarii Nemauſenſium copiis aucti ita ſtrenue pugnavere, ut diuturna obſidio fuerit. Oppugnatio facta eſt, in qua Candalius Damvillæ cognatus periit. Præſidiarii tandem pepigêre, & Damvillam coegere obſides Nemauſum mittere. Conditiones fuere, ut præſidiarii cum tympanorum ſonitu, & ignita ſtuppa exirent, ipſiſque ſeptem dierum ſpatium daretur, ut bona ſuppellectilemque ſuam quo vellent auferrent.

Les mêmes. Auxilium in Anglia Rupellanis dandum apparabatur. Nunciatum id Rupellanis fuit, qui literas Montgommerii hujuſce rei fidem facientis acceperunt; hæc magna ipſis lætitiæ cauſa fuit. Lanovius, qui hactenus urbis defenſioni ſtrenuam operam dederat, cum audiſſet Mongommerium, cujus ille indolem ægre ferebat, in urbem venturum eſſe, cumque videret inter Rupellanos magnam eſſe diſſenſionem, ac pleroſque a pace abhorrere, ex urbe egreſſus aliò ſe contulit. Thuanus dicit ipſum, jubente Andino, ex urbe egreſſum eſſe.

Septimo die Aprilis, collapſa murorum parte, Regii urbem fortiter oppugnavere, multique ex utraque parte cæſi ſunt. Duces Nivernenſis & Meduanius, plurimique alii vulnerati fuere. Inſequenti die altera oppugnatio futura erat: at Regii præſidiarios ita ad pugnam apparatos invenere, ut re infecta diſcederent. Decimo die ejuſdem menſis Andinus urbem undique oppugnari juſſit: ad quinque diverſa loca Regii in muros conſcendere conati ſunt: at tam ſtrenue concertavere Rupellani, ut Regii amiſſis ſuorum trecentis receptui canere compulſi ſint. Sequentibus quoque diebus continuati labores fuerunt. Rupellani vero aliquoties eruperunt, ac ſemel ducentos pene viros occiderunt. *Les mêmes.*

Decima-nona ejuſdem menſis claſſis Anglica viſa fuit, quod Rupellanis gaudium magnum intulit. Putabatur enim majus auxilium eſſe, quam revera eſſet.

1573. grand qu'il n'étoit en effet. L'armée Catholique fut en mouvement. Le Duc d'Anjou la fit mettre ſous les armes, fit avancer la cavalerie ſur le bord de la mer, & braquer quelques canons pour tirer ſur la flote ſi elle approchoit. La flote de France s'avança vers cette flote qui venoit d'Angleterre : on ſe canonna quelque tems de part & d'autre, & Montgommeri avec ſa flote ſe retira, & prit Belliſle, qu'il fut obligé d'abandonner après. Arrivé en Angleterre, il fut très-mal reçû de la Reine Eliſabeth.

Henri Duc d'Anjou élû Roi de Pologne.

La nouvelle vint dans l'armée Catholique que par l'habileté de Montluc, Evêque de Valence envoié aux Etats de Pologne, le Duc d'Anjou y avoit été élû Roi. Pour ſe rendre avec honneur en ſon Roiaume, il falloit qu'il terminât avantageuſement ce fameux ſiege. Les Rochelois, quoiqu'ils commençaſſent à avoir diſette de vivres, ſe défendoient toujours vaillamment, & faiſoient quelquefois des ſorties ſur les Catholiques. Ils reçûrent en ce tems-ci un ſecours que leur envoia d'Angleterre Montgommeri. L'armée Catholique, après que les mines eurent joué, donna un aſſaut general. Les Rochelois repouſſerent vaillamment les Roiaux qui y perdirent 450 hommes. Un jour Monſieur viſitant la mine, faillit à être tué d'un coup d'arquebuſe, & l'auroit été ſi de Vins ſon grand Ecuyer ſe jettant devant lui, n'eut reçû le coup dans ſon corps, l'Ecuyer faillit à mourir de la bleſſure, mais il en guerit enfin.

Les Seigneurs Polonois qui venoient querir le Roi nouvellement élû, arriverent à la Cour où ils furent reçûs avec toute la magnificence poſſible. Ils allerent enſuite ſaluer leur nouveau Roi qui étoit au ſiege de la Rochelle, & lui firent la reverence comme à leur Souverain. Pluſieurs d'entre eux qui étoient de la Religion Proteſtante, à la priere des Reformez, parlerent en leur faveur pour porter le Roi à leur laiſſer le libre exercice de leur Religion. Comme les deux partis étoient fort las de la guerre, & que les Rochelois, outre qu'ils manquoient de vivres, avoient auſſi perdu plus de la moitié de leurs gens de guerre, on fit premierement une trêve, & la paix fut enfin concluë & acceptée des deux Partis. Le Roi accordoit aux Reformez le libre exercice de leur Religion à la Rochelle, à Nîmes & à Montauban. Il ne voulut pas y comprendre Sancerre qui étoit alors réduit à la derniere extrêmité.

Les Sancerrois aſſiegez par la Châtre, s'étoient défendus ſi vaillamment,

---

Exercitus Catholicorum in motu fuit ; Andinus exercitum totum in ordines diſpoſuit, equitatumque ad oram maris procedere juſſit, & tormenta pyria apparavit, quæ claſſem Anglicam impeterent, ſi illa propius accederet. Claſſis vero Francica verſus Anglicam vela dedit, ſeſeque mutuo ambæ globis impetierunt. Montgommerius cum claſſe ſua receptum habuit, & Bellam-Inſulam cepit ; ſed illam poſtea deſerere coactus eſt. In Angliam redux ab Eliſabetha Regina male exceptus fuit.

Les mêmes. In exercitu Catholico nunciatum fuit, Monlucii Epiſcopi Valentini, qui in Poloniam Orator miſſus fuerat, induſtria, Andinum Ducem Poloniæ Regem electum fuiſſe. Ut autem cum honore & exiſtimatione aliqua in Regnum ſuum ſe conferret, obſidionem illam celebrem, honorifico ſibi modo terminari oportebat. Rupellani, etſi jam rei cibariæ inopia laborabant, fortiter tamen concertabant, & ſæpe in Catholicos erumpebant, hoc tempore auxilium acceperunt a Mongommerio ex Anglia miſſum. Exercitus Catholicus poſt cuniculos adhibitos urbem undique oppugnavit. Rupellani ſtrenuiſſime Regiorum impetum propulſavêre, qui illo die 450. ſuorum amiſerunt. Quadam die cum Andinus cuniculum inviſeret, ſclopeti ictus emiſſus illum occiſurus erat, niſi Vinius Magnus Scutifer ejus, ante illum exſiliens, ictum excepiſſet, qui ex vulnere pene ad interitum deductus, tandem convaluit.

Poloni illi primores, qui Regem ſuum recens electum ſecum adducturi venerant, ad regiam aulam venere, ubi magnifice excepti ſunt, poſteaque novum Regem in Rupellæ obſidione perſtantem, ut ſupremum Dominum ſalutatum venerunt. Ex illis plurimi Proteſtantes erant, qui Reformatis rogantibus, in ipſorum gratiam ab Rege petierunt, ut liberum ipſis Religionis ſuæ exercitium concederet. Cum ambæ partes diuturni belli tædio affectæ eſſent, & Rupellani præterquam quod rei cibariæ inopia premebantur, pluſquam dimidiam pugnatorum ſuorum partem amiſiſſent ; induciæ primo factæ ſunt, quas ſequuta pax eſt ab ambabus partibus accepta probataque. Rex liberum Religionis ſuæ exercitium Reformatis concedebat, Rupellæ, Nemauſi & in Monte-Albano. Hic Sancerra non memorabatur, quia oppidum tunc ad extrema deductum erat. *Les mêmes.*

Sancerrani a Caſtræo obſeſſi tam fortiter pugnave- *Les mêmes.*

que la Châtre ſachant qu'ils étoient réduits à une grande diſette de vivres, changea le ſiege en blocus. La famine y fut ſi grande, qu'à peine trouvera-t-on dans l'Hiſtoire un exemple pareil. Le pain leur aiant manqué, ils ſe jetterent ſur les chevaux, ânes, mulets, & enſuite ſur les chiens, les chats & les rats. Tout cela étant conſumé, ils mangerent tous les cuirs, les ſelles, les poitrails, les croupieres; & furent enfin réduits à chercher les oſſemens d'hommes & de bêtes mortes, les coques des noix & tout ce qui ſe pouvoit réduire en farine dont ils faiſoient du pain, & le vendoient fort cherement. Toutes ſortes d'herbes furent bien-tôt conſommées. La rage de la faim porta un pere & une mere à manger leur fille morte. Ce qui étant venu à la connoiſſance des Chefs, ils craignirent qu'on en vînt à ſe manger les uns les autres; & pour y obvier, ils les firent bruler. Après tant de miſeres ſe voiant exclus de l'Edit de paix, ils ſe rendirent à la Châtre. 1573. Horrible famine à Sancerre.

Cet Edit de paix fut très-mal reçû des Reformez des Provinces, principalement de ceux du Languedoc, Guienne, Provence, Dauphiné, & d'autres payis. Ils firent des remontrances au Roi; & les choſes ne tournant point à leur gré, ils garderent les Villes & les Places qu'ils tenoient, & ſe liguerent enſemble pour ſe maintenir: ce qui donna occaſion à de nouveaux troubles comme nous verrons plus bas.

Differens partis dans l'armée roialle.

Vers la fin du ſiege de la Rochelle, il y avoit pluſieurs partis dans l'armée des Roiaux, qui s'étoient formez auparavant depuis la journée de S. Barthelemi. Ces partis étoient nommez des *Malcontens*, des *Fideles*, & des *nouveaux Catholiques*. Les Malcontens compoſez de l'une & de l'autre Religion, étoient ceux qui n'étoient point contens du Gouvernement preſent, & ſur tout des entrepriſes & des coups ſouterains de la Reine Mere, & qui non-ſeulement en murmuroient dans les rencontres, mais qui formoient auſſi des projets pour y apporter du changement. Les Fideles étoient les Reformez, qui ſans changer de Religion étoient au Service du Roi contre les Rochelois leurs confreres; & les nouveaux Catholiques, ceux des Reformez que la terreur de la S. Barthelemi avoit fait aller à la Meſſe, ſans qu'ils euſſent interieurement changé de créance. Le ſiege de la Rochelle tournant mal pour les Roiaux, le Duc d'Alençon qui portoit envie au Duc d'Anjou ſon frere, & qui imbu depuis

---

rant, ut Caſtræus gnarus illos ad extremam rei cibariæ penuriam deductos eſſe, aditus tantum ad urbem intercludere ſatis habuerit. Fames tanta fuit, quantam in aliis olim obſidionibus vix reperias. Poſtquam panis defecerat, equos, aſinos, mulos, & poſtea canes, feles, mures in cibum adhibuere. His conſumtis, ad coria, pelles, ephippia, antilenas & poſtilenas ventum eſt, tandemque oſſa mortuorum hominum, equorum aliarumque beſtiarum exquiſita ſunt, putamina nucum, & quidquid in farinam redigi poterat, uſurpabatur, indeque panem efficiebant, & multo vendebant precio. Herbæ & olera omnis generis cito conſumta ſunt. Famis rabies patrem matremque ad filiam mortuam edendam compulit; quod cum in Præfectorum notitiam veniſſet, illi metuentes ne illò tandem veniretur ut alter homo alterum comederet, parentes illos flammis tradidere. Poſt tantam calamitatem, cum viderent ſe ab Edicto pacis excluſos, Caſtræo ſeſe dedidere.

Les mêmes. Edictum illud pacis a Reformatis provinciarum male exceptum fuit, maximeque in Septimania, Aquitania, Gallo-provincia, Delphinatu, in aliiſque tractibus, Regi libellos ſupplices dederunt, & cum illis non fieret ſatis, urbes & oppida quæ in ipſorum poteſtate erant retinuerunt, & ſocietatem inierunt, ut Regios propulſare poſſent. Inde occaſio nata novorum tumultuum, ut infra videbimus.

La Popeliniere. Thuanus. Circa finem Rupellanæ obſidionis quædam factiones erant in exercitu regio, quæ ortum habuerant poſt Sancti Bartholomæi carnificinam. Hæ factiones dicebantur *Male-contentorum*, Fidelium & novorum Catholicorum. *Male-contenti*, ii erant ex utraque Religione, qui Regni adminiſtrationem præſentem improbabant, maximeque Catharinæ conſilia & geſta per cuniculos procedentia. Hi ea de cauſa non modo paſſim obmurmurabant; ſed etiam conſilia miſcebant, ut rei remedia afferrent. Fideles erant ii Reformati, qui non mutata religione, Regi tamen militabant, etiam contra Rupellanos ſibi religione ſocios. Novi Catholici ii erant, quos Sanbartholomæanus terror ad Miſſam ire coëgerat, nihil mutato tamen intus religionis cultu. Cum Rupellæ obſidio Regiis male procederet, Dux Alenconius erga fratrem Andinum invidia motus, & qui a tempore quodam

1573. quelque tems des erreurs des Calviniſtes, avoit été très-fâché du meurtre de l'Amiral ſon ami, ſe mit à la tête de ces Mécontens, le Roi de Navarre & le Prince de Condé furent auſſi de la partie & le Vicomte de Turenne, quoiqu'il n'eut alors que dix-ſept ans, étoit comme l'ame du Parti, ingénieux, entreprenant & fort adroit. Il les alloit engager à des actions qui auroient fait grand bruit, & peut-être quelque bouleverſement dant le Roiaume. Mais le ſage La Noüe qui entroit dans leur conſeil, les en détourna.

Entrée d'Henri Roi de Pologne dans Paris.

Les Ambaſſadeurs qui apportoient au Duc d'Anjou les Actes de ſon élection à la Couronne de Pologne, furent reçus à la Cour avec toute la magnificence imaginable. Le nouveau Roi par ordre de Charles ſon frere, entra à Paris par la porte S. Antoine, en équipage Roial & très pompeux. La Reine Mere qui en feſtins & réjouiſſances n'épargnoit rien en ces occaſions, ſe ſurpaſſa en celle-ci. Elle fit une grande fête aux Thuilleries, où l'on vit entre autres choſes ſeize nymphes, qui repreſentoient les ſeize principales Provinces de France. Le Roi Charles ſouhaitoit fort que ſon frere ſe mît promptement en chemin, & le nouveau Roi ne ſe preſſoit guere de partir, retenu par ſa mere qui l'aimoit tendrement; ce qui fit que le Roi Charles, impatient de ces délais, les menaça une fois l'un & l'autre aſſez bruſquement. Il ſe ſentit depuis attaqué d'une fiévre lente qui le conſumoit peu à peu : bien des gens crurent que ces menaces lui avoient procuré quelque potion.

Son départ de France.

Henri partit enfin. Le Roi, la Reine Mere, le Duc d'Alençon, & la Princeſſe Marguerite l'accompagnerent. Le Roi ſe trouva fort mal à Vitri ſur Marne, & fut obligé de quitter la compagnie après avoir embraſſé ſon frere. Le Roi de Pologne avec ſa mere, le Duc d'Alençon ſon frere, & Marguerite ſa ſœur continuerent leur route, & arriverent à Nanci, où ils furent reçûs magnifiquement par le Duc de Lorraine. Ils allerent enſuite à Blamont, où Catherine après avoir embraſſé ſon cher fils Henri à qui elle parla long-tems en ſecret, lui dit adieu, non ſans verſer des larmes, & revint en France avec le Duc d'Alençon & Marguerite. Henri continua ſa route vers la Pologne, traverſa l'Allemagne, & arriva à Cracovie où il fut couronné Roi.

Catherine craignoit beaucoup que le Duc d'Alençon ne demandât d'être Lieutenant General du Roi comme l'étoit ſon frere, & qu'il n'exclût ſa mere

---

erroribus Calviniſtarum imbutus, Colinii amici ſui cædem ægerrime tulerat, *Male-contentorum* princeps & dux habitus fuit. Ipſi quoque hærebant Rex Navarræ & Princeps Condæus : Turenius autem Vicecomes ſeptemdecim tantum annos natus, ceu anima factionis hujus erat, ingenioſus, dexter & ad res quaſvis ſuſcipiendas pronus : qui illos in negotia & geſta inducturus erat, quæ rumorem grandem, & fortaſſis perniciem ingentem in Regno paritura erant : verum ſapiens ille Lanovius, qui in conſilia eorum admittebatur, ab hujuſmodi propoſito illos avertit.

Les mêmes. Oratores Poloni qui Andino Duci acta electionis ſuæ ad Poloniæ coronam afferebant, cum magnificentia grandi in aula regia excepti fuere. Novus Rex, jubente Carolo fratre, per Sancti Antonii portam cum regio ornatu & veſtitu & cum pompa ingreſſus Lutetiam eſt. Regina mater, quæ in ejuſmodi celebritatibus, conviviis & oblectamentis nemini concedebat, in hac feſtivitate ſeipſam ſuperavit. In Tegulariis illam celebravit, ubi inter alia viſebantur nymphæ ſex decim, quæ ſexdecim præcipuas Regni provincias repræſentabant. Rex Carolus admodum cupiebat ut frater ſuus cito viam carperet, novuſque Rex, matre ſe detinente, procraſtinabat. Rex vero Carolus moras non ferens, in matrem & fratrem minas intentavit. Exinde ſe lenta febri correptum ſenſit, quæ ſenſim illum enervabat. Multi vero putavêre minas illas intentatas poculum ipſi quodpiam conciliaviſſe.

Henricus tandem profectus eſt. Rex, Regina mater, Alenconius Dux & Margarita ſoror ipſum comitati ſunt. Rex Carolus Vitriaci ad Matronam morbo correptus, fratremque amplexus, relicto cœtu diſceſſit. Rex vero Poloniæ, cum matre, Alenconio, & Margarita pergentes Nanceium advenere, ubi a Lotharingiæ Duce magnifice excepti ſunt. Inde in Album-montem venerunt, ubi Catharina poſtquam Henricum filium, quem diu & clam alloquuta eſt, amplexata fuit, ipſi nec ſine lacrymis valedixit, & in Franciam regreſſa eſt cum Alenconio & Margarita. Henricus vero iter carpens, Germaniam trajecit, & Cracoviam venit, ubi Rex coronatus fuit. *Les mêmes.*

Les mêmes.

Timebat Catharina ne Alenconius ab Rege poſtularet ut ſe Præfectum Generalem declararet, ut frater Henricus fuerat, neve matrem a Regni adminiſ-

du Gouvernement, ce que cette Princeſſe ambitieuſe craignoit extrêmement. 1573.
Elle ſavoit qu'il étoit ligué avec le Roi de Navarre, le Prince de Condé & les Montmorencis, & qu'il s'étoit tourné vers le parti Huguenot. Elle tint conſeil avec les Guiſes alors ſes amis, & parla au Roi pour le détourner de donner à ce Prince cette importante Charge; elle ſouhaitoit fort de la faire donner au Duc de Lorraine ſon gendre, ſous lequel elle eſperoit de gouverner tout.

Le Roi tiroit toujours à ſa fin, & accablé de mal comme il étoit, il ſembloit qu'il ne pourroit pas vivre long-tems. Catherine crut qu'il falloit ôter au parti Huguenot, tout dévoüé au Duc d'Alençon, la Rochelle ſa principale fortereſſe, & elle inſpira à Biron, à du Lude & à Puigaillart, le deſſein de ſurprendre cette Ville. Ils y avoient quelques intelligences, & ils mirent tout en œuvre pour faire réuſſir l'entrepriſe. Mais le Maire de la Ville en aiant eu le vent, fit ſaiſir quelques-uns de ceux qui étoient du complot. On trouva dans la maiſon de l'un d'entr'eux, un memoire où la conſpiration étoit fort détaillée. On fit ſaiſir tous les conjurez qui furent executez publiquement.

La nouvelle de cette entrepriſe allarma tous les Huguenots, qui, comme nous avons dit, n'avoient pas voulu accepter dans les Provinces la paix generale faite avec les Rochellois: ils prirent les armes en pluſieurs endroits. Le Roi deſavoüa l'entrepriſe faite ſur la Rochelle, & proteſta qu'il n'y avoit eu nulle part: il étoit certain que la Reine Mere à l'inſçû du Roi avoit ſuſcité Biron pour ſurprendre cette Ville. Mais les Huguenots, après ces declarations du Roi, ne ſe diſpoſerent pas moins à la guerre. Cependant le Duc d'Alençon remuoit à la Cour de France, fort irrité contre la Reine ſa Mere qu'il regardoit comme ſon ennemie. Le Comte Louis de Naſſau lui avoit offert de le faire declarer Chef de la guerre de Flandres. D'un autre côté les Huguenots, qui n'ignoroient pas qu'il étoit porté d'inclination pour eux, ſouhaittoient qu'il ſe mît à leur tête. Les Montmorencis ſachant que par l'intrigue de Catherine & des Guiſes ils étoient mal dans l'eſprit du Roi, le ſollicitoient de prendre ce parti, & le Vicomte de Turenne y emploioit tous ſes ſoins. Ils demandoient qu'on aſſemblât les Etats du Roiaume pour remedier aux maux infinis qu'une mauvaiſe adminiſtration y avoit introduits.

Le Duc d'Alençon ſe tourne vers les Huguenots.

---

tratione depelleret. Non ignorabat enim illum ſocietate junctum eſſe cum Rege Navarræ, Principe Condæo & Montmorenciis, & ad Hugonotorum factionem verſum eſſe. Conſilia autem miſcuit cum Guiſiis tunc amicis ſuis, & Regem alloquuta eſt ut illum averteret, ne tam grande munus Alenconio daret. Cupiebat autem ut conferretur Duci Lotharingiæ, ſub quo ſperabat ſe omnia recturam eſſe.

Les mêmes. Rex Carolus ad finem vitæ ſemper vergens, uſque adeo oppreſſus morbo erat, ut plane videretur non poſſe illum diu in vivis eſſe. Putavit vero Catharina e re fore, ſi Hugonotis Alenconio Duci addictis Rupella auferretur, quæ præcipuum ipſorum propugnaculum erat, atque Birono, Ludio & Pigallario ſuaſit, ut urbem illam intercipere tentarent. Quoſdam in illa re ſecum conſpirantes habebant, & nihil non egerunt, ut rem propoſitam & optatam aſſequerentur; ſed cum id ad notitiam ejus, qui Major in urbe vocabatur, veniſſet, ipſos comprehendi juſſit. In unius illorum ædibus deprehenſum fuit reſcriptum ubi conſpiratio tota minutatim recenſebatur. Conjurati omnes capti & ſupplicio publice affecti ſunt.

Hujuſce conſpirationis fama Hugonotos omnes per- *Les mêmes.*
culit, qui, ut diximus, in Provinciis generalem pacem cum Rupellanis factam admittere noluerant. Multis in locis illi arma ſumſere. Rex conteſtatus eſt illum Rupellæ intercipiendæ conatum injuſſu ſuo & ſe inſcio factum eſſe, certumque erat Catharinam Rege nec monito, nec conſentiente, Bironum ad urbem illam ex improviſo capiendam ſuſcitaviſſe: verum Hugonoti, Rege hæc affirmante, non minus ad arma accurrebant. Inter hæc Alenconius in aula regia omnia movebat, in Catharinam matrem indignatus, quam ſibi inimicam putabat. Ludovicus Comes Naſſovius ipſi pollicitus erat, effecturum ſe ut Belgici belli dux declararetur. Ex altera vero parte Hugonoti non ignorantes ipſum ad partes ſuas propendere, Alenconium ſibi ducem conſtituere geſtiebant. Monmorencii quoque, cum ſcirent ſe Catharinæ & Guiſiorum artificio Regi inviſos eſſe, apud Alenconium inſtabant, ut partes illas amplecteretur. Turenius item idipſum perpetuo moliebatur. Poſtulabant illi ut Regni Ordines congregarentur, atque ut infinita mala, quæ ex prava adminiſtratione ſuborta fuerant, de medio tollerentur.

1573. Ceux de ce parti étoient appellez les *Malcontens*, & on les appella depuis les *Politiques*. Le vrai moien d'empêcher que le Duc d'Alençon ne ſe mît à la tête des Politiques, étoit de le déclarer, en la place de ſon frere Henri, Lieutenant General du Roiaume. Mais Catherine qui craignoit que ſi cette Charge étoit donnée au Duc d'Alençon, ceux de ſa faction ne ſe ſerviſſent de cette occaſion pour exclure le Roi de Pologne de la Couronne de France, ſi le Roi ſon frere venoit à mourir, perſuadoit à Charles ou de l'abolir entierement, ou d'y mettre quelqu'un qui ne pût rien prétendre à la Couronne de France, & qui ne fût lié à aucune faction; elle entendoit par-là le Duc de Lorraine ſon gendre. Le Roi indiqua alors une Aſſemblée à Compiegne. La Reine Mere croioit éluder ainſi la demande des Politiques qui vouloient qu'on tînt les Etats Generaux, bien aſſurée que rien ne ſeroit établi à Compiegne que ſelon ſes deſirs.

Les Politiques s'apperçûrent de ſes deſſeins, les firent connoître au Duc d'Alençon, & lui perſuaderent de ſe mettre à la tête & des mêmes Politiques, & des Reformez, qui étoient déja en armes dans pluſieurs Provinces du Roiaume. Avant que de ſe déclarer, ils voulurent prendre l'avis de François de Montmorenci. Celui-ci plus ſage qu'eux, voiant que ſi l'on prenoit ce parti, la guerre civile alloit s'allumer dans le Roiaume plus forte & plus dangereuſe qu'elle n'avoit jamais été, les en diſſuada. Il s'offrit d'aller lui-même demander au
1574. Roi, pour le Duc d'Alençon, la Charge de Lieutenant General. Il le fit, & lui allegua de ſi fortes raiſons que le Roi la lui accorda. Mais des incidens qui arriverent dans le même tems gâterent tout.

Les Huguenots ſouhaitoient ardemment d'avoir le Duc d'Alençon à leur tête; ils n'oublioient rien pour l'obliger à ſe ranger au plûtôt de leur côté, & firent une action d'éclat qui changea tout-à-fait la face des affaires. Chaumont de Guitri, un de leurs Chefs, parut tout d'un coup avec deux cens chevaux bien armez, auprès de ſaint Germain en Laye où étoit la Cour, dans le deſſein d'obliger le Duc d'Alençon, déja ſuſpect à cauſe de ſes intelligences avec les Reformez, de ſe retirer & de venir les joindre. Le Vicomte de Turenne & quelques autres le ſollicitoient de le faire: mais ſa troupe étoit trop grande

---

La Popelinière. Thuanus.

Qui illas partes ſectabantur, *Male-contenti* primo, deindeque *Politici* appellati ſunt. Hoc certe modo poterat Rex impedire quominus Alenconius ſe Politicorum ducem conſtitueret, ſi nempe illum Andini loco Præfectum Generalem Regni conſtitueret: verum Catharina metuens ne ſi tale munus Alenconio daretur, qui partes ejus ſectabantur, hinc occaſione ſumta, Poloniæ Regem a Corona Francica excluderent, ſi Carolus Rex fato fungeretur, Carolo ſuadebat, vel ut hujuſmodi Præfecturam aboleret omnino, vel ut alicui conferret, qui ad Coronam Francicam nullo jure vocaretur, & qui nulli factioni hæreret: ſubintelligebat illa Ducem Lotharingiæ generum ſuum. Rex tunc conventum indixit Compendii habendum. Sic Catharina ſe Politicorum poſtulata eluſuram putabat, qui Ordines Regni congregari volebant, certum habens nihil Compendii præter optata ſua ſtatuendum fore.

Politici Catharinæ conſilia comperta habentes, Alenconio illa nota fecere, ſuadebantque illi, ut ſe Politicorum ſimul & Reformatorum ducem efferret, qui Reformati jam in Provinciis multis arma ſumſerant. Antequam conſilium ipſi ſuum patefacerent, rem Franciſco Montmorencio declaravêre, qui illis prudentior, cum proſpiceret hoc pacto bellum per totum Regnum incenſum iri, majus, periculoſiuſque quam ante fuerat, ipſos ab hoc conſilio avertit, ſeque a Rege poſtulaturum dixit, ut Alenconium Præfectum regni Generalem conſtitueret. Regem vero adiit, idque abillo poſtulavit, remque temporum conditioni ita opportunam eſſe probavit, ut poſtulatum Rex concederet.

Les mêmes.

Verum quædam tunc intercidere, quæ omnia peſſum dederunt. Hugonoti, qui Alenconium ſibi ducem conſtituere geſtiebant, nihil non agebant ut illum quam celerrime poſſent ad ſuas partes deducerent, tuncque rem deſignavêre, qua rerum facies omnino mutata eſt. Calvomontius Guitrius Reformatorum dux ſubito comparuit cum ducentis equitibus egregie armiſ inſtructis, prope Sanctum Germanum in Laia, ubi aula regia tunc erat, eo nempe conſilio ut Alenconium jam ſuſpectum, quod cum Reformatis conſentiret, ſic induceret ut ad turmam ſuam properaret. Turenius & alii quidam apud Alenconium inſtabant ut ad Guitrium ſe reciperet: verum turma ejus & numeroſior erat quam ut poſſet ſe-

pour

pour ſe retirer en ſecret ; & trop petite pour qu'il pût ſe mettre hardiment à la tête, & ſoutenir l'effort de la Maiſon du Roi, qui ne manqueroit pas de venir le charger. D'ailleurs La Mole ſon favori, & participant de tous ſes ſecrets, prévoiant que cette levée de bouclier faite ſi précipitamment ne réuſſiroit pas, pour ſe mettre à couvert, avoit tout déclaré à la Reine Mere. Elle mit d'abord l'allarme dans la Cour ; une partie des courtiſans, & beaucoup d'autres gens de differente qualité, s'enfuirent, tant la terreur fut grande. Catherine perſuada au Roi de quitter promptement S. Germain en Laye. Il s'en alla à Vincennes, menant avec lui le Duc d'Alençon, le Roi de Navarre & le Prince de Condé, qui n'étoient point encore arrêtez, mais obſervez de près. 1574.

Les Huguenots en armes prennent des places.

Cependant les nouvelles furent apportées à la Cour, que les Reformez avoient pris les armes dans la plûpart des Provinces du Roiaume. La Noüe avoit porté la Rochelle à ſe ſoulever, & s'étoit ſaiſi de Luſignan & de quelques autres places dans le Poitou. D'autres Chefs des Huguenots avoient pris dans l'Angoumois & dans la Saintonge, Pons, Roian, Talmont & beaucoup d'autres Villes. En Dauphiné, Monbrun qui avoit auſſi levé l'étendart, prenoit tous les jours des places ſur les Catholiques, & Mongon faiſoit la guerre dans le Velai avec le même ſuccès. Les Reformez du Vivarès & de tout le Languedoc étoient auſſi en armes. Danville en étoit Gouverneur. La Reine Mere qui le haïſſoit mortellement auroit bien voulu le deſtituer. Elle envoia même des gens avec ordre de ſe ſaiſir de lui. Il n'ignoroit pas ſes intentions, & s'étoit emparé de Montpellier, Lunel, Beaucaire & Pezenas, mais il perdit cette derniere Ville par la trahiſon de celui à qui il en avoit confié la garde. Il fut enfin deſtitué de ſa Charge ; mais malgré cela il s'y maintint comme on verra dans la ſuite.

Le bruit de ce qui s'étoit paſſé à S. Germain en Laye, s'étoit répandu par tout ; on diſoit publiquement qu'on s'étoit voulu ſaiſir de la perſonne du Roi ; que le Duc d'Alençon, le Roi de Navarre & le Prince de Condé étoient les Chefs de cette entrepriſe. Ce dernier trouva moien de ſe retirer vers Amiens, & ſe ſauva depuis en Alemagne. A la perſuaſion de la Reine Mere, les deux Princes firent une déclaration, où ils aſſuroient que bien loin d'avoir jamais voulu rien attenter ſur la perſonne du Roi, ils avoient ci-devant été & ſeroient

---

creto ſe recipere, & minor, quam ut valeret pugnatorum regiæ aulæ, qui haud dubie ipſum invaſuri erant, impetum ſuſtinere. Ad hæc vero Mola gratioſus ſibi & ſecretiorum conſiliorum particeps, cum proſpiceret rem tam conſpicuam & tam præcipiti conſilio actam non proſperum exitum habituram eſſe, omnia Catharinæ detexerat. Illa vero in aula regia pavorem magnum intulit. Aulicorum pars, aliique multi diverſæ conditionis tanto terrore perculſi ſunt, ut aufugerent. Catharina Regi ſuaſit ut ex Sancto Germano celeriter diſcederet. Vincennas ille ſe contulit, ſecum ducens Alenconium, Navarrum & Condæum, qui nondum apprehenſi fuerant, ſed ſedulo obſervabantur.

Les mêmes. Inter hæc in aula regia nunciatum fuit Reformatos in pleriſque Regni provinciis arma ſumſiſſe. Lanovius Rupellanos ad rebellionem induxerat, Luſinianumque & alia oppida apud Pictonas ceperat. Alii Hugonotorum duces in Engoliſmenſi tractu & in Santonibus Pontium, Roianum, Talmontium, aliaque oppida multa occupaverant. In Delphinatu Monbrunus, qui etiam vexillum erexerat, oppida quotidie Catholicis eripiebat. Mongonius quoque in Velaunis cum proſpero exitu bellum gerebat. In Vivarienſi tractu & in Septimania Reformati arma ſumſerant. Damvilla iſtius Provinciæ Præfectus erat: Catharina illum odio ſummo proſequebatur & a Præfectura removere cupiebat. Miſit etiam quoſdam, qui illum comprehendere juſſi erant ; quod cum non ignoraret ille, Monpelium, Lunellum, Belloquadram & Piſcenas ceperat ; ſed hoc poſtremum oppidum amiſit per proditionem illius, cui ipſum commiſerat cuſtodiendum. Damvilla a Præfectura deſtitutus fuit : verum nihil obſtantibus regiis juſſis, Præfecturam ille diu tenuit, ut infra videbitur.

Les mêmes. Rei apud S. Germanum geſtæ fama circumquaque volaverat. Palam dicebatur quoſdam Regem ipſum comprehendere voluiſſe, conſpirationis duces fuiſſe Alenconium, Navarrum & Condæum. Condæus autem verſus Ambianum dilapſus eſt, poſteaque in Germaniam ſe recepit. Suadente Catharina ambo reliqui Principes reſcriptum emiſere, quo declarabant ſe nihil unquam contra Regis perſonam attentare voluiſſe ; imo ſemper ita affectos eſſe & fuiſſe ut pro

1574. toujours prêts à expoſer leur vie pour ſa conſervation, & pour la défenſe de ſa Couronne, & pour conſerver la paix & la tranquillité de ſon Roiaume. L'Acte fut donné au Bois de Vincennes le 24 Mars de l'an 1574.

La Mole & le Comte de Coconas mis en juſtice.

Le Roi qui juſqu'alors avoit uſé de beaucoup de patience, indigné de la conſpiration de ſon frere joint aux malcontens & aux Huguenots, commanda à Chriſtophe de Thou de faire la recherche des coupables, & de punir ceux qui ſeroient convaincus d'y avoir trempé. On fit ſaiſir La Mole favori du Duc d'Alençon, le Comte de Coconas & pluſieurs autres. On envoia des gens pour prendre Montmorenci Thoré, le Vicomte de Turene, Lafin & Grandchamp; mais ils avoient pris la fuite, & s'étoient mis en lieu de ſureté. On interrogea La Mole qui ne confeſſa rien, & nia tout ce qu'on mettoit en avant ſur cette conſpiration. On vint enſuite au Comte de Coconas, qui declara tout ce qu'il avoit vû & entendu dire, découvrit tout le complot, & chargea les Marêchaux de Montmorenci & de Coſſé. Le Duc d'Alençon fut enſuite interrogé, qui en poſture de criminel & en tremblant, declara tout ce qu'il ſavoit, & par ſa confeſſion indiqua bien des complices, ſans taire ceux qui étoient le plus avant dans ſes interêts.

Le Duc d'Alençon & le Roi de Navarre interrogez.

On vint au Roi de Navarre, & il comparut courageuſement plutôt comme accuſateur que comme coupable. Il ſe plaignit amerement des injures qu'il avoit reçûes de la Reine Mere, qui lui en vouloit principalement, parce qu'elle le voioit trop attaché à la perſonne du Roi Charles: il proteſta qu'il perſevereroit toute ſa vie dans cet attachement. Il avoüa pourtant que les mauvais offices de la Reine qui tâchoit toujours de le rendre ſuſpect, l'auroient enfin forcé de ſigner l'Ecrit que les Politiques & les Reformez avoient mis au jour, & de ſe retirer de la Cour, où il ne pouvoit plus vivre avec honneur & ſureté, & où les ennemis du nom de Bourbon dominoient. Il finit en marquant aſſez clairement le complot que, ſelon la voix publique, la Reine Mere avoit fait contre la vie du Roi, pour faire regner en ſa place le Roi de Pologne. Il repeta les mêmes choſes cinq jours après, en preſence de la Reine Mere, du Cardinal de Bourbon, & de pluſieurs autres.

On fit le procès à La Mole, à Coconas & à quelques autres qui furent condamnez à mort. La Mole fut mis à la queſtion & interrogé ſur une image de cire

---

ejus conſervatione, pro Coronæ ipſius defenſione, pro pace & tranquillitate Regni ſervanda, ſemper ad vitam ipſam exponendam parati ſint, quod reſcriptum datum fuit Vincennis die vigeſima quarta Martii anno 1574.

Les mêmes. Rex qui hactenus multa uſus patientia fuerat, de conſpiratione fratris cum male-contentis & Hugonotis juncti indignatus, Chriſtophoro Thuano mandavit, ut de ejus auctoribus & de conſciis perquiſitionem faceret, & de ſcelere hujuſmodi convictos plecteret. Mola Alenconio Duci gratioſus, Comes Coconaſius plurimique alii apprehenſi ſunt. Miſſi ſunt etiam qui Montmorencium-Thoræum, Vicecomitem Turenium, Lafinium & Grandicampum comprehenderent: at illi fugâ ſibi conſuluerant, & in tuto ſe collocaverant. Interrogatus fuit Mola, qui nihil confeſſus eſt, & omnia de conſpiratione hujuſmodi prolata negavit. Ad Coconaſium deinde ventum eſt, qui omnia quæ viderat, audieratque declaravit. Conſpirationem totam aperuit, & Monmorencium Coſſæumque Mareſcallos ut conſcios declaravit. Dux Alenconius poſtea interrogatus fuit, qui quaſi noxius ac tremens omnia confeſſus eſt, & conſcios multos indicavit, etiamque eos qui magis addicti ipſi erant in medium protulit.

Ad Regem Navarræ denique ventum eſt, qui audacter & magis ut accuſator, quam ut accuſatus comparuit. Conqueſtus amariſſime eſt de injuriis quas a Regina matre acceperat, quæ ſibi ideo magis infenſa erat, quod ſe videret Regi Carolo addictiſſimum, ſeque eodem illum affectu per totam vitam proſequuturum eſſe conteſtatus eſt. Confeſſus tamen eſt molimina Reginæ matris, quæ ut ſe ſuſpectum redderet nihil non machinabatur, eò ſe compulſura fuiſſe, ut Politicorum & Reformatorum reſcripto, quod in publicum emiſerant, ſubſcriberet, & ab aula regia ſecederet, ubi non ultra cum honore & ſecuritate degere poſſet, & ubi inimici nominis Borbonii dominarentur. Clauſit demum ſatis clare ſubindicando conſpirationem Catharinæ contra Regis vitam, ut in ejus locum Regem Poloniæ induceret. Eadem ipſa repetiit quinto inſequente die, præſentibus Regina matre, Cardinale Borbonio & aliis plurimis.

In judicium acti ſunt Mola, Coconatius & quidam alii, qui capitali ſententia damnati ſunt. Mola ante ſupplicium tormentis applicatus, & interrogatus circa imaginem ceream quam juxta cor gerebat, *Les mêmes.*

qu'il portoit ſur le cœur, il dit qu'il la portoit pour charmer une jeune Proven- 1574
çale qu'il aimoit à la fureur, & que Coſme Rougier Florentin la lui avoit donnée. On ſaiſit d'abord Rougier, & on alloit lui faire ſon procès. Mais la Reine Mere fort adonnée à toutes ſortes de preſtiges & à l'art magique, le fit tirer des mains des Juges, & le garda pour s'en ſervir. La Mole fut décapité. Le Comte de Coconas fut executé de même, après avoir averti le Roi de ſe garder des embuches qu'on lui tendoit de plus d'un endroit.

La Mole & Coconas executez.

La maladie de ce Prince augmentoit de jour en jour; & quand la Reine vit qu'il n'en pouvoit pas échapper, craignant que pendant l'abſence du nouveau Roi qui devoit lui ſucceder, les Maréchaux de Montmorenci & de Coſſé ne remuaſſent, elle perſuada au Roi Charles que ſa maladie rendoit plus ſoupçonneux, de les faire venir à la Cour. Torci fut envoié leur porter l'ordre; malgré les avis de pluſieurs qui les en détournoient, ils s'y rendirent, & furent conduits à la Baſtille; les Pariſiens en témoignerent leur joie par des cris & des huées, qu'ils continuerent juſqu'à ce qu'ils furent enfermez.

Les Maréchaux de Monmorenci & de Coſſé mis en priſon.

Les Reformez s'étoient ſoulevez dans les Provinces; ils avoient fait une proteſtation, où ils diſoient que c'étoit une abſoluë neceſſité qui les avoit obligez de prendre les armes. On y fit une réponſe qui fut publiée à Lion. Ces ſortes d'Ecrits ſont ordinairement de foibles armes qui ne terminent rien. M. de Montpenſier commandoit l'armée qui devoit agir dans le Poitou. Matignon accompagné de Fervaques étoit en Normandie, où les Reformez, dont les Chefs étoient Montgommeri & Colomiers, avoient pris Saint Lo, Carentan, Domfront, & quelques autres Places. Montgommeri après avoir demeuré quelque tems aux Iſles de Gerſai & de Greneſei, étoit venu en Normandie pour y commander les gens de ſon parti. Matignon aſſiegea S. Lo, & Montgommeri avec ſa cavalerie ſe retira à Domfront. La Reine Mere, qui regardoit Montgommeri comme le meurtrier du Roi Henri ſon époux, fit ramaſſer juſqu'à quatre mille hommes de pied & mille chevaux, & envoia ce renfort à Matignon, qui ſachant que Montgommeri s'étoit retiré à Domfront, partit en diligence, & alla l'inveſtir avec ſes troupes. Montgommeri ne s'attendant point à être aſſiegé, ne trouva dans Domfront que quatre-vingt Arquebuſiers, dont l'Enſeigne étoit d'intelligence avec les Catholiques. Mais aiant été décou-

---

reſpondit ſe illam geſtare, ut cor puellæ Provincialis, quam ipſe deperibat, alliceret, illamque imaginem ſibi datam fuiſſe a Coſmo Rogerio Florentino. Rogerius ſtatim comprehenſus eſt, & ad Judices actus; at Catharina præſtigiis & magicis artibus addictiſſima, Rogerium ex Judicum manibus eductum penes ſe ſervavit, ut illo uteretur. Mola capite truncatus eſt. Eamdem ſortem expertus eſt Coconatius, monito ſæpius Rege, ut diligenter ab inſidiis, nec unis, ſibi caveret.

Les mêmes. Invaleſcente in dies Regis morbo, cum Regina parens, jam de morte ejus certa, de novo Rege cogitaret, verita ne per ejus abſentiam Monmorencius & Coſſæus quidpiam molirentur, Regi Carolo ſuaſit, quem morbus magis ſuſpicioſum effecerat, ut illos in aulam regiam vocaret. Torcius ad eam rem miſſus fuit. Etiamſi vero a multis ut ne accederent moniti fuiſſent, venerunt tamen & ſtatim in Baſtiliam inducti ſunt, Pariſinis plaudentibus, & clamoribus dicteriiſque illos inceſſentibus, donec in carcerem conjecti eſſent.

La Popelinière. In Provinciis Reformati arma ſumſerant, Proteſtationem evulgaverant ubi ſe neceſſario & compulſos ad arma cucurriſſe dicebant: ad quam contrario ſcripto Lugduni publicato reſponſum eſt. Hæc vero ſcripta debilia arma ſunt, queis nihil perficitur. Monpenſerius Dux exercitui in Pictonum tractu bellum geſturo imperabat. Matignonus vero cum Fervacio in Normannia erat, ubi Reformati quorum duces erant Mongommerius & Columbarius, Fanum Laudi, Carentanum, Damfronium & alia loca ceperant. Mongommerius, poſtquam per aliquod tempus in inſulis Gerſæa & Greneſæa manſerat, in Normanniam venerat, ut factioni ſuæ addictis imperaret. Matignonus Fanum Laudi obſedit, & Mongommerius cum equitatu ſuo Damfronium ſe recepit. Catharina, quæ Mongommerium ut Regis Henrici interfectorem oderat, pedites quater mille & equites mille congregari curavit, & ad Matignonum miſit, qui cum ſciret Mongommerium ſe Damfronium recepiſſe, celeriter profectus, oppidum illud obſedit. Mongommerius cum de tali obſidione nihil cogitaret, Domfronii reperit tantum octoginta ſclopetarios, quorum Signifer cum Catholicis conſentiebat: ſed

Thuanus.

1574. vert, il fut puni comme traître. L'infanterie Catholique étant arrivée, on commença le siege. Montgommeri n'avoit pour la garde de la Ville & du Château, que cinquante chevaux & environ quatre-vingt-dix Arquebusiers, en y comprenant quelques valets des Gentilshommes, & plusieurs d'entre eux craignant le succès de ce siege desertoient dès qu'ils en trouvoient l'occasion. De sorte que cette petite garnison diminuoit à vuë d'œil. Montgommeri fut bien-tôt obligé d'abandonner la Ville, & de se retirer dans le Château. Matignon le fit battre de son artillerie, & la bréche étant grande, il fit donner un assaut. Montgommeri n'avoit que quarante hommes pour défendre la bréche, qui combattirent vaillamment, & repousserent les assaillans; une partie des assiegez se déroba la nuit. Montgommeri soutint pourtant encore un assaut, après lequel il ne lui resta que seize hommes qui se déroboient l'un après l'autre; de sorte qu'il fut obligé de composer à condition qu'il auroit la vie sauve, & demeureroit prisonnier.

Mongommeri fait prisonnier.

Le siege de S. Lo continuoit toujours, & Matignon s'y rendit avec son armée, après qu'il eut pris Domfront. Colomiers qui commandoit dans la place, quoiqu'elle fut très-foible, se défendoit vaillamment, & ne vouloit point entendre parler de composition. Les assiegeans firent approcher Mongommeri des murs pour l'exhorter à capituler. Colomiers lui dit mille injures, & lui reprocha que pouvant mourir glorieusement les armes à la main, il s'étoit livré aux Catholiques, si accoutumez à ne point garder la foi promise; il lui dit que voulant sauver sa vie, il s'étoit reservé à une mort ignominieuse. On battit la Place, & Colomiers se défendit en brave; il fut tué à l'assaut, & la Ville fut prise par force avec une perte considerable des Catholiques. Matignon alla ensuite assieger Carentan, qui se rendit sans aucune défense.

Colomiers tué en défendant S. Lo.

La Reine Mere aiant eu nouvelle que Montgommeri étoit pris, declara qu'elle ne vouloit avoir aucun égard à la capitulation & au traité fait par Matignon, & lui donna ordre de l'envoier à Paris sous sure garde. Matignon qui vouloit se conserver les bonnes graces de la Reine Mere, le fit conduire à Paris par Vassé, qui le remit entre les mains du Parlement.

Le Duc de Montpensier qui commandoit l'armée de Poitou joint avec du Lude Gouverneur de la Province, Puigaillard & plusieurs autres Seigneurs &

---

deprehensus, ut proditor pœnas luit. Cum pedites Catholici advenissent, obsidio cœpta est. Montgommeriusad defensionem oppidi & castelli quinquaginta equites & circiter nonaginta sclopetarios habebat, annumeratis etiam Nobilium famulis, quorum plurimi obsidionis exitum timentes, quavis oblata occasione aufugiebant, ita ut præsidium in dies minueretur, & Mongommerius oppidum deserere & in castellum se recipere coactus sit. Matignonus tormentis suis castellum verberavit, & collapsa muri parte, oppugnationem cœpit. Mongommerius sexaginta solum armatos habebat ad hostem propulsandum, qui fortiter pugnavere, & Regios depulerunt; sed nocte sequenti pars præsidiariorum castellum deseruit. Mongommerius tamen alteram oppugnationem sustinuit, qua cessante sexdecim solum pugnatores ipsi supererant, qui unus post alium dilabebantur, itaut ad pactionem faciendam compulsus sit illa conditione ut ipse captivus salva vita maneret.

Les mêmes. Sancti Laudi obsidio semper continuabatur, & Matignonus post captum Damfronium cum exercitu illò movit. Columbarius oppidi Præfectus strenuissime pugnabat, etsi debilissimum & non munitum oppidum erat: deditionem vero & pactionem ne auditu quidem ferebat. Regii Mongommerium admoverunt, qui ipsum ad deditionem cohortaretur. Columbarius mille maledicta in illum protulit, & cum contumelia dixit ipsum Mongommerium cum posset gloriose ut fortem virum decebat, mori, sese Catholicis dedidisse, quibus solenne erat fidem datam non servare, addiditque ipsum ut vitam servaret, sese ad ignominiosam mortem reservavisse. Tormentis oppidum quatitur, fortiterque pugnans Columbarius in oppugnatione cecidit. Oppidum vi captum est: Catholici vero multos suorum amiserunt. Matignonus postea Carentanum obsedit, oppidumque sine pugna deditum est

Les mêmes. Catharina vero ubi Mongommerium captum fuisse didicit, se pactionem a Matignono cum illo factam non ratam habere dixit, Matignonoque præcepit ut illum sub tuta custodia Lutetiam mitteret. Matignonus qui Reginæ matris gratiam aucupabatur, a Vassæo illum Lutetiam duci curavit, qui eum Curiæ Parisini Senatus tradidit.

Thuanus. Monpensierius Dux qui exercitui in Pictonibus imperabat, junctus cum Ludio Provinciæ Præfecto, Pigallario & plurimis aliis ducibus atque Præfectis, non

Officiers, avançoit fort peu. Biron étoit dans la Saintonge avec un corps de troupes, & avoit des intelligences dans Tonnai-Charente, dont il vouloit s'emparer : mais la méche fut découverte, & les Reformez qui regardoient Biron comme un homme de leur ſecte, ſe méfierent de lui depuis ce tems-là. Montpenſier preſenta bataille à La Nouë, qui la refuſa : il partagea alors ſon armée, envoia Puigaillard aſſieger Talmont, & alla lui-même avec le reſte des troupes mettre le ſiege devant Fontenai. Puigaillard prit Talmont, & vint rejoindre Montpenſier devant Fontenai. Ce ſiege fut long, comme nous verrons. 1574.

En Languedoc les Reformez étoient fort puiſſans & tenoient un grand nombre de Places. Ils attendoient un ſecours d'Alemagne, que le Prince de Condé leur avoit promis. Ce Prince après ſa fuite, s'étoit retiré à Straſbourg, d'où il avoit agi auprès des Princes Proteſtans d'Allemagne, pour procurer de puiſſans ſecours à ceux de ſon parti. Il falloit de l'argent comptant pour faire marcher les Reitres & les Lanskenets : les Reformez de Languedoc avoient promis de lui en faire tenir. Le Prince envoia des gens pour les ſommer de tenir parole. Montmorenci-Thore qui étoit avec le Prince de Condé, écrivit à ſon frere d'Anville Gouverneur de Languedoc, qui étoit alors à Montpellier, l'exhortant de ſe joindre promptement aux Reformez, de peur qu'il ne tombât dans le même malheur que leur frere, qui étoit alors en priſon.

Cependant le Roi accablé de ſon mal, ſe vit enfin réduit à la derniere extrêmité. La Reine Mere, dit M. de Thou, envoia au nom du Roi des Lettres aux Gouverneurs des Provinces, où le Roi diſoit que ſon mal ne lui permettant pas de vacquer aux affaires de ſon Roiaume, il commandoit qu'on obéît à ſa mere comme à lui-même ; & que ſi Dieu venoit à l'appeller de ce monde, il vouloit qu'on continuât à lui obéïr juſqu'à ce que ſon frere ſeroit arrivé de Pologne. Le lendemain on en dreſſa en preſence du Duc d'Alençon, du Roi de Navarre, & du Cardinal de Bourbon, Princes qui pouvoient prétendre à la Regence, un Acte où la volonté du Roi étoit expliquée. Cet Acte ne pût être enregiſtré que le lendemain des Fêtes de la Pentecôte. Les Princes & le Parlement vinrent alors prier la Reine Mere de prendre la Regence du Roiaume.

Charles IX. malade déclare ſa mere Regente.

---

multa ſtatim præſtitit. Bironus vero, qui in Santonibus copiarum manum ducebat, Tonam ad Carantonum ubi quidam erant ſecum conſentientes, per proditionem capere tentavit ; ſed re detecta, Reformati Bironum, quem ſuis rebus favere antea putabant, exinde ſuſpectum habuerunt. Monpenſerius ad pugnam paratus contra Lanovium movit, qui pugnam detrectavit. Tunc Monpenſerius diviſo exercitu, Pigallarium ad Talmontium obſidendum miſit, ipſeque cum reliquo exercitu Fontenæum obſedit. Pigallarius Talmontium cepit, poſteaque Monpenſerium junxit ante Fontenæum, cujus obſidio diuturna fuit, ut infra videbimus.

Thuanus. In Septimania Hugonoti potentiſſimi erant, multaſque urbes oppidaque tenebant. Magnum pugnatorum auxilium ex Germania mittendum exſpectabant, quod pollicitus erat Princeps Condæus. Poſt fugam enim ille ſuam, Argentoratum ſe receperat, & auxilia a Germanis Principibus petierat ad Reformatos Francos mittenda ; ſed ut Germani equites peditesque in opem venirent, numeranda pecunia erat. Reformati vero Septimaniæ ſe ſummam miſſuros polliciti fuerant. Miſit vero Princeps viros, quiut promiſſis ſtarent admonerent. Monmorencius Thoræus, qui cum Principe Condæo erat, Damvillæ fratri Septimaniæ Præfecto ſcripſit, qui tunc Monpelii erant, cohortatuſque illum eſt ut ſe quamprimum Reformatis adjungeret, ne ſibi idem infortunium accideret, quod fratri ſuo tunc in carcere detento.

Le même. Interea Rex Carolus morbo oppreſſus, in extrema incidit. Regina parens, inquit Thuanus, Regis nomine literas ad Præfectos Provinciarum miſit, quibus Rex ægritudinem ſuam cauſatus, curam negotiorum Regni ſui in matris manus deponere ſe dicebat, mandabatque ut ipſi perinde atque ſibi omnem obedientiam præſtarent, & ſi Deo ita placitum eſſet, ut ipſe ad meliorem vitam transferretur, donec Rex Poloniæ in Galliam adveniret, ejus imperiis ſemper parerent. Poſtridie vero præſentibus Alenconio Duce, Rege Navarræ & Cardinale Borbonio, qui poterant regni adminiſtrationem quaſi ad ſe competentem expetere, diploma conficitur, in quo Rex matrem Regentem conſtituebat, quod tamen diploma nonniſi quatriduo poſt & tranſactis Pentecoſtes diebus promulgari potuit, tuncque Principes & Senatus Curia Reginam parentem rogarunt ut Regni adminiſtrationem ſumeret.

1574. Mort de Charles IX.

Le Roi Charles avant l'enregiſtrement, après avoir ſouffert de longues & cruelles douleurs, mourut le jour de la Pentecôte 30 Mai, où l'acte fut dreſſé, âgé de vingt-quatre ans, dix mois & trente jours; après avoir regné douze ans, cinq mois & vingt-cinq jours. Prince que la nature avoit favoriſé d'un excellent eſprit & de grands talens, ſi la mauvaiſe éducation & la trop grande indulgence de ſa mere ne l'avoient gâté. Il étoit doüé d'un grand courage, d'une ſagacité & d'une penetration merveilleuſe, d'une éloquence mâle, d'une prudence qui ſurpaſſoit ſon âge, mais qui degeneroit quelquefois en fourberie. Subtil à diſcerner & connoître les eſprits; moderé dans ſes dons & ſes bienfaits, qu'il ne diſtribuoit que ſelon les mérites: ce qui fit que les courtiſans, dont la cupidité n'a point de bornes, l'accuſoient de n'être point liberal. Fort ſujet à la colere, il s'emportoit ſouvent. Ses violens exercices, ſur tout à cheval, & ſes longues veilles, l'entretenoient dans cette humeur: enſorte que, quoiqu'il fut extrêmement diſſimulé, ſon emportement alloit quelquefois juſqu'à la fureur.

Son caractere.

Il étoit de grande taille, un peu courbé, & panchoit la tête d'un côté, d'un regard rude & farouche; ſon nez étoit aquilin, ſa couleur étoit pâle & plombée, & au reſte le corps bien formé, les membres robuſtes, aimant le travail, & fort ſobre. On crut que ſa mort avoit été avancée par quelque potion. Ceux qui étoient intereſſez à ôter ce ſoupçon, le firent ouvrir par les Chirurgiens & les Medecins, on trouva au dedans bien des enflures qui augmenterent l'opinion d'une mort violente. Il aimoit la chaſſe juſqu'à la folie, ſe plaiſoit à couper & à éventrer les bêtes, & à tremper ſes mains dans leur ſang; ce qui contribuoit à le rendre plus feroce, & augmenter ſon penchant à la cruauté.

Ennemi du repos, quand il étoit revenu de la chaſſe, il joüoit à la paume, ou ſe mettoit à danſer, ou à de plus violens exercices, comme à fabriquer des armes & battre le fer juſqu'à ſuer à groſſes goutes. Peu adonné aux femmes, il eut pourtant un bâtard nommé Charles comme lui, qui fut Comte d'Auvergne, & depuis Duc d'Angoulême. Il dormoit peu, & depuis la journée de Saint Barthelemi, ſon ſommeil étoit interrompu par des ſonges terribles. Il appelloit alors des Joüeurs d'Inſtrumens, qui par leurs ſymphonies lui procuroient le repos & le ſommeil.

Le même. Rex Carolus antequam hæc in acta referrentur & promulgarentur, poſt graves & diuturnos dolores mortuus eſt ipſo Pentecoſtes die 30 Maii, quo ipſo die diploma conſcriptum fuerat, cum annos vixiſſet viginti quatuor, decem menſes & triginta dies, regnaſſet annos duodecim, quinque menſes & viginti quinque dies: Princeps præclara indole & magnis virtutibus præditus, ſed prava educatione, & matris indulgentia hæc vitiata fuere. Fuit in eo fortunæ par animus, ingenium ſagax & acutum, maſcula facundia, prudentia ſupra ætatem, quæ plerumque in vafritiem degenerabat, acre in aliorum ingeniis dignoſcendis judicium, moderatus in donis ac beneficiis, quæ ſecundum merita diſtribuebat, indeque apud aulicos, quorum cupiditas inexplebilis eſſe ſolet, minus liberalis habebatur. Ad iracundiam præceps erat, quæ violenta & aſſidua equitatione, ac vigiliis alebatur, & licet ſummus diſſimulator eſſet, nonnunquam per intervalla ad furorem uſque erumpebat.

Le même. Statura fuit prægrandi; ſed paulum incurva, obſtipo capite, oculis torvis, naſo adunco, colore pallido & plumbeo: de cætero bene compoſitis membris & lacertoſa corporis mole, laboris & inediæ patiens, ac fere abſtemius, ita ut mors ejus feſtinata credatur, cujus rei ſuſpicio ut purgaretur, mortui corpus a Chirurgiis & Medicis apertum eſt, in quo livores ex cauſa incognita reperti, conceptam opinionem auxerunt, potius quam minuerunt. Venationibus ad inſaniam indulgebat, & ferarum cruori manus intingere aſſuetus, inde ferocior redditus, ad crudelitatem paulatim ferebatur.

Thuanus. Quietis impatiens, poſtquam ex venatione reverſus erat, aut aſcobolo, aut ſaltationibus immodicis, aut denique fabricandis armis, & ferro, malleo ac forcipe verſando deſudabat: eo minus in venerem mollis, ut qui unicam puellam toto vitæ tempore adamaſſe compertus ſit, ex qua Carolum Arvernorum Comitem ſuſcepit, qui poſtea Dux Engoliſmenſis fuit. Modicum ille dormiebat, ſomnumque etiam poſt Sanbartholomæam carnificinam interrumpebant nocturni horrores: & rurſus adhibiti ſymphoniaci pueri expergefacto ſomnum conciliabant.

Il eſtimoit & honoroit les Poëtes, & ſur tout Ronſard. Il leur donnoit des penſions, mais aſſez modiques, diſant qu'ils devoient être traitez comme les beaux courſiers, qu'il falloit bien nourrir, mais non pas trop engraiſſer. Il faiſoit quelquefois lui-même des vers, & il y en eut de ſon tems d'imprimez, qui étoient d'aſſez bon goût. Il fit encore un Livre de la Chaſſe au Cerf, que ceux qui l'ont vû depuis, jugeoient digne d'être mis au jour. 1574.

Son Regne eut le malheur d'être toujours agité de troubles, de tumultes & de guerres civiles; la Saint Barthelemi ſe renouvelloit ſouvent dans la memoire du Prince, très fâché de s'être laiſſé entraîner à des actions ſi inhumaines. Après de ſerieuſes reflexions, il regarda toujours de mauvais œil ceux qui l'avoient porté à violer ſi indignement la parole donnée, & tant de fois réïterée; & étoit bien reſolu de les éloigner tous du miniſtere. Quant à Catherine ſa mere, il avoit deſſein de l'envoyer pour un tems en Pologne, comme pour rendre viſite à ſon cher fils le Roi Henri, & de l'exclure pour toujours du Gouvernement; de laiſſer aux Cours de Parlement & aux autres, pleine liberté d'exercer la Juſtice, de ſe reſerver les affaires d'Etat, & de renvoier au Maréchaux de France celles de la guerre. Ses deſſeins.

Perſuadé que les troubles & les guerres du Roiaume ſe perpetuoient encore plus par les factions que par la difference des Religions, il prenoit des meſures pour mettre abſolument à bas les deux principaux Partis, les Guiſes & les Montmorencis. Il avoit fort à cœur le bien du Roiaume, & le preferoit à ſon interêt particulier. Sentant que ſa fin approchoit, il dit qu'il étoit bien aiſe de ne point laiſſer d'enfant mâle, aiant appris par ſa propre experience, qu'il n'y a point de plus grand malheur à un Etat que d'avoir un Roi enfant & mineur gouverné par des gens intereſſez. Cela regardoit principalement ſa mere. Cependant il l'embraſſa tendrement avant ſa mort, & lui recommanda ſa femme & une petite fille qu'il laiſſoit, & l'on dit alors qu'il avoit porté la diſſimulation juſqu'à la fin de ſa vie.

Poëtas ſummo in honore habuit, maximeque Ronſardum, quèis modicas penſiones dabat dicens, cum illis perinde atque cum Veredis ita agendum eſſe, qui moderate ſunt alendi, ne nimis pingueſcant. Ipſe quoque aliquando verſus edebat, qui etiam typis dati fuere, neque regia majeſtate ſunt indigni. De cervi quoque venatione librum fecit, luce non indignum.

Le même. Regni ejus ſpatium totum, tumultibus belliſque civilibus, cædibus, aliiſque infortuniis funeſtum fuit. Sanbartholomæanam ſæpe cædem in memoriam revocabat, ægerrime ferens ſe ad tam inhumanam cædem pravis inductum conſiliis manus dediſſe, conſultores autem illos qui ipſum ad fidem datam totieſque repetitam violandam induxerant, haud libenter videbat, ipſoſque ab omni miniſterio removere decreverat, & Catharinam matrem honeſta Regis Poloniæ cari filii in Regno inviſendi cauſa, a ſe ad tempus ablegare conſtituerat, atque a Regni adminiſtratione prorſus excludere: ſicque res ordinare, ut quantum ad jus inter privatos reddendum, ſumma poteſtas penes Regni Curias eſſet; juris publici, quod Regnum ſpectabat ſibi cognitionem ſervaret, & Mareſcallis Franciæ res ad bellum ſpectantes demandaret.

Le même. Cum perſuaſum haberet tumultus & bella civilia plus per factiones, odia & diſſidia perpetua reddi, quam per religionum diverſitatem; duas præcipuas factiones, Guiſios nempe & Montmorencios omnino evertere, & in demiſſiorem ordinem redigere cogitabat. Regni bono, ſuum & ſuorum bonum omnino poſtponebat: cum ſe morti proximum videret, dixit gaudere ſe, quod nullam maſculam prolem relinqueret, cum experimento ſuo didiciſſet, nihil Statui cuipiam infelicius eſſe, quam quum Rege puerulo atque minore, alii ſua commoda quærentes rem publicam adminiſtrant. Hæc matrem ſuam præcipue ſpectabant, tamenque ipſi poſt arctiſſimos amplexus moriturus vale dixit, commendata uxore, quam unice diligebat, & filiola ex ea ſuſcepta, dictumque fuit ipſum ad extremum uſque vitæ diſſimulatione eſſe uſum.

MONUMENS DU REGNE DE CHARLES IX.

PL. XXIII. 1. 2. 3. CE Prince ſe voit peint aux vitres de S. Etienne de Beauvais, comme il étoit encore fort jeune, & ſans barbe. Il a la tête un peu panchée, défaut que les Hiſtoriens remarquent en lui, & pour le reſte ſa taille étoit bien formée. Les deux autres portraits ont été tirez de tableaux faits peu de tems avant ſa mort, & des portes-feüilles de M. de Gaignieres, comme la plûpart des autres de ce Regne qui ſuivent; un le repreſente debout, & l'autre en buſte.

PL. XXIV. 1. 2. Eliſabeth d'Autriche ſa femme, ſeconde fille de l'Empereur Maximilien, épouſa Charles IX. en 1570; elle ſurvécut dix-huit ans à ſon mari, & mourut l'an 1592, âgée de trente-huit ans. [1] Elle eſt d'abord repreſentée en buſte chargée d'ornemens & de pierreries. On la voit [2] enſuite avec toute ſa taille en vertugadin.

PL. XXV. 1. 2. Antoine de Bourbon Duc de Vendôme, naquit à la Fere en Picardie le 22 Avril 1518, épouſa Jeanne d'Albret en 1548, fut Roi de Navarre en 1555, & mourut le 17 Novembre 1562, d'un coup de mouſquet qu'il avoit reçû au ſiege de Rouen. [1] La premiere figure le repreſente en buſte, & la ſeconde le montre [2] avec toute ſa taille.

PL. XXVI. 1. 2. Jeanne d'Albret, fille d'Henri d'Albret Roi de Navarre, & de Marguerite de Valois ſœur de François I. mariée à Antoine de Bourbon en 1548, mourut à Paris le 9 Juin 1572, en ſa quarante-quatriéme année, non ſans ſoupçon de poiſon. [1] Elle eſt d'abord repreſentée en buſte, & [2] puis avec toute ſa taille & en vertugadin.

PL. XXVII. 1. Louis de Bourbon Prince de Condé, frere d'Antoine Roi de Navarre, & fils de Charles Duc de Vendôme, naquit l'an 1530, fut le Chef du parti des Huguenots, & ſe diſtingua beaucoup dans les guerres, comme nous avons vû. Après s'être rendu priſonnier à la bataille de Jarnac, il fut tué de ſang froid par Monteſquiou. Nous donnons ici [1] ſon veritable portrait tiré d'un

---

MONUMENTA REGNI CAROLI IX.

REX hîc in vitreis feneſtris S. Stephani Bellovacenſis viſitur, qualis erat juvenis nec barbatus. Caput paulum inclinat, ut ab hiſtoriæ Scriptoribus dicitur; ſtatura alioqui optime efformata erat. Duæ aliæ imagines ejus ex tabulis depictis paulo ante obitum ejus concinnatis, eductæ ſunt ex ſcriniis D. Gagnerii, ut & maxima pars eorum quæ ſequuntur, ad idem Regnum ſpectantium. In altera ſtans totus viſitur, in altera protome tantum ejus repræſentatur.

Eliſabetha Auſtriaca uxor ejus, ſecunda filia Maximiliani Imperatoris, nupſit Carolo IX. anno 1570. Poſt conjugis ſui mortem octodecim annos vixit, obiitque anno 1592. annos 38. nata. Statim protome illius viſitur ornatibus & gemmis decorata, poſteaque ſtans repræſentatur cum veſte inferius latiſſima.

Antonius Borbonius Dux Vindocinenſis Faræ in Picardia natus eſt anno 1518. Aprilis 22. Joannam Leporetæam duxit anno 1548. Poſt mortem Henrici ſoceri Rex Navarræ fuit anno 1555. obiitque anno 1562. ex ſclopeti ictu quem in Rothomagenſi obſidione acceperat. In primo ſchemate protome ejus, in ſecundo ſtans ille totus exhibetur.

Joanna Leporetæa uxor ejus filia Henrici Leporetæi Regis Navarræ, & Margaritæ Valæſiæ ſororis Franciſci I. nupſit Antonio Borbonio anno 1548. Lutetiæ obiit 9. Junii anno 1572. cum 44. annum ageret, nec ſine venenati poculi ſuſpicione. Statim protome ejus, deinde ſtans illa cum crocota inferne lata conſpicitur.

Ludovicus Borbonius Condæus Princeps, frater Antonii Regis Navarræ, filiuſque Caroli Ducis Vindocinenſis natus eſt anno 1530. Dux Hugonotorum fuit, in bello clarus, ut vidimus. Cum in Jarnacenſi pugna ſe captivum dedidiſſet, a Monteſquio occiſus eſt. Ejus veram imaginem hîc damus, ex tabula de-

tableau

1

CHARLES IX.
Roi de France



2



3



Elizabet d'Autriche Reine de France

XXIV. Pl. Tom. V. pag. 216.



1



2

T. V. A A.

XXV. Pl. Tom. V. pag. 216.

ANTOINE ROY DE NAVARRE.

1



2
le même.

1

XXVI Pl. Tom. V. pag. 216.

Jeanne d'Albret Reine de Navarre



2



T. V. C C.

1

Louis de Bourbon Prince de Condé



2

Françoise d'Orleans Princesse de Condé



tableau original du tems. Nous n'avons pas la figure de ſa premiere femme Eleonor de Roye, mais ſeulement celle de ſa ſeconde Femme Françoiſe d'Orleans, fille de François d'Orleans, Marquis de Rothelin, de laquelle il eut Charles de Bourbon. [2] Elle brille en ornemens. Sa fraiſe eſt d'une grandeur extraordinaire. 2.

Jacqueline de Longvvi Comteſſe de Bar ſur Seine, qui paroît la premiere [1] dans la planche ſuivante, étoit femme de Louis de Bourbon II. du nom, Duc de Montpenſier, dont je n'ai pû trouver la figure. Au bas de la même planche eſt [2] Philippes de Monteſpedon, femme de Charles de Bourbon, Prince de la Rocheſurion, qui l'épouſa lorſqu'elle étoit veuve du Maréchal de Montejan, & elle apporta de grandes richeſſes à ce Prince, qui étoit auparavant fort pauvre. PL. XXVIII. 1. 2.

Elle ſe voit encore dans la planche ſuivante avec Charles Prince de la Rocheſurion ſon mari, tels qu'ils ſont ſur leur tombeau dans l'Egliſe de Beaupreau. On voit à la droite du Prince la figure d'Henri de Bourbon ſon fils, Marquis de Beaupreau, qui mourut par un étrange accident, comme on a vû ci devant, âgé de quatorze ou quinze ans. Jeanne de Bourbon fille du Prince, paroît à la gauche de ſa mere. Elle eſt preſque de la taille de ſon frere Henri : cependant les Genealogiſtes diſent qu'elle mourut à l'âge de neuf mois. Il eſt vrai qu'on voit ſouvent dans les monumens des enfans repreſentez comme de grandes perſonnes ; mais cela eſt plus extraordinaire dans les bas tems. PL. XXIX.

François de Lorraine Duc de Guiſe, un des grands hommes de ſon ſiecle, étoit fils de Claude de Lorraine Duc de Guiſe, & d'Antoinette de Bourbon, fille de François de Bourbon, Comte de Vendôme. Sa vie & ſes actions principales ſe trouvent dans le cours de cette Hiſtoire. Il fut tué au ſiege d'Orleans par Jean Poltrot. Il eſt pris d'un tableau de l'hôtel de Guiſe, où demeuroit autrefois M. de Gaignieres, qui en avoit auſſi dans ſon cabinet un autre portrait fort ſemblable à celui-ci, peint par un nommé Janet. PL. XXX.

Nous n'avons pas le portrait de Charles de Lorraine, Cardinal, & Archevêque de Rheims. Mais voici celui de Louis de Lorraine, Cardinal de Guiſe, qui fut Evêque de Troye, puis d'Albi, fait depuis Archevêque de Sens, & enfin Evêque de Mets. Il mourut l'an 1558. il eſt tiré des portefeüilles de M. de Gaignieres. PL. XXXI.

---

picta ejus ævo facta deſumtam. Prioris ejus uxoris Eleonoris Roiæ ſchema non repetimus ; ſed ſecundæ tantum Franciſcæ Aurelianenſis, filiæ Franciſci Aurelianenſis Rothelinii Marchionis, ex qua Carolum Borbonium ſuſcepit. Ornatibus illa fulget, collare ejus complicatum grandiſſimum eſt.

Jacoba Longuia Barri ad Sequanam Comitiſſa, quæ in tabella ſequenti prima comparet, uxor erat Ludovici Borbonii II. nomine, Monpenſerii Ducis, cujus ſchema non ſuppetit. In ima tabulæ parte eſt Philippa Montiſpedonia uxor Caroli Borbonii Rupiſurionii Principis, qui ipſam duxit, poſtquam prior ipſius conjux Montejanus Mareſcallus obierat. Illa Principem antea inopem ingentibus opibus locupletavit.

Viſitur etiam illa in tabula ſequenti cum Carolo Principe Rupiſurionio, quales exhibentur in tumulo ſuo in Eccleſia Bellopratenſi. Ad dexteram Principis viſitur Henricus Borbonius filius ejus, Marchio Bellopratenſis, qui infelici caſu obiit, ut narravimus, cum eſſet annorum quatuordecim, vel quindecim. Joanna Borbonia filia ad ſiniſtram matris ſuæ repreſentatur : ſtaturam pene habet fratri Henrico æqualem, tamenque qui genealogias ſcribunt, mortuam dicunt cum novem tantum menſes attigiſſet. In monumentis certe ſæpe viſuntur infantes cum grandiore ſtatura ; ſed inferiore ævo id infrequentius obſervatur.

Franciſcus Lotharingus Dux Guiſiæ, inter clariſſimos ſui ævi pugnatores accenſendus, filius erat Claudii Lotharingi Guiſiæ Ducis & Antoniæ Borboniæ filiæ Franciſci Borbonii Comitis Vindocinenſis. Vita ejus ac geſta præcipua in hac hiſtoria recenſentur. A Joanne Poltroto in obſidione Aurelianenſi cæſus eſt. Eductus autem eſt ex tabula depicta quæ in Guiſianis ædibus, ubi olim habitavit Gagnerius, habebatur. Gagnerius in muſeo ſuo quamdam huic ſimilem Franciſci tabulam habuit, a Joanneto quodam depictam.

Schema Caroli Lotharingi Cardinalis & Archiepiſcopi Rhemenſis non comparet ; ſed Ludovici Lotharingi Guiſii Cardinalis effigiem proferimus, qui fuit Epiſcopus Trecenſis, deinde Albigenſis, poſtea Archiepiſcopus Senonenſis, demum Epiſcopus Metenſis. Obiit autem anno 1558. ex ſcriniis Gagnerii eductus eſt.

PL. XXXII. 1. 2. Leonor d'Orleans Duc de Longueville d'Eſtouteville, &c. eſt copié ſur l'original peint par Janet, du cabinet de [1] M. de Gaignieres. Il étoit fils de François d'Orleans, Marquis de Rothelin. Il ſe trouva à pluſieurs batailles, & mourut à Blois âgé de trente-trois ans. [2] Henri d'Angoulême, Grand Prieur de France, bâtard d'Henri II. & de la Demoiſelle de Leviſton Ecoſſoiſe, tué d'un coup d'épée par Altoviti, qui en tombant du coup, qu'il lui avoit donné, lui perça le ventre, & il en mourut peu après à Aix en Provence.

PL. XXXIII. Anne de Montmorenci, Connétable de France, dont les actions ſont décrites dans les Regnes de François I. Henri II. François II. & Charles IX. fut bleſſé à mort à la bataille de S. Denis, l'an 1567. Son portrait a été tiré d'un tableau original. J'aurois bien voulu mettre avec lui ſon neveu l'Amiral de Coligni, ſi fameux dans ces guerres, mais je n'en ai pû trouver de portrait bien ſûr.

PL. XXXIV. Le Chancelier de l'Hopital qui ſuit, eſt tiré d'un tableau fait de ſon tems. Il eſt repreſenté faiſant actuellement l'exercice de ſa Charge, & preſentant au Roi ou à la Reine Mere un memoire le bonnet à la main, revétu d'une robe de chambre fourrée. Il étoit fils de Jean de l'Hopital. Son hiſtoire ſe trouve en pluſieurs endroits. Brantome en fait un éloge magnifique.

PL. XXXV. Le Maréchal de Montluc qui nous a fourni des memoires ſurs pour l'Hiſtoire de ce Regne & des précedens, ne fut créé Maréchal de France que ſous le Regne d'Henri III. lorſque ſon âge & ſes bleſſures l'avoient mis hors d'état de ſervir. Son portrait eſt tiré d'un tableau original. On voit dans la même Planche Antoine de Gelas, Seigneur de Leberon, ſon neveu, qui ſe ſignala en bien des occaſions, tant par ſa valeur que par ſa conduite.

PL. XXXVI. La Planche ſuivante montre ſix Gentilshommes de la Cour du Roi Charles IX. tels qu'ils étoient vétus en 1572. L'habit n'eſt pas tout-à-fait uniforme. Les quatre premiers ont des culotes courtes & gonflées, qui ne deſcendent guere que juſqu'à mi-cuiſſe. Le cinquiéme a une culote juſte à la cuiſſe qui deſcend juſqu'au genou. Son pourpoint eſt rouge, ſa culote & ſes bas bleus. Le ſixiéme a une culote juſte à la cuiſſe de même.

Leonorius Aurelianenſis Dux Longavillæus, Eſtutavillæus, &c. ex tabula depicta a Joanneto quodam, quæ apud Gagnerium viſebatur, eductus eſt. Filius erat Franciſci Aurelianenſis Rothelinii Marchionis, in pluribus certaminibus claruit, Blœſiſque obiit, cum triginta trium annorum eſſet. Henricus Engoliſmenſis, Magnus Franciæ Prior, filius nothus Henrici II. & Leviſtoniæ Scotæ, gladio ab Altovito confoſſus periit, cum ipſe Altovitum lethali vulnere confodiſſet. Obiit autem Aquis Sextiis in Gallo-provincia.

Anna Monmorencius Conſtabularius Franciæ, cujus geſta in Regnis Franciſci I. Henrici II. Franciſci II. & Caroli IX. narrantur, in pugna Sandionyſiana confoſſus obiit anno 1567. ex tabula illius ævi eductus fuit. Cum illo Gaſparum Colinium ſororis ipſius filium proferre cupiebam; ſed effigiem ejus certam reperire non licuit.

Hoſpitalius Cancellarius ex tabula ſuo ævo depicta exhibetur, munere ſuo fungens, & Regi vel Reginæ libellum offerens, pileumque manu tenens. Filius erat Joannis Hoſpitalii. Ejus hiſtoria paſſim habetur. Brantomius magnificum viri elogium protulit.

Blaſius Monlucius qui multa nobis in Commentariis ſuis ad hiſtoriam ſuppeditavit, ſub Henrico III. Mareſcallus Franciæ creatus eſt, cum per ætatem & accepta vulnera non ultra bellum gerere poſſet: ejus ſchema ex tabula depicta eductum eſt. In eadem tabella viſitur Antonius Gelaſius Leberonis Toparcha, ſororis ejus filius, qui multis in locis fortitudinis & ſagacitatis ſpecimina dedit.

Tabula ſequens ſex nobiles viros aulicos exhibet, quales erant in aula Caroli IX. anno 1572. Veſtes non omnino ſimiles ſunt. Quatuor primi femoralia habent brevia, inflata, quæ ad medium femur deſcendunt. Quinti femoralia ſtricta ad genua uſque extenduntur. Thorax ruber eſt: femoralia & tibialia cærulea. Sextus femoralia ſimilia habet.

1

Ducheſſe de Montpenſier



2

Princeſſe de la Rochesurion



T. V. E. E.

PRINCE DE LA ROCHESVRION
sa femme et ses enfans



XXX. Pl. Tom. V. pag. 218.

FRANÇOIS DE LORRAINE
Duc de Guise



T. V. G G.

LOUIS DE LORRAINE
Cardinal de Guise.



2

Henri d'Angoulesme Grand Prieur de France fils Naturel d'Henri II.



1

Leonor d'Orleans Duc de Longueville



T. V. II.

XXXIII. Pl. Tom. V. pa. 218.

ANNE DE MONTMORENCI CONNÉTABLE.



LE CHANCELIER DE L'HOPITAL



T. V. L L.

XXXV. Pl. Tom. V. page 218.

1 le Marechal de Montluc.



2 Monsieur de Leberon son Neveu.



T. V. MM.

GENTILS HOMMES DE LA COUR DE CHARLES IX.


1


2


3


4


5


6

HENRI III. ROI DE FRANCE ET DE POLOGNE.

APRE'S la mort du Roi Charles, la Reine Mere dépêcha Chemeraut pour en porter la nouvelle à Henri ſon fils qui regnoit en Pologne, & prendre avec lui des meſures pour ſon retour en France. Il envoia d'abord à ſa Mere la confirmation de la Regence du Roiaume, & ſongea aux moiens de s'échapper : ce qui n'étoit pas aiſé ; car il étoit ſoigneuſement obſervé des Polonois, comme nous dirons plus bas. 1574.

La mort du Roi Charles rallentit beaucoup de Reformez qui ſe trouverent alors diviſez entr'eux. Les uns vouloient continuer la guerre, les autres étoient fort portez à la paix. La Reine Mere de ſon côté qui tenoit ſous ſure garde le Duc d'Alençon, le Roi de Navarre, & en priſon les Maréchaux de Montmorenci & de Coſſé, ſouhaitoit de faire la paix ou du moins une tréve. Elle envoia à la Rochelle l'Abbé de Gadagne pour traiter avec les Rochelois & La Noüe. Comme pluſieurs des Religionnaires étoient fort las de la guerre, on conclut une tréve pour la Rochelle, le payis d'Aunis, le Poitou, la Saintonge & l'Angoumois, dont les principaux articles étoient ; Qu'il y auroit une ceſſation d'armes pendant les mois de Juillet & d'Août ſuivans ; qu'au lieu des revenus Roiaux & Eccleſiaſtiques dont les Religionnaires s'étoient emparez dans les payis où ils étoient les maîtres, la Reine leur feroit compter ſoixante-dix mille livres. Le traité contenoit quelques autres articles, qui furent tous mal gardez tant d'un côté que de l'autre.

Treve avec les Rochellois.

Cependant la Reine Mere fit faire le procès au Comte de Montgommeri. Il fut mis à la queſtion, & ſoutint long-tems la torture, ſe plaignant toujours qu'on agiſſoit contre la bonne foi, & que ſa capitulation portoit qu'il auroit la vie ſauve. L'Ambaſſadeur d'Angleterre de la part de la Reine Eliſabeth & pluſieurs Seigneurs, s'intereſſerent pour lui ſauver la vie ; mais inutilement. Il fut condamné à avoir la tête tranchée, & fut executé publiquement à la grande joie des Pariſiens, & au grand regret des Religionnaires, qui le regardoient comme un de leurs meilleurs Capitaines. Il alla à la mort avec une grande

Montgommeri executé.

HENRICUS III. REX FRANCIÆ ET POLONIÆ.

La Popelinière. Thuanus.

POST Caroli mortem Regina parens Chemeraldum miſit, qui rem nunciaret Henrico filio in Polonia regnanti, & cum illo conſilia miſceret circa reditum ipſius in Franciam. Miſit ſtatim ille matri ſuæ reſcriptum, quo illam in Francia Regentem confirmabat : & de modo ex Polonia elabendi cogitare cœpit : neque enim facile aliò proficiſci poterat, Polonis illum ſedulo obſervantibus, ut infra dicetur.

Mors Caroli Regis Reformatorum ardorem remiſit, qui tunc in varias abiere ſententias. Alii bellum continuare geſtiebant, alii ad pacem faciendam inclinabant. Catharina vero quæ ſub tuta cuſtodia tenebat Alenconium Ducem, & Regem Navarræ, & in carcere Monmorencium & Coſſæum Mareſcallos, pacem aut ſaltem inducias admodum cupiebat. Vadagnium Abbatem Rupellam miſit, qui cum Rupellanis & cum Lanovio de pace ageret. Cum ex Hugonotis plurimi diuturni belli tædio affecti eſſent, induciæ pactæ fuerunt pro Rupella, Alnetenſi tractu, Pictonibus, Santonibus & Engoliſmenſibus, quarum præcipua capita hæc erant ; ut ab hoſtilibus ceſſaretur menſibus Julio & Auguſto ſequentibus ; ut pro Regiis & Eccleſiaſticis reditibus, quos Hugonoti in quibus locis dominabantur uſurpaverant, Regina ipſis 70. millia librarum numerari curaret. Aliæ quædam conditiones ferebantur, quæ male utrinque ſervatæ ſunt.

Inter hæc Catharina Mongommerium in cauſam & judicium vocari juſſerat. Tormentis applicatus ille, diu illa ſuſtinuit, ſemper queritans quod contra fidem & pactionem ſecum ageretur, ſecundum quam vita ipſi concedebatur. Orator Anglicanus Eliſabethæ Reginæ nomine & proceres plurimi intercedebant, ut illi vitam ſervarent ; ſed fruſtra, damnatus enim capite truncatus publice fuit, plaudentibus Pariſinis, ſed cum ſummo Proteſtantium dolore, qui ipſum inter fortiores ſagacioreſque duces ſuos numerabant. Mortem ille adiit cum conſtantia maxima, reſque ut

Les mêmes.

1574. conſtance. Le fait fut rapporté dans deux Ecrits imprimez l'un à Paris, l'autre à Lion, qui parurent vers le même tems.

Danville qui étoit en Languedoc, voiant le Maréchal ſon frere priſonnier, & ſon autre frere Thoré fugitif en Allemagne, & ſachant que la Reine Mere lui tendoit continuellement des embuches, hai auſſi du Parlement de Toulouſe qui venoit de donner un Arrêt contre lui, ſe rangea enfin du côté des Huguenots qui étoient puiſſans dans le Languedoc. Le traité d'aſſociation de ce Chef des Politiques, fut reçû & ratifié à Millaud en Rouergue, où ſe tint aux mois de Juillet & d'Août une grande aſſemblée de Religionnaires.

En ce même tems le Prince Dauphin de Montpenſier avec une petite armée, faiſoit la guerre aux Huguenots en Dauphiné. Montbrun homme hardi & entreprenant, commandoit les Reformez en cette Province. Il ſurprit l'avant-garde de l'armée du Prince, & tua près de quatre cens hommes. Enflé de ce ſuccès, il alla aſſieger Die, dont Glandage étoit Gouverneur. Celui-ci avoit un fils dans les troupes de Montbrun, qui donna avis à ſon pere de ſon deſſein. Glandage dreſſa une embuſcade à la troupe de Montbrun, qui perdit là beaucoup de ſes gens, & mit ſes troupes en garniſon dans Loriol & Livron près du Rhône. Le Dauphin prit quelques Places & aſſiegea Livron, petite Ville mal fortifiée. Mais les habitans Reformez ſe défendirent ſi bien, qu'il fut obligé de lever le ſiege.

L'Aſſemblée de Millaud déclare le Prince de Condé Commandant Géneral.

Dans le Vivarez les Reformez eurent quelqu'avantage ſur les Catholiques, & prirent pluſieurs petites Villes. L'Aſſemblée de Millaud élut vers ce tems pour ſon Chef & Commandant General le Prince de Condé, qui devoit entrer en France avec un corps de troupes Alemandes, à ces conditions qu'il travailleroit à rétablir la liberté de conſcience; à faire délivrer de priſon le Duc d'Alençon, le Roi de Navarre, & les Maréchaux de Montmorenci & de Coſſé; à faire donner la Regence du Royaume au Duc d'Alençon à qui elle appartenoit de droit, & à procurer une aſſemblée des Etats Generaux de France, pour appaiſer tous les differens, & rétablir le bon ordre.

Cependant la Reine Mere faiſoit ſon poſſible pour porter les Reformez à une paix generale. Les Rochelois & les Religionnaires de quelques Provinces voiſines y étoient aſſez portez; ils envoierent quelques-uns des leurs à Millaud

---

geſta fuit enarratur in libellis duobus eodem tempore ſcriptis, quorum alter Lutetiæ, alter Lugduni cuſus fuit.

Les mêmes. Damvilla qui in Septimania erat, Mareſcallum fratrem videns in carcere poſitum, alterumque fratrem Thoræum in Germania fugitivum; cum ſciret Catharinam ſibi quotidie inſidias parare, & ſibi infenſum Toloſanum Senatum, Scitum contra ſe nuper emiſiſſe, ad Hugonotorum tandem, qui in Septimania viribus valebant, partes ſeſe adjunxit. Societatis pactum cum hoc Politicorum duce Milialdi in Ruthenis ratum habitum fuit, ubi menſibus Julio & Auguſto magnus Reformatorum conventus habitus eſt.

Les mêmes. Hoc tempore Princeps Delphinus Monpenſerius cum exercitu modico bellum gerebat contra Hugonotos in Delphinatu. Monbrunius vir audax & ſtrenuus, dux ibi Reformatorum erat. Hic primam aciem Delphini ex improviſo aggreſſus, quadringentos ferme intercepit. Hoc proſpero exitu inflatus, Diam obſeſſurus movit, ubi Glandagius Præfectus erat. Hujus filius in Monbrunii exercitu erat, qui patri Monbrunii conſilium clam nunciavit. Glandagius inſidias Monbrunii copiis paravit, qui multos ſuorum iſtic amiſit: & ſuos ille poſtea Lorioli & Liberoni ad Rhodanum præſidiarios locavit. Delphinus aliquot oppida & caſtra cepit, & Liberonem oppidulum obſedit; ſed tam ſtrenue illum præſidiarii propulſarunt, ut obſidionem ſolvere coactus ſit.

Les mêmes. In Vivarienſi tractu Reformati rem proſpere geſſerunt contra Catholicos & aliquot oppida ceperunt. Hoc autem tempore Milialdenſis conventus ducem ſibi præcipuum & generalem elegit Principem Condæum, qui cum copiis Germanorum in Franciam intraturus erat, illis nimirum conditionibus, ut libertatem conſcientiæ concedi curaret, Ducem Alenconium, Regem Navarræ & Mareſcallos Monmorencium & Coſſæum ex captivitate erueret, Regni adminiſtrationem Duci Alenconio, ad quem pertinebat, conferri curaret, comitia Franciæ generalia, conventum ad diſſidia ſedanda, & bonum reſtituendum ordinem obtinere conaretur.

Les mêmes. Interhæc Catharina nihil non agebat, ut Reformatos ad pacem generalem faciendam induceret. Rupellani & vicinarum provinciarum Proteſtantes ad illam faciendam propenſi erant. Quoſdam vero ſuorum Mi-

pour perſuader à ceux qui compoſoient cette aſſemblée de l'accepter avec eux. 1574.
Mais ceux-ci plus fiers à cauſe de la jonction de Danville qui s'étoit mis dans leur parti, & du grand ſecours qu'ils attendoient d'Allemagne, & que leur devoit amener le Prince de Condé, firent une proteſtation contre cette paix, & propoſerent d'autres conditions qu'on ne leur auroit jamais accordées.

Le Roi Henri aiant appris la mort de ſon frere, vivement ſollicité par ſa mere, aſſembla ſecretement ſes plus affidez, pour ſavoir quel parti il avoit à prendre. Pluſieurs étoient d'avis qu'il ne convenoit point à la Majeſté Roiale de ſe dérober pour ainſi dire, & de s'enfuir ſans dire adieu à ceux qui lui avoient fait l'honneur de l'élire pour leur Roi. Mais qu'il devoit leur remontrer la neceſſité qu'il avoit de partir, pour aller prendre poſſeſſion d'un Roiaume hereditaire; & que comme un grand nombre de Seigneurs Polonois lui étoit fort attaché, il pouvoit par leur moien faire élire en ſa place le Duc d'Alençon, & ſe délivrer par ce moien d'un Prince qui troubloit le Roiaume de France. Au lieu que s'il prenoit la fuite comme bien des gens le lui perſuadoient, cette retraite ſeroit honteuſe, & ne ſeroit point exempte de péril. Le plus grand nombre diſoit qu'il falloit inceſſamment ſe mettre en chemin, que l'état où ſe trouvoit la France demandoit qu'il partît ſans retardement; & que ne le pouvant faire publiquement, il falloit chercher quelque moien de s'échapper. Le Roi Henri ſuivit ce conſeil, ſe ſauva la nuit, & prenant la route d'Allemagne, il paſſa dans l'Autriche, où l'Empereur Maximilien lui fit un accueil des plus magnifiques. De-là il ſe rendit dans l'Etat de Veniſe, où les Senateurs épuiſerent leur induſtrie en fêtes & en réjouiſſances. Ils le traiterent en bien des occaſions comme s'il eût été leur Souverain, & le firent accompagner par leur Cavalerie juſqu'aux Etats voiſins. Il fut très-bien reçû auſſi à Ferrare, à Mantouë, & par tout ailleurs. Henri III. s'échappe de la Pologne.

Il vint enfin en Piedmont, & fut accueilli de même à Turin par Philibert-Emanuel Duc de Savoie, & par la Ducheſſe Marguerite ſa tante. Le Duc voulut profiter de l'occaſion pour reconcilier avec le Roi Dnville ſon parent. Il le fit venir de Languedoc, le lui préſenta, & le lui recommanda. Bellegarde & Pibrac ſe joignirent au Duc & à la Ducheſſe pour remettre Danville en grace. Il ſembloit que le Roi tournoit aſſez de ce côté-là, &

Ilialdum miſerunt, ut conventum ad pacem amplectendam inducerent. Iſti vero audaciores facti, quod Damvillam ſibi ſocietate junctum haberent, & quod auxilium magnum ex Germania exſpectarent, a Condæo Principe ducendum; contra pacem illam propoſitam conteſtati ſunt, & alias conditiones obtulerunt, quæ nunquam admittendæ erant.

Les mêmes. Henricus Rex poſtquam Caroli fratris mortem edidicerat, urgente matre, ac fidiſſimis ſibi clam collectis, quid facto opus eſſet agitare cœpit. Quidam dicebant, præter decorum Majeſtatis Regiæ fore, ſi furtim nec Polonis valedicendo, qui ſe in Regem delegerant, clam ſe ſubduceret; ſed par eſſe ut illis repræſentaret neceſſarium prorſus eſſe, ut ipſe ad hæreditarium Regnum accipiendum proficiſceretur: & quia multi Proceres Poloni ſibi addictiſſimi erant, illorum ope poſſe Regem id obtinere ut frater ſuus Alenconius in ſui locum Rex Poloniæ deligeretur, ſicque ex finibus ſuis Principem amovere, qui in Regno Franciæ tumultuum & factionum auctor erat, cum contra ſi fugam faceret, ut multi ſuadebant, receptus ille turpis nec ſine periculo habendus eſſet. Alii majore numero dicebant, quamprimum eſſe proficiſcendum: Franciam quippe eo in ſtatu & conditione rerum eſſe, ut moras quaſvis rumpere oporteret; cumque id palam fieri non poſſet, clam evadendi modos excogitandos eſſe. Hoc conſilium Henricus amplexus eſt, & noctu dilapſus in Germaniam contendit, in Auſtriamque venit, ubi Maximilianus Imperator illum magnificentiſſime excepit, indeque in Venetorum ditionem ſe contulit, ubi Senatores induſtriam omnem ſuam adhibuere, ut illum conviviis, oblectamentis, aliaque omnis generis obſervantia cohoneſtarent, atque in multis cum ipſo quaſi cum ſupremo Domino ſuo egerunt, & equitatum ſuum emiſerunt, qui illum ad vicinorum uſque Principum terras comitaretur. Magnifice quoque exceptus fuit Ferrariæ, Mantuæ, & ubique locorum.

Tandem in Pedemontium venit, parique ſumtu *Les mêmes.* Taurini exceptus fuit a Philiberto Emanuele Sabaudiæ Duce & a Margarita amita ſua. Dux occaſione illa uſus eſt ut Damvillam cognatum ſuum cum Rege reconciliaret, ex Septimania evocavit illum & ad Regem adduxit. Bellogardius & Pibracus unà cum Duce & Margarita ejus uxore Regem placare & Damvillam in gratiam reducere conati ſunt. Videbatur

1574. que la reconciliation alloit ſe faire. Mais Huraut de Chiverni que la Reine Mere lui envoia, le changea tellement, qu'il ne voioit Danville qu'avec une froideur extrême, il l'évitoit & le fuioit, il ne ſouffroit qu'avec beaucoup de peine qu'on lui parlât en ſa faveur, & ne donnoit plus à ſon ſujet que des réponſes ambiguës. De ſorte que Danville deſeſperant d'obtenir ſa grace, s'en retourna en poſte en Languedoc, & confirma le traité qu'il avoit fait avec les Huguenots de l'aſſemblée de Millaud.

Bien des gens blâmerent le Roi Henri d'avoir manqué cette occaſion de remettre en ſa bonne grace un Seigneur qui ſe tenant dans le parti contraire, pouvoit faire tourner preſque toute cette grande Province de Languedoc contre lui; mais il fit un mal irréparable, quand par une generoſité mal entenduë, il promit & engagea ſa foi au Duc de Savoie, qui l'en prioit inſtamment, de lui rendre Pignerol, Savillan, & la vallée de Perouſe: il pouvoit ſi facilement éluder les inſtances du Duc, en lui diſant qu'il ne pouvoit faire & terminer une affaire de cette importance que par l'avis de ſon Conſeil, & en lui donnant de belles paroles. Mauvais préſage pour la ſuite. Ce ne fut pas le moindre de ſes défauts que de prendre des engagemens mal à propos. Le Duc de Nevers alors Gouverneur de ce Payis, fit ſon poſſible pour l'obliger à dégager ſa parole ſi legerement donnée; mais il n'y put rien gagner.

Henri III. cede mal-à-propos. Pignerol, &c. au Duc de Savoie.

Le Roi partit de Turin, & paſſa les Monts. Il trouva à S. Jean de Morienne un Envoié de Frederic III. Electeur Palatin, qui à la ſollicitation du Prince de Condé le portoit à faire la paix. Au pont de Beauvoiſin le Duc d'Alençon & le Roi de Navarre envoiez par la Reine Mere, vinrent le ſaluer, il les reçût avec de grands témoignages d'affection, & trouva ſa Mere près de là. Il crea Maréchal de France Bellegarde, ci-devant ſon favori, malgré Catherine qui l'en diſſuadoit: il commençoit lui-même à ſe dégouter du perſonnage; mais il le lui avoit promis, & il vouloit tenir ſa parole. Bellegarde fut bien-tôt après diſgracié. A Lion & dans le reſte de ſa route on commença à beaucoup rabbatre de la grande opinion qu'on avoit conçû de lui, lorſque n'étant que Duc d'Anjou il s'étoit ſignalé à la tête des armées par de grandes victoires. Toujours inveſti d'une troupe de favoris, jeunes gens ſans mérite, il paſſoit avec eux la meilleure partie de ſon tems, donnant de fort courtes audiences

---

initio Rex acquieſcere, & reconciliatio mox futura putabatur; ſed Huraldus Cevernius a Catharina Regis parente miſſus, ipſius animum ita mutavit, ut mox Damvillam vultu alienatum animum præ ſe ferente reſpicere cœperit. Illum deinceps vitabat, & ea quæ in ejus gratiam dicebantur non libenter audiebat, ac reſponſa ſemper ambigua dabat. Itaque Damvilla ſe gratiam impetrare poſſe deſperans, veredis uſus in Septimaniam rediit, & pacta quæ Milialdi cum Hugonotis inierat confirmavit.

Les mêmes. Brantôme.

Multi Henrici geſtum improbavêre, quod nempe hanc occaſionem prætermiſerit in gratiam ſuam recipiendi viri, qui in contrariam factionem reductus, fere totam illam magnam Provinciam Septimaniam contra Regios vertere poterat; ſed malum ille irreparabile admiſit, cum fide data Sabaudo pollicitus eſt, ſe Pinarolium, Savillianum & Peruſiam vallem reſtiturum ipſi eſſe. Poterat quippe ille inſtantes Sabaudi preces eludere dicendo, ſe nonniſi coacto prius Conſilio Regio, rem tantam terminare poſſe, atque ita illi verba dare. Hæc certe mali ominis erant ad futuram Regni adminiſtrationem; hoc enim ille vitio laborabat, quod inconſulto ſæpe fidem daret. Dux Nivernenſis in iſta regione tunc Præfectus, nihil non egit ut Regi promiſſum temere datum, retractare ſuaderet; ſed fruſtra ceſſit conatus.

Rex Taurino profectus, montes ſuperavit. Ad Sanctum Joannem in Morienna Legatum invenit Friderici III. Palatini Electoris, qui inſtigante Principe Condæo, Regem ad pacem faciendam hortabatur. In ponte Bellivicini Alenconium fratrem & Navarræum invenit, qui a Catharina miſſi ſalutatum ipſum venerant. Perhumaniter ipſos excepit, non procul Reginam parentem offendit. Bellogardium antehac gratioſum ſibi, Mareſcallum Franciæ creavit, reluctante Catharina matre, jamque Rex illum faſtidire incipiebat; ſed cum ille id pollicitus eſſet, negare noluit. Bellogardus autem non diu poſtea a gratia ejus prorſus excidit. Lugduni & dum in via pergeret, ab opinione de virtute ejus concepta multi deflectere cœperunt: dum certe Andinus Dux eſſet, exercitibus imperans victoriis clarus evaſerat. Tunc autem gratioſorum agmine ſemper ſtipatus, qui nullis meritis, nullis animi dotibus ornati erant. Cum illis maximam temporis partem tranſigebat; cum iis vero qui de negotiis maximis agebant breviſſima miſce-

Thuanus.

pour les affaires les plus importantes, & laiſſant à part les Seigneurs & les gens de la premiere diſtinction, qui ſe dégouterent bien-tôt de ſes manieres, & pluſieurs d'entre eux quitterent la Cour pour n'y plus revenir. 1574.

Il y avoit deux puiſſans partis dans le Roiaume, les Guiſes & les Montmorencis : les premiers vouloient à toute force la guerre contre les Huguenots, & les Montmorencis ſouhaitoient qu'on fit la paix. Ils étoient alors tous diſgraciez; un en priſon, un autre ligué avec les Huguenots, & deux hors du Roiaume. Dans le Conſeil du Roi, Paul de Foix étoit pour la paix. Pluſieurs du Parlement la ſouhaitoient auſſi, comme Chriſtophe de Thou Premier Preſident, Chriſtophe de Harlai Preſident, Du Menil & Pibrac Avocats. Morvilliers qui étoit homme de probité, & porté à la douceur, ſuivoit pourtant toujours le parti qui étoit le plus au gré de la Cour. Ceux qui étoient pour la guerre étoient incomparablement plus puiſſans & plus nombreux. La Reine Mere qui vouloit faire la paix auparavant, vouloit alors la guerre : le Cardinal de Lorraine, tous les Guiſes, le Duc de Nemours, le bâtard d'Angoulême, le Maréchal de Rets, & un grand nombre d'autres Officiers, la deſiroient auſſi.

On tint un conſeil ſecret à Lion pour déliberer ſur ce qu'on avoit à répondre aux Députez des Huguenots, qui devoient venir dans peu de jours pour demander la paix. Paul de Foix parla le premier, & fit un long diſcours, où il prouva qu'en leur faiſant la guerre, on ne viendroit jamais à bout de les réduire : il étala les grands malheurs que cette guerre cauſeroit, & conclut en diſant que le meilleur parti à prendre pour appaiſer ces troubles, étoit une bonne & ſolide paix. Villequier apoſté par la Reine Mere parla à ſon tour, refuta ce que de Foix avoit dit, tâcha de prouver qu'on ne pouvoit réduire les Huguenots qu'en les exterminant, & finit en diſant qu'il falloit leur faire la guerre.

La reſolution fut priſe qu'on écouteroit les Députez des Huguenots s'ils ſe preſentoient, & que cependant on leur feroit la guerre par tout ſans intermiſſion. Le Roi écrivit au Duc de Montpenſier qu'il continuât d'agir avec vigueur contre les Huguenots, comme n'y ayant plus d'eſperance de paix. Il donna au Maréchal de Bellegarde le Commandement des troupes de Dauphiné, non par eſperance d'un bon ſuccès, mais parce qu'il lui étoit ſuſpect, & qu'il vouloit l'éloigner de la Cour. Mais craignant qu'il ne ſe liât avec Danville, il

---

bat colloquia. Primores autem & meritis fulgentes vix audiebat. Hinc illorum plurimi hæc non ferentes, ab aula regia dilapſi ſunt, nunquam reverſuri.

Le même. Duæ tunc potentiſſimæ factiones in Regno erant, Guiſiorum nempe & Monmorenciorum. Guiſii bellum contra Hugonotos ſuſcipi omnino volebant. Monmorencii vero pacem fieri & confirmari cupiebant: hi vero omnes aulæ regiæ gratiam amiſerant. Unus in carcere erat, alter cum Hugonotis ſocietate junctus, duo alii extra Regnum degebant. In Conſilio Regio non deerant qui pacem optarent; ut Paulus Foxius. Plurimi quoque in Curia Senatus pro pace ſtabant, ut Chriſtophorus Thuanus Primus Præſes, Chriſtophorus Harlæus Præſes, Menilius & Pibracus Advocati. Morvillerius vero, qui tamen vir probus erat & mitis, quæ aulæ regiæ magis placebant ſemper ſectabatur. Qui bellum cupiebant longe potentiores numeroſioreſque erant. Regina parens, quæ tantopere nuper pacem optaverat, jam bellum volebat, Guiſii omnes, Nemoroſius Dux, Nothus Engoliſmenſis, Radeſianus Mareſcallus, multique alii Tribuni pro bello ſtabant.

Conſilium Lugduni ſecreto habitum fuit, ut deliberaretur de reſponſo Hugonotis reddendo, qui paucis poſtea diebus pacem petitum venturi erant. Paulus Foxius prior longam orationem habuit, in qua probavit, bello nunquam Hugonotos in ordinem reducendos fore : quantas calamitates bellum iſtud inducturum eſſet demonſtravit, concluſitque dicendo ad tumultus ſedandos ſolidam pacem unicum eſſe remedium. Villoclarus a Catharina emiſſus; ſub hæc loquutus, omnia quæ Foxius dixerat confutavit, & probare conatus eſt, non alio modo Hugonotos reduci poſſe, quam exterminando illos, clauſitque dicendo bellum ipſis inferendum eſſe. *Le même.*

Decretum autem fuit, ut Hugonotorum Deputati, ſi accederent, audirentur, interimque ipſis ſine intermiſſione bellum inferretur. Rex Montpenſerio Duci ſcripſit, ut pergeret Hugonotis bellum fortiter inferre, cum nulla pacis ſpes ſupereſſet. Bellogardium copiarum quæ in Delphinatu erant, ducem ſtatuit; non quod proſperum ſperaret exitum; ſed quia ſuſpectus ipſi erat, ipſumque ab aula regia amandare cupiebat; verum timens ne ille cum Damvilla ſocie- *Le même.*

1574. resolut de se rendre lui-même à Avignon. Montluc vint voir le Roi à Lion, & fut fait Maréchal de France en recompense de ses services passez. Sa Majesté voulut lui donner la conduite de la guerre en Guienne; mais il s'excusa à cause de sa vieillesse & de ses infirmitez. Il marque dans ses Commentaires que cette guerre fut entreprise fort mal à propos; quoiqu'il fût ennemi irreconciliable des Huguenots. Diane sœur naturelle du Roi, vint en habit de deüil lui demander la délivrance du Maréchal de Montmorenci son mari qui étoit en prison. Le Cardinal de Lorraine & quantité d'autres se joignirent à elle. Le Roi lui répondit fort gracieusement, & lui promit de faire le plûtôt qu'il pourroit examiner son affaire.

Un Envoié du Duc de Nevers lui apporta un Ecrit de la part de son Maître, où il lui representoit en des termes fort vifs le grand tort qu'il faisoit & à sa Personne Roiale, & à son Roiaume, en cedant ainsi au Duc de Savoie, & à sa premiere requête, Pignerol & Savillan, les terribles conséquences qui pourroient s'ensuivre d'une pareille restitution, & demanda d'être déchargé du Gouvernement de delà les Monts pour n'être pas obligé d'y souscrire. Le Roi quoique piqué interieurement de cette remontrance, le loüa publiquement de son zele, le déchargea de son Gouvernement, & à sa requête donna un acte public signé de la Reine Mere, des Princes & des Seigneurs presens, où il déclaroit qu'on ne pourroit jamais en rien imputer au Duc de Nevers. Marguerite Ducheſſe de Savoie, & tante du Roi, étant venuë à mourir, le Duc Philibert-Emanuël qui avoit suivi la Cour de France jusqu'alors, s'en retourna chez lui, & peu de tems après le bâtard d'Angoulême fut envoié pour lui remettre Pignerol & Savillan. Le Duc loin d'en être reconnoissant, ne cessa depuis de cabaler contre le Roi & le Roiaume de France.

Henri mal conseillé, fit dés le commencement de son regne bien des changemens dans les finances & dans les Officiers qui les gouvenoient: prodigue de son naturel, il épuisa par des dons immoderez tout le Tresor Roial. Il falloit le marier. La Reine Mere souhaitoit qu'il prît quelque Princesse étrangere, esperant qu'elle pourroit ainsi continuer à gouverner le Roiaume; ce qu'elle n'osoit se promettre d'une Princesse du voisinage & de même langue. Elle lui proposa Elisabeth sœur du Roi de Suede, Princesse fort belle, dont elle lui fit

---

tate jungeretur, ipse Avenionem se conferre decrevit. Monlucius Regem adhuc Lugduni versantem adiit, & Mareſcallus Franciæ creatus est in gratiam militarium gestorum. Rex illi Aquitanici belli ductum conferre voluit: verum ille ob senectutem & infirmitates apud Regem sese excusavit. In Commentariis ille suis notat bellum istud abs re susceptum fuisse, etiamsi ille Hugonotorum acerrimus hostis esset. Diana, soror Regis notha, pullata veste venit Regem rogatum, ut Monmorencium Mareſcallum conjugem suum in carcere clausum libertate donaret. Cardinalis Lotharingus, multique idipsum cum illa petebant. Rex gratiose respondit, dixitque brevi se causam ipsius examinari curaturum.

Le même. Quidam a Duce Nivernensi missus rescriptum ipsi attulit, quo repræsentabat Dux quantum damni sibi & Regno suo Rex inferret, cum ad oblatam primam petitionem Duci Sabaudiæ Pinarolium & Savilianum concedebat, & quam terribilia inde consequi possent; petebatque ut Præfecturam quam ultra montes habebat, sibi deponere liceret; ut ne tali restitutioni subscribere cogeretur. Rex, tametsi ita libera oratione intus mordebatur, Nivernensem tamen de suo erga Regem & Regnum studio laudavit, & a Præfectura, ut petierat, exoneravit; illoque postulante, actum publicum edidit, cui subscripsere Regina parens, Principes & Primores qui tum præsentes erant, quo declarabatur nunquam posse talem restitutionem Nivernensi Duci imputari. Margarita Ducis Sabaudiæ uxor hoc tempore mortua est, quo factum ut Philibertus Emanuel, qui aulam Regiam Francicam hactenus sequutus fuerat, domum reverteretur; & paulo postea nothus Engolismensis missus est, qui Pinarolium & Savilianum ipsi restitueret. Sabaudus vero nedum grati animi signa daret, nunquam postea cessavit contra Regem Regnumque Francorum quædam moliri.

Henricus initio regni sui prava sequutus consilia, in re æraria, atque in ejus Administratoribus quædam mutavit. Natura prodigus, donis immodicis gazam regiam exhausit. Quærenda ipsi uxor erat. Catharina vero id machinabatur, ut Principem feminam, lingua, moribus extraneam duceret, sub qua ipsa rerum potiri posset, quod sub vicina Principe linguam Francicam callente sibi obventurum non ita sperabat. Henrico autem proposuit Elisabetham Regis Sueciæ sororem, egregiæ formæ, cujus effi- *Le même.*

prélenter

preſenter un tableau fait par un excellent Peintre. On en parla quelque tems à la Cour. 1574.

Quoiqu'on eût déterminé dans le Conſeil du Roi de faire la guerre, on ne laiſſa pas de tenter les Rochelois & de les ſolliciter à faire un accommodement; mais on ne put convenir en rien; on tâcha auſſi de gagner le Prince de Condé qui étoit en Allemagne, & on n'y réuſſit pas mieux.

Henri III. ſe rend à Avignon.

Le Roi ſe rendit à Avignon comme il l'avoit projetté, & envoia Belloi au Maréchal d'Anville pour tâcher de le gagner & de le détacher des Huguenots. Les Courtiſans qui voioient que d'Anville, déja fortifié du parti des Huguenots, alloit devenir formidable par la jonction des ſecours que devoient lui amener ſes freres, faiſoient leur poſſible pour le gagner, & lui envoioient de frequens meſſages. Il eut peur qu'ils ne le rendiſſent ſuſpect aux Huguenots par la quantité de négociateurs qui venoient tous les jours, & peut être auſſi étoit-ce leur intention. Pour y obvier & ôter tout ſoupçon à ſes alliez, un jour que Belloi étoit venu; il le mena devant l'aſſemblée, lui fit propoſer tout ce qu'il avoit à lui dire, & lui fit publiquement la réponſe qu'il devoit apporter au Roi qui étoit à Avignon. Montbrun Chef des Reformez faiſoit des courſes dans le Dauphiné, & de l'autre côté du Rhône d'Anville vint aſſieger S. Gilles, & dreſſa ſes batteries, enſorte qu'on entendoit cette artillerie à Avignon même: & tout cela ſe fit en telle diligence, qu'on n'eut pas le tems d'y envoier du ſecours. Le Maréchal de Bellegarde aſſiegeoit dans le même tems Livron, méchante place du Dauphiné, qui ſe défendit vaillamment, & ſoutint pluſieurs aſſauts.

Mort de Charles Cardinal de Lorraine.

Au même tems que cela ſe paſſoit en Dauphiné & en Languedoc, le Roi en devotion à Avignon, aſſiſtoit aux Ceremonies & Proceſſions des Flagellans & des Penitens blancs, bleus & noirs: c'étoit quelques jours avant la Fête de Noël, & Charles Cardinal de Lorraine qui ſe trouva à ces exercices dans une ſaiſon ſi froide, y gagna une maladie. Une groſſe fiévre qui le prit accompagnée d'un grand mal de tête, le mit au tombeau. Quelques-uns diſoient qu'il avoit été empoiſonné.

Le Roi en paſſant par la Lorraine lorſqu'il alloit en Pologne, avoit vû la Princeſſe Louiſe, fille du Comte de Vaudemont; il avoit été frappé de ſa

---

giem a peritiſſimo Pictore concinnatam ipſi offerri curavit. Ea de re aliquamdiu in aula regia rumor fuit.

Etſi in Conſilio Regio decretum fuerat bellum Hugonotis eſſe inferendum, Rupellanis tamen propoſitæ quædam conditiones fuere; ſed in re nulla inter ambas partes conveniri potuit. Ad Condæum etiam Legati ea de re miſſi ſunt; ſed non meliore exitu.

Le même. Rex Avenionem, ut jam ſibi propoſuerat, ſe contulit, Belloiumque miſit ad Damvillam, ut illum ſibi devinciret, atque ab Hugonotorum ſocietate averteret. Aulici qui Damvillam videbant ex pacta cum Reformatis ſocietate jam viribus pollentem, moxque formidabilem futurum, cum fratres ſui Germanorum copias adducerent, crebris nunciis apud illum, ut ſeſe Regiis adjungeret inſtabant. Damvilla vero metuens ne tam frequentes illi caduceatores Hugonotis tandem ſuſpecti forent, idque fortaſſis iis qui mittebant in optatis erat; ut ille a ſociis omnem amoveret ſuſpicionem, quadam die cum Belloius veniſſet, ipſum ad conventum publicum Reformatorum duxit, juſſitque eum omnia quæ ſibi propoſiturus erat palam dicere, ac reſponſum Regi afferendum coram omnibus protulit. Monbrunius dux Hugonotorum in Delphinatu incurſionibus omnia circum devaſtabat. Ex altera vero Rhodani parte Damvilla Fanum Ægidii obſedit, & tormentis adhibitis oppidum verberavit, ita ut fragor Avenione in aula regia audiretur. Eodemque tempore Bellogardius Liberonem oppidulum in Delphinatu non ita probe munitum obſedit: verum præſidiarii fortiter pugnavêre, & Regiorum oppugnationes propulſavêre.

Le même. Dum hæc in Delphinatu & in Septimania gererentur, Rex Henricus Avenione religionibus plurimum intentus, cærimoniis & *proceſſionibus* aderat Flagellantium & Pœnitentium alborum, cæruleorum & nigrorum. Aliquot vero diebus ante Natalem Domini Carolus Cardinalis Lotharingus, qui in tam frigida tempeſtate exercitiis iſtis aderat, in morbum incidit. Ingens febris cum dolore capitis ipſum invaſit, & paucis poſtea diebus fato functus eſt; rumor erat ipſum veneno ſublatum fuiſſe.

Le même. Rex cum Poloniam petens, Lotharingiam trajiceret, Ludovicam Lotharingam viderat, Valdemontii Comitis filiam, præſtanti forma virginem, ejuſ-

1574. grande beauté, & penſoit à l'épouſer : mais pendant la vie du Cardinal de Lorraine il n'avoit pas voulu découvrir ſa paſſion à ſa Mere, qui ſe ſouvenant que durant le regne de François II. ce Cardinal oncle de la Reine avoit ſaiſi toute l'autorité, auroit craint que la nouvelle Reine ne procurât à ſon oncle la même puiſſance qu'il avoit alors ; ce qu'elle craignoit infiniment. Mais après la mort du Cardinal, il découvrit ſa paſſion à ſa mere, & ils convinrent enſemble qu'on rappelleroit de la Suede l'Ambaſſadeur envoié pour demander la Princeſſe Eliſabeth, & que le mariage avec Louiſe de Lorraine ſe feroit au plûtôt.

Cependant le Duc de Montpenſier avec ſon armée faiſoit des progrès dans le Poitou. Il aſſiegea Fontenai, la garniſon ſe défendit fort bien, fit quelques furieuſes ſorties, & rendit enfin la place par compoſition. Le Duc fit pendre du Moulin Miniſtre, pour vanger la mort de Babelot Cordelier, qu'il menoit avec lui, pour exhorter les Huguenots, qu'il faiſoit pendre en grande quantité, à ſe convertir avant que d'être executez, & qui ayant été pris, avoit été pendu par les Reformez.

1575. Après la priſe de Fontenai, il aſſiegea Luſignan, ce Château ſi fameux par les fables de Meluſine. Les aſſiegez ſe défendirent long-tems, firent des ſorties violentes où ils tuerent bien des gens. La faim les obligea enfin de capituler ſur la fin de Janvier de l'an 1575. Les conditions furent qu'ils ſe retireroient à la Rochelle avec leurs chevaux & leurs armes ; mais les mêches éteintes & les enſeignes ployées. Avec la permiſſion du Roi le Duc de Montpenſier fit raſer le Château & la tour même de Meluſine : ce qui déplût à bien des gens.

Tandis que le Roi étoit à Avignon, d'Anville ſurprit Aiguemortes & quelques petites Places des environs : il ſembloit qu'Henri ne fut venu là que pour être ſpectateur des progrès des Huguenots : ce qui fit qu'il jugea à propos de ſe retirer. Il ſe rendit à ſon armée qui aſſiegeoit Livron, commandée par le Maréchal de Bellegarde. Les Huguenots aſſiegez qui ſurent ſon arrivée, lui chanterent mille injures, lui reprocherent la Saint Barthelemi, ſes mignons, ſes favoris, ſa molleſſe, & d'autres choſes plus piquantes. On dit qu'il en fut ſenſiblement touché ; & comme le ſiege avançoit fort peu, il fit retirer ſon

---

que amore captus, ipſam ducere cogitabat, ſed dum Cardinalis Lotharingus viveret, matri deſiderium ſuum aperire auſus non fuerat : quæ non immemor regni Franciſci II. ſub quo Cardinalis ille, Reginæ avunculus, totam auctoritatem uſurpaverat, timuiſſet ne nova Regina eamdem potentiam avunculo ſuo conciliaret, id quod illa ſupra modum metuebat ; ſed defuncto Cardinale, amorem ſuum parenti aperuit, conjunctiſque animis, ambo convenere, ut Orator in Sueciam miſſus ad Eliſabetham expetendam, revocaretur, utque connubium cum Ludovica Lotharinga brevi conficeretur.

Le même. Interea Monpenſerius Dux cum exercitu ſuo apud Pictonas bene rem gerebat. Fontenæum obſedit ; præſidiarii ſtrenue pugnavêre, & in Regios aliquoties eruperunt, tandemque ad deditionem venire compulſi ſunt. Monpenſerius autem Molinium Miniſtrum ſuſpendio vitam finire juſſit, ut Babeloti Franciſcani necem ulciſceretur. Hic Babelotus, quem Monpenſerius ſecum ducebat, ut Hugonotos captos, quos frequenter Dux ad ſupplicium mittebat, ante mortem ad converſionem & peccatorum confeſſionem hortaretur, ab Hugonotis captus ipſe ſtrangulatus fuerat.

Poſt captum Fontenæum Monpenſerius Luſinianum obſedit, ubi caſtellum illud erat Meluſinæ fabulis notiſſimum. Præſidiarii diu fortiſſime pugnavêre, & frequenter in hoſtem eruperunt, Regioſque multos interfecerunt ; ſed fame tandem cogente, deditionem fecere in fine Januarii anni 1575. Conditiones fuere, ut præſidiarii Rupellam ſe reciperent cum equis & armis ; ſed funibus exſtinctis, & vexillis complicatis. Cum Regis licentia Monpenſerius Luſinianum caſtellum & turrim etiam Meluſinæ ſolo æquavit, id quod multis diſplicuit.

Dum Rex Avenione eſſet, Damvilla Aquas-mortuas ex improviſo cepit, & aliquot circum caſtra & oppida occupavit. Videbatur Henricus Rex Avenionem veniſſe, ut Hugonotorum progreſſuum ſpectator eſſet, ideoque ille receptum habuit ; primo in exercitum ſuum venit, qui duce Bellogardio Liberonem obſidebat. Liberonis vero præſidiarii, cum Regem Henricum adveniſſe compertum haberent, clamoribus & maledictis illum impetierunt, Sanbartholomæanam cædem exprobrantes, gratioſos, mollitiem, aliaque pejora proferentes ; quæ, ut narrabatur, Regem graviter offenderunt ; cumque obſidio diutur- *Le même.*

armée, & continua ſa route pour aller ſe faire ſacrer à Rheims. Il paſſa par Mâcon, traverſa la Bourgogne & la Champagne, & ſe rendit à Rheims, où il fut ſacré à la maniere ordinaire. M. de Thou qui aſſiſta à ce Sacre, dit qu'on oublia d'y chanter le *Te Deum laudamus :* pluſieurs des aſſiſtans le remarquerent & augurerent de là que ce regne ne ſeroit pas heureux. 1575. Sacre du Roi.

Le lendemain le Roi épouſa la Princeſſe Louiſe de Lorraine. La Meſſe où ſe fit la celebration des nôces, ne finit que ſur le ſoir. La cauſe du retardement fut que le Roi emploia un fort long-tems à arranger les pierreries dont ſon habit étoit couvert, & s'amuſa encore plus à ajuſter celles de ſon épouſe : ce qui fut regardé comme fort indigne de la Majeſté Roiale. Il épouſe Louiſe de Vaudemont.

Le Roi & la Reine firent leur entrée à Paris : & peu de jours après arriverent les Députez du Prince de Condé qui étoit alors à Baſle, de Danville, de la Guienne, & de la Rochelle. Le Roi leur donna Audience où aſſiſterent la Reine Mere, le Duc d'Alençon, le Roi de Navarre, le Duc de Montpenſier, & quelques autres. Les conditions de paix qu'ils propoſoient en 90 articles, étoient telles, qu'on voioit bien que ceux qui les avoient fabriquées, ou ne ſouhaitoient point veritablement la paix, ou croioient que la terreur de leurs armes obligeroit le Roi à admettre un traité auſſi honteux que deſavantageux. Quoiqu'il fût bien éloigné de traiter à ces conditions, par le conſeil de la Reine il amuſa long-tems ces Députez, en leur accordant tantôt une choſe, tantôt une autre.

Diverſæ factiones, quæ tunc in regno invaleſcebant, Henrico in animum induxere, ut novum Ordinem militarem crearet, quo plurimos procerum & nobilium ſibi devinciret. Ordo quippe Sancti Michaelis ita dejectus erat, quod plurimis etiam infimi gradûs collatus fuiſſet, ut Nobiles non ultra illius

Le

Premiere Ceremonie de l'Ordre du St. Esprit en 1579.



Le Roi Henri créa ſon nouvel Ordre du S. Eſprit ſur le plan de celui qui avoit été inſtitué par Louis d'Anjou, Roi de Naples & de Sicile, comme nous avons dit après le Laboureur à la fin du ſecond tome de cet Ouvrage. La premiere ſolemnité ſe fit un Jeudi premier jour de Janvier, aux Auguſtins de Paris. 1578.

» Les Chevaliers, dit l'Auteur du Journal d'Henri III. étoient vétus d'une » barette de velours noir, chauſſes & pourpoint de toile d'argent, ſouliers & » fourreau d'épée de velours blanc, le grand manteau de velours noir bordé » à l'entour de fleurs de lys d'or & langues de feu entremêlées de même brode- » rie, & des chiffres du Roi de fil d'argent tout doublé de ſatin orengé; & » un mantelet de drap d'or en lieu de chaperon par deſſus ledit grand man- » teau, lequel mantelet étoit pareillement enrichi de fleurs de lis, langues de » feu & chiffres comme le grand manteau; leur grand collier façonné d'un » entrelas de chiffres du Roi, fleurs de lis & langues de feu, auquel pendoit » une grande colombe dénotant le S. Eſprit. Ils s'appellent Chevaliers Com- » mandeurs du S. Eſprit, & journellement ſur leurs cappes & manteaux ils » portent une grande croix de velours orengé bordée d'un paſſement d'argent, » aiant quatre fleurs de lis d'argent aux quatre coins du croiſon, & le petit » Ordre pendu à leur col avec un ruban bleu.

Nous avons un tableau de la premiere création des Chevaliers de l'Ordre du S. Eſprit, tiré des porte-feüilles de M. de Gaignieres. Au bas du tableau on lit cette note du même : *Premiere ceremonie de l'Ordre du S. Eſprit, inſtituée & faite par Henri III. Roi de France & de Pologne, aux Auguſtins de Paris* 1579. *Le Chevalier qui jure ſur les Evangiles eſt Louis de Gonzague, Prince de Mantoüe, Duc de Nevers. Le Chancelier de Chiverni tient le Livre comme Chevalier de l'Ordre.* Le Duc de Nevers y eſt repreſenté à genoux allant recevoir le Collier de l'Ordre, parce qu'il fut le premier des Princes & Seigneurs Séculiers qui le reçut, comme on peut voir dans le Livre des Statuts & Ordonnances de l'Ordre du S. Eſprit. PL. XXXVII.

La Reine Mere qui s'étoit renduë à Nerac pour conferer avec le Roi de Navarre, établir une bonne paix dans la Guienne, & adoucir quelques articles du dernier Edit; convint enfin avec lui en preſence des Députez. On donna en 27 articles des explications qui furent après cela ratifiées. Catherine 1579. Voiage de la Reine Mere.

Ordinis torquem expeterent. Henricus Ordinem Sancti Spiritus creavit, ad normam illius, quem Ludovicus Andinus Rex Neapolis & Siciliæ inſtituerat, ut poſt *Laboratorem* narravimus ad calcem ſecundi tomi hujuſce operis. Prima ejus ſolennitas celebrata fuit, Jovis die Januarii primo in Conventu Auguſtinianorum Pariſinorum.

» Equites, inquit Auctor Diarii Henrici III. tecti » erant pileo ſericeo villoſo nigro: femoralia & tho- » rax ex tela argentea. Calcei & gladii vagina ex ſerico » albo villoſo. Pallium majus ex ſerico villoſo nigro, » in cujus limbo circum flores, lilii aurei erant, & in- » termixtæ his linguæ igneæ, & notæ Henrici Regis » ex filo argenteo, cui affutus erat pannus ſericeus » denſior flavi coloris: palliolumque ex aureo panno, » quod ſupra pallium majus calanticæ loco erat, » quod palliolum etiam ornatum erat floribus lilii, » igneis linguis, notis Henrici Regis, perinde atque » majus pallium. Torques magnus intertextus erat » notis regiis, floribus lilii & igneis linguis, ex quo » pendebat Columba magna, quæ Spiritum Sanctum » ſignificabat. Vocantur autem illi Equites, *Commen-* » *datores* Sancti Spiritus, & quotidie in palliis geſ- » tant magnam crucem ex ſerico villoſo panno flavi » coloris, cujus limbus argenteus, quæ in quatuor « extremis terminis ſingulis flore lilii, argenteo or- » natur: parvus ordo, ut vocant, collo appenſum » eſt ad tæniam cæruleam.

Tabula magna exſtat creationis Equitum Ordinis Sancti Spiritus, ad cujus fidem delineatam tabellam ex ſcriniis Gagnerianis eduximus. In ima tabellæ delineatæ parte hæc Gagnerii nota legitur. *Prima cerimonia Ordinis Sancti Spiritus, inſtituti ab Henrico III. Rege Franciæ & Poloniæ apud Auguſtinianos Pariſinos anno* 1579. *Eques qui ſupra ſancta Evangelia ſacramentum præſtat, eſt Ludovicus Gonzaga Princeps Mantuanus, Dux Nivernenſis. Cevernius Cancellarius librum tenet, ut Eques Ordinis.* Nivernenſis Dux genuflexus hic comparet, quia primus ille Principum & Procerum Ordinem & torquem accepit, ut videre eſt in Libro Statutorum Ordinis S. Spiritus.

Regina parens, quæ Neracum ſe contulerat, ut cum Rege Navarræ colloquia miſceret, ut pacem firmam in Aquitania ſtatueret, & quædam poſtremi Edicti capita moderatiora redderet, cum illo tandem convenit, Deputatis præſentibus: viginti ſeptem capitibus explicationes datæ ſunt, quæ poſtea confirmatæ fuerunt. Catharina inde Toloſam venit, ubi *Thuanus.*

1579. vint enſuite à Toulouſe où elle parla aux Meſſieurs du Parlement, & les avertit d'être un peu moins ſeveres à l'égard des Huguenots. Elle traverſa le Languedoc & ſe rendit en Dauphiné où elle fut viſitée du Duc de Savoie. Le Maréchal de Bellegarde, qui mécontent de la Cour s'étoit emparé du Marquiſat de Saluſſes, vint auſſi la voir ſur ſa foi & en preſence du Duc de Savoie. Elle tâcha de le ranger à ſon devoir. Le Maréchal lui donna de belles paroles, & n'executa rien de ce qu'elle ſouhaitoit. Il ſe retira enſuite dans le Marquiſat de Saluſſes, & mourut ſubitement peu de tems après. Brantome dit qu'il fut empoiſonné, & inſinuë aſſez que ce fut par ordre de la Reine Mere.

Le 19 du mois d'Août de cette année, Buſſi d'Amboiſe un des vaillans hommes du ſiecle, fut tué. Il s'étoit mis à la ſuite du Duc d'Anjou, & étoit devenu ſon favori; fort attaché à ce Prince, mais inſolent, audacieux, parlant librement & publiquement de tout le genre humain, ſans épargner la Cour ni le Roi même. Il étoit Gouverneur d'Anjou, & s'étoit rendu odieux à cette Province par ſes exactions & par ſes pilleries. Redouté de tous tant il étoit haut à la main, mais haï univerſellement; enſorte que le Duc d'Anjou même qui l'avoit pris auparavant ſous ſa protection, commençoit à ſe dégouter de lui. Il eut la temerité de lui écrire une lettre, où il lui marquoit en termes un peu couverts, qu'un tel jour il devoit coucher avec la femme du ſieur de Monſoreau. Cette lettre tomba entre les mains du Roi; il la montra à Monſoreau qui ſe trouva alors à la Cour, & l'incita à prévenir l'injure. Monſoreau prend la poſte, arrive ſur les lieux, ramaſſe des gens, & va attaquer Buſſi qui ſe défendit long-tems; mais comme il alloit ſe jetter par une fenêtre, il fut aſſommé. Cela fut fait, diſoit-on, du conſentement du Duc d'Anjou qui ne pouvoit plus le ſouffrir.

Buſſi d'Amboiſe tué.

Vers ce même tems le Prince de Condé qui penſoit à rentrer dans ſon Gouvernement de Picardie, ſurprit la Fere. Il s'excuſa auprès du Roi, qui ne recevant point ſes excuſes, prit dès-lors des meſures pour l'en chaſſer. Geneve & les Cantons des Suiſſes, qui craignoient que le Duc de Savoie joint avec le Roi d'Eſpagne, ne fiſſent quelque entrepriſe contre eux, ſolliciterent fortement le Roi de les prendre ſous ſa protection. Le Roi y donna les mains. Hautefort & Sanci firent avec eux un traité à Soleurre, qui fut après cela ratifié.

Senatum alloquuta monuit ut ne tam aſpere cum Hugonotis ageret. Trajecta vero Septimania in Delphinatum ſe contulit, ubi illam Dux Sabaudiæ inviſit. Bellogardus Mareſcallus, qui aulæ Regiæ infenſus Saluſſiæ *Marchionatum* occupaverat, Fide ſibi data Reginam præſente Sabaudiæ Duce adiit. Illa virum verbis delinire & in ordinem redigere conata eſt. Bellogardus verba dedit ipſi: nihilque tamen ex requiſitis exſequutus eſt. Saluſſiam vero ſe recepit, nec multo poſt obiiſſe. Narrat Brantomius ipſum ſubito morbo exſtinctum: nec obſcure innuit, id Catharinæ opera factum fuiſſe.

Thuanus. Journal d'Henri III. Brantôme.

Auguſti menſis hujuſce anni die 19. Buſſius Amboſianus, inter ſtrenuiſſimos iſtius ævi pugnatores computandus, interfectus fuit. In clientelam Andini Ducis ingreſſus, ipſi familiaris & admodum addictus erat; ſed petulans homo & audax, totum pene genus humanum dicteriis inceſſebat, nec aulæ regiæ Regive ipſi parcebat. Andium vero Præfectus cum eſſet, exactionibus & rapinis regionem totam contra ſe concitaverat, omnibus formidoloſus, quia admodum audax, pugnaxque erat, univerſorum odium in ſe concitaverat, ita ut Andinus Dux, qui ipſum hactenus protexerat, jam faſtidire virum inciperet. Andino autem Duci temere epiſtolam ſcripſit, in qua ſignificabat illi, ſe tali die cum Monſotelli uxore concubiturum eſſe. Epiſtola iſthæc in Regis manus incidit, qui illam Montſorello in aula regia tunc verſanti oſtendit. Montſorellus veredis uſus, ad locum ſe confert, armatos colligit, Buſſiumque adortus eſt, qui ſe aggredientes propulſavit; ſed cum per feneſtram ſe conjecturus eſſet, trucidatus fuit. Id conſentiente Andino Duce, factum eſſe narrabatur, qui Buſſii petulantiam ultra ferre non poterat.

Thuanus.

Idem circiter tempus Princeps Condæus, qui Picardiæ Præfecturam ſuam reſumere volebat, Feram ex improviſo cepit, ſeſeque apud Regem excuſatum miſit, qui excuſatione non admiſſa de recuperanda Fera cogitavit. Genevenſes & pagi Helvetiorum, qui metuebant ne Dux Sabaudiæ cum Rege Hiſpaniæ junctus, aliquid contra ſe ſuſciperet, apud Henricum Regem vehementer inſtiterunt, ut ipſis protectionem ſuam concederet. Aſſenſit Henricus. Altofortius & Sancius cum illis pacta Saloduri inierunt, quæ poſtea confirmata fuere.

Sur quelque eſperance que le Duc d'Anjou avoit d'épouſer la Reine Eliſabeth, il paſſa en Angletetre à fort petit train pour n'être point connu. Il eut avec elle pluſieurs Conferences en ſecret. Les choſes allerent ſi avant, qu'on convint enfin de part & d'autre des conditions du mariage, & que le pacte en fut même dreſſé. Mais tout cela n'étoit qu'une feinte de la part de la Reine Eliſabeth, qui amuſoit ainſi bien des gens, & mettoit ſur le tapis ces traitez de mariage pour venir à d'autres fins. 1579. Traité de mariage entre le Duc d'Anjou & la Reine d'Angleterre.

Dans le tems qu'on croioit que tout étoit pacifié par les conferences de Nerac, la guerre recommença dans le Roiaume. On ſe plaignoit de part & d'autre de l'inexecution du traité de paix. Le Roi de Navarre donna le ſignal pour commencer la guerre en Languedoc & en Dauphiné. De ſon côté il attaqua Cahors parce qu'on lui refuſa l'entrée dans la Ville, quoique par le traité de mariage avec Marguerite ſœur du Roi, on lui eût donné l'Agenois & le Querci, dont Cahors étoit la capitale. Il fit appliquer le petard à la porte, & entra dans la Ville. Veſins qui y commandoit, aſſembla ſon monde à la place, il y eut là un grand combat où Veſins fut tué. Cela découragea ſi fort ceux de la Ville qu'ils alloient prendre la fuite; mais s'appercevant que pluſieurs des Chefs des ennemis étoient ou tuez ou bleſſez, ils reprirent cœur, & revinrent au combat. Les Navarrois auroient été obligez de ſe retirer s'il ne leur étoit venu du ſecours. Le combat dura encore quatre jours dans la Ville, les Bourgeois chaſſez d'une rue ſe retiroient dans une autre, & défendirent les ponts avec un courage extraordinaire. Après une grande tuerie, la Ville fut enfin forcée & ſaccagée ſans miſericorde; la Chartreuſe & pluſieurs Egliſes furent pillées & brûlées. Quand cette nouvelle fut apportée à la Cour, le Roi en fut d'autant plus étonné & indigné, qu'aiant écrit à ſa ſœur d'empêcher le Roi de Navarre de rompre la paix, Marguerite lui avoit répondu qu'il n'avoit rien à craindre de ſon côté: & cependant ce fut elle qui l'anima à cette entrepriſe pour ſe venger de ſon frere qui l'avoit mal-traitée. Priſe de Cahors par le Roi de Navarre.

Le Merle fameux brigand ſurprit Mende, & l'aiant perdu depuis, il le reprit, & continua ſes brigandages aux environs. Le Prince de Condé, après avoir ſurpris la Fere, s'étoit retiré dans les Payis-bas, & avoit paſſé de là en Angleterre. Il ſe rendit enſuite en Allemagne pour demander du ſecours aux

---

Le même. Andinus ſpe ductus connubii cum Eliſabetha Regina ineundi, in Angliam tranſmiſit, cum paucis, ut non agnoſceretur, & cum Regina ſæpe ſecreto colloquia miſcuit. Eo uſque progreſſa res eſt, ut de connubii conditionibus conventum, & pactio facta fuerit; ſed ex parte Reginæ res ſimulata tantum erat. Sic illa plurimis verba dabat, & connubia proponebat, ut alia, quæ ſibi cordi erant, conſequeretur.

Le même. Quo tempore putabatur pacem in Neracenſi conventu factam fuiſſe, bellum in regno recruduit. Prodibant ex utraque parte querelæ, quod pacta non ſervarentur. Rex Navarræ reſumendi in Septimania & in Delphinatu belli, ſignum dedit; ipſeque Cadurcum oppugnavit, quia Cadurcenſes ipſi aditum in urbem intercluſerant, etiamſi ex pactis connubii ſui cum Margarita Regis ſorore, Aginnenſes ipſi & Cadurcenſes, quorum Cadurcum præcipua urbs erat, concederentur. Ad portam urbis tormentum admoveri juſſit, in illam eſt ingreſſus. Veſinius qui urbis Præfectus erat, pugnatores ſuos in Platea collegit; ibi fortiter pugnatum eſt, Veſiniuſque cæſus fuit. Hinc fracti animo Cadurcenſes fugam facturi erant; ſed ubi viderunt multos ex hoſtium Tribunis & Ductoribus peremtos fuiſſe, reſumtis animis, ad pugnam reverſi ſunt. Navarræi porro receptui canere compulſi fuiſſent, niſi auxiliares copiæ adveniſſent. Per quatuor dies in urbe pugnatum eſt. Cadurcenſes ex alio vico pulſi, in alium pugnando recedebant. Pontes etiam ſtrenuiſſime defenderunt. Poſt cædem multam urbs tandem capta, direptaque fuit atque expilata. Cartuſia & Eccleſiæ plurimæ direptæ & flammis traditæ ſunt. Cum ejus rei fama in aulam regiam pervenit, Rex eo magis ſtupefactus, indignatuſque fuit, quod cum ſororem per literas hortatus eſſet, ut Regi Navarræ ne pacem rumperet ſuaderet. Margarita reſponderat, nihil ipſi hac ex parte timendum eſſe. Et tamen illa Navarro ſuaſerat ut id aggrederetur, quo fratrem Regem, quæ ſe offenderat, ulciſceretur.

Le même. Merula prædator famoſus, Mimatum aſtu cepit, & poſtea amiſſum recuperavit, prædaſque circum agere perrexit. Princeps vero Condæus poſtquam Feram ceperat, in Belgium profectus, inde in Angliam tranſmiſerat, poſteaque in Germaniam ſe contulit,

1580. Princes Proteſtans ; mais l'argent lui manquant, il n'y pût rien faire. Il reſolut alors d'aller joindre Leſdiguieres, & traverſa la Suiſſe : il fut pris dans la Savoie, où ſans le connoître on le dépoüilla, & on le laiſſa aller en Dauphiné, où Leſdiguieres le remit ſur pied, & lui donna de l'argent ſelon ſes facultez. Il paſſa de là en Languedoc, où Châtillon fils de l'Amiral, envoié là par le Roi de Navarre lui ceda le commandement des troupes. Il tint conſeil à Nimes, & envoia des gens pour ſe joindre au nommé le Merle qui tenoit alors Mende. Ils prirent quelques petites places. Le Merle caſſa alors cette fameuſe cloche de Mende, dont il fit quelques pieces d'artillerie. Le proverbe diſoit, *Egliſe d'Albi, Clocher de Rhodés, Portail de Conques, Cloche de Mende.*

Avantures du Prince de Condé.

Les Huguenots ſurprirent encore quelques autres petites places dans le Languedoc & dans la Guienne. Le Roi voiant ainſi la guerre déclarée, deſtina trois armées pour s'oppoſer à leurs progrès. Le Commandement de celle qui devoit aller en Guienne, fut donné à Armand de Biron. Le Duc de Maienne fut envoié en Dauphiné avec un corps de troupes qui devoient ſe joindre avec d'autres & avec les Milices du payis. Matignon fut reſervé avec une autre armée pour aſſieger la Fere. Le Duc de Mayenne alla en Dauphiné, & commença ſes exploits par le ſiege de la Mure, que Leſdiguieres venoit de fortifier & de bien munir. Les aſſiegez ſe défendirent vaillamment & long-tems. Ils ſe rendirent enfin à des conditions fort honorables. Le Roi lorſqu'il envoia ſes armées avoit fait une Declaration, que les Religionnaires qui demeureroient en repos, & n'auroient aucune part à la guerre ſuſcitée par quelques-uns de leur parti, joüiroient de tous les privileges portez dans l'Edit dernier, avec défenſe de les inquieter. Malgré les inſtances que firent le Roi de Navarre & Leſdiguieres pour porter tous les Huguenots à lever l'étendard, la plûpart demeurerent tranquilles chez eux ; ce qui fut cauſe que ceux qui avoient commencé la guerre furent moins en état d'arrêter les progrès des armées Catholiques. Le Duc de Maienne par ſes manieres obligeantes, gagna toute la Nobleſſe Huguenote du Dauphiné ; de ſorte que Leſdiguieres ſe trouvant preſque abandonné, fut obligé de ſe retirer à Serres.

Guerre contre les Huguenots.

Biron fit avec le même ſuccès la guerre dans la Guienne. Il obligea le Roi de Navarre de mettre ſes troupes dans des Villes & des Fortereſſes, prit Gontaut, lieu dont il portoit le nom, & eut un avantage conſiderable à Montra-

---

ut a Principibus Proteſtantibus auxilia peteret ; ſed deficiente pecunia, nihil concludere potuit. Tunc Diguierium adire decrevit, Helvetiorumque pagos trajecit. In Sabaudia captus, nec agnitus fuit, ſed ſpoliatus dimiſſus eſt, & Delphinatum petiit, ubi Diguierius ipſi neceſſaria & pecuniam quantam potuit dedit. In Septimaniam tranſiit, ubi Caſtellio Colinii filius, a Navarro iſtuc miſſus, copiarum ductum ipſi conceſſit. Condæus, coacto Nemauſi conſilio, copias miſit, quæ Merulæ, tunc Mimati verſanti, jungerentur. Merula aliquot oppida cœpit, & Mimatenſem campanam illam celebrem fregit, ut ex materia tormenta pyria formaret. In proverbio ferebatur, *Eccleſia Albigenſis, Turris campanaria Rhutenenſis, Frontiſpicium Conquenſe, Campana Mimatenſis.*

Le même. Hugonoti alia etiam oppidula ceperunt in Septimania & in Aquitania. Rex bellum ita cœptum videns, tres exercitus apparavit, ut Reformatis obſiſteret. Ejus qui in Aquitaniam bellum geſturus erat ductor fuit Armandus Bironus. In Delphinatum miſſus eſt Meduanius cum copiis, queis aliæ acceſſuræ erant cum militia Delphinatus. Matignonus cum alio exercitu Feram obſeſſurus erat. Meduanius in Delphinatum venit, & Mutam ſtatim obſedit, quam Diguierius propugnaculis munierat. Præſidiarii fortiter & diu hoſtem propulſavêre, tandemque honeſtis conditionibus deditionem pepigere. Rex cum exercitus illos mitteret, declarationem ediderat, qua Reformati qui in pace degerent, neque rebellibus adjungerentur, privilegiis ſuis, in poſtremo Edicto expoſitis, frui concedebantur, vetitumque erat ne quis illos turbaret. Etſi ergo inſtabant Navarrus & Diguierius, ut Hugonoti omnes vexillum erigerent : maxima pars tranquilli domi manſerunt, ideoque qui bellum moverant, vix poterant exercitibus Regiis obſiſtere. Meduanius vero comitate ſua nobiles omnes Hugonotos Delphinenſes ſibi devinxit ; ita ut Diguierius a ſuis pene deſertus, Serras confugere coactus ſit.

Le même. Bironus eodem exitu bellum in Aquitania geſſit, Navarrumque coegit ut copias ſuas in urbibus, oppidis & caſtris locaret, Gontaldum cepit, cujus loci nomine appellabatur ipſe, & Montrabelli rem bene

bel, il alla au ſecours de Poyant qui étoit entré dans le Mont de Marſan, & il prit avec lui le Château. Il fit enſuite tirer quelques coups de canon contre Nerac, où étoit alors la Reine Marguerite, qui ne lui pardonna jamais cette inſulte. Il prit encore beaucoup d'autres Places. Mais ces bons ſuccès furent enfin troublez par un accident fâcheux. Comme il s'approchoit de l'Iſle Jourdain il tomba de cheval à un pas gliſſant, & ſe rompit la jambe en deux endroits. Cela mit le trouble dans l'armée. Biron ne pouvant plus commander, chacun des principaux vouloit être le maître. Il les exhorta à la paix, & ils convinrent tous que Charles Gontaut fils de Biron, qui n'avoit alors que quinze ans, auroit le commandement. Cette armée ne fit plus rien de remarquable cette année; mais les Roiaux ſurprirent encore la Reole: ce qui déplut fort au Roi de Navarre, qui regardoit cette Place comme importante. Le Comte du Lude prit auſſi Montaigu en Poitou. 1580.

Le Roi fit enſuite aſſieger la Fere. Matignon, créé depuis peu Maréchal de France, fut long-tems devant cette Place qui ſe défendit fort bien, & ſe rendit enfin à compoſition. Cependant les Etats des Payis-bas qui avoient long-tems balancé s'ils changeroient de Maître, ſe déterminerent enfin, en rejettant le Roi Philippe, à reconnoître le Duc d'Anjou *pour leur Souverain lui & ſes fils legitimes, aux mêmes droits que les Seigneurs précedens.* Le Duc d'Anjou aidé de la Reine Mere, perſuada au Roi de le laiſſer partir pour les Payis-bas, lui repreſentant que c'étoit le vrai moien de pacifier tout en France. Catherine lui fit entendre que le Duc perſuaderoit aiſément au Roi de Navarre & aux autres Chefs des Huguenots, de faire la paix qui mettroit fin à leurs mauvais ſuccès, qu'il emmeneroit avec lui la meilleure partie de leurs troupes, après quoi il n'y auroit plus de remuement dans le Roiaume. La Fere pris.

Quoique le Roi ne fût nullement pour cette guerre des Payis-bas, comme il deſiroit ardemment d'avoir la paix dans ſon Roiaume, il conſentit aiſément à la propoſition de ſon frere. Le Duc partit d'abord, & ſe rendit au Château de Fleix en Perigord, lieu marqué pour la Conference, où ſe trouverent auſſi le Duc de Montpenſier, Pompone de Bellievre & le Maréchal de Coſſé. Comme l'un & l'autre parti deſiroit fort la paix, après quelques diſputes on renouvella l'Edit précedent, & l'on y ajouta quelque adouciſſemeut. On donna au Paix faite avec le Roi de Navarre.

---

geſſit, Poianam qui in Montem-Marſanum oppidum intraverat adiit, & cum illo caſtellum cepit, poſteaque tormentorum globos Neracum immiſit, ubi tunc erat Margarita Regina, quæ nunquam ipſi hanc injuriam condonavit. Plurima quoque alia oppida cepit. Hoſce proſperos eventus diſturbavit inopinatus caſus. Cum prope Jordani-inſulam in lubrico ex equo decidiſſet, crure, quo jam claudicabat, confracto, diu jacuit. Hinc in exercitu tumultus oritur: quiſque Tribunorum imperare volebat. Bironus illos ad pacem hortatus eſt, tandemque inter illos conventum eſt, ut Carolus Gontaldus Bironi filius, qui tunc quindecim tantum annorum erat, exercitui imperaret. Exercitus porro ille anno iſto pauca deſignavit; ſed Regii Regulam quoque ceperunt, idque Regi Navarræ ſumme diſplicuit: oppidum enim munitum & ſibi commodum erat. Ludius Comes etiam Montem-acutum in Pictonibus cepit.

Thuanus. Rex poſtea Feram obſideri juſſit. Matignonus qui nuper Franciæ Mareſcallus creatus fuerat, diu ante oppidum fuit, quod tandem deditum eſt. Interea Ordines Belgii, qui diu incerti hæſerant, an Dominum ſuum mutarent, tandem, rejecto Philippo, Andinum Ducem pro Supremo Domino ſuo ſe habituros eſſe decreverunt, filioſque ejus legitimos *iiſdem juribus quæis præcedentes Dominos.* Andinus vero, matre juvante, Regi ſuaſit, ut ſe in Belgium proficiſci ſineret, oſtendens illo modo pacem in Regno Francorum firmam ſtabiliendam fore. Catharina Regi inſinuavit, Andinum Navarro aliiſque Reformatorum ducibus facile ſuaſurum eſſe, ut pacem facerent, & ſic infortuniis ſuis finem imponerent; ad hæc vero Andinum maximam bellatorum Hugonotorum partem ſecum abducturum eſſe, poſteaque nullos fore in Regno motus.

Le même. Etſi Rex bellum illud Belgicum non probabat, cum tamen pacem in Regno ſuo vehementer optaret, fratri hæc proponenti facile manus dedit. Andinus ſtatim profectus Flexiam in Petrocoriis, caſtellum ad colloquium indictum, venit, quo convenere etiam Monpenſerius Dux, Pomponius Bellevreus & Coſſæus Mareſcallus. Cum pars utraque pacis deſiderio flagraret, poſt diſceptationes quaſdam renovatum fuit poſtremum Edictum, in quibuſdam moderatius red-

1580. Roi de Navarre au lieu de la Reole qu'il venoit de perdre, Figeac dans le Querci, & Montſegur dans le Baſadois. On croit auſſi que ce fut pour ſatisfaire à la Reine Marguerite qu'on ôta à Biron le Gouvernement de l'Aquitaine. Cette paix fut ſignée par le Roi au mois de Decembre à Blois, où il s'étoit retiré, parce que la peſte faiſoit de grands ravages à Paris. Depuis le mois de Juin il y étoit mort plus de quarante mille perſonnes.

1581. Le Duc d'Anjou ramaſſa tout ce qu'il put de troupes, & leur donna rendez-vous à Château-Thierri, où ſe trouverent quatre-mille chevaux, parmi leſquels il y avoit grand nombre de Gentilshommes, & dix mille hommes de pied. Ce ſeroit une trop longue hiſtoire que de décrire tout ce qui s'étoit paſſé dans les Payis-bas pendant les dernieres guerres civiles de France. Le Duc de Parme tenoit alors Cambrai aſſiegé, où les Etats avoient mis garniſon. Les vivres y étoient déja d'une cherté ſi grande, que la Ville alloit être réduite à l'extrêmité. Le Duc d'Anjou ſe faiſant un point d'honneur de lui faire lever le ſiege à ſon arrivée, s'avança vers Cambrai. Le Duc de Parme leva le piquet & mit ſes gens en bataille. Mais voiant que l'armée de France venoit à lui, il ſe retira dans Valenciennes, & diſtribua ſes troupes dans des garniſons. Le Duc d'Anjou entra triomphant dans Cambrai aux acclamations des Cambreſiens, qui l'appelloient leur liberateur. Dans l'aſſemblée publique il jura qu'il les protegeroit toujours, & qu'il les maintiendroit dans leurs privileges. Il laiſſa Jean de Montluc Balagni Gouverneur du Château. Le lendemain il chaſſa les ennemis de l'Ecluſe & d'Arleux, & quelques jours après il aſſiegea Cateau en Cambreſis. Il ſomma d'abord cette petite Place de ſe rendre, & au refus du Gouverneur, on dreſſa les batteries, la garniſon capitula, & il la traita fort humainement pour inviter les autres Places à ſe rendre de même, & à ne point attendre l'extrêmité.

Le Duc d'Anjou déclaré Prince des Payis-Bas s'y rend avec une armée.

Fait lever le ſiege de Cambrai.

Le Prince d'Orange & les autres Chefs des Etats l'exhortoient & le preſſoient même de venir les joindre pour agir enſemble. Mais il étoit fort embaraſſé. Son armée étoit compoſée de gens volontaires, dont la plûpart étoient à la ſolde du Roi de France. La diviſion ſe mit parmi les Chefs : chacun vouloit commander & faire à ſa fantaiſie ; avec cela differens corps ſe débandoient tous les jours & ſe retiroient en France. Pour éviter la honte de joindre les

---

ditum. Navarro Regulæ loco, quam nuper amiſerat, data fuere Figeacum in Cadurcis, & Mons-ſecurus in Vaſatenſi agro. Credebatur autem ut Margaritæ Reginæ fieret ſatis, Bironum ab Aquitaniæ Præfectura remotum fuiſſe. Paci ſubſcripſit Rex menſe Decembri Blœſis, quo confugerat, quia peſtilentia Lutetiæ magna vi graſſabatur, ita ut a Junio menſe plus quam quadraginta millia omnis generis capita perierint.

Le même. Andinus quantas potuit copias collegit, & ad conveniendum locum indixit Theodorici-caſtrum, quo ſe contulere equites quatuor mille, quorum multi nobiles erant, & pedites decies mille. Longiores eſſemus ſi recenſeremus ea omnia quæ in Belgio, dum Francia civilibus bellis arderet, geſta ſunt. Tunc Dux Parmenſis Cameracum obſidebat, qua in urbe Ordines Belgici præſidium poſuerant : annona tam cara erat, ut ad extrema urbs mox deducenda foret. Andinus honori ſibi fore ducens, ſi ipſe primum adveniens obſidionem ſolvere cogeret, Cameracum verſus movit. Dux Parmenſis obſidione ſoluta, aciei ordines inſtituit : ſed cum comperiſſet Francicum exercitum accedere, Valentianas ſe recepit, & copias ſuas ad præſidia roboranda miſit. Andinus triumphans Cameracum ingreſſus eſt, applaudentibus Cameracenſibus, qui illum liberatorem ſuum appellabant. In publico conventu juravit ſe illos ſemper protecturum eſſe, & privilegia ipſis ſervaturum. In caſtello Joannem Monlucium Balagnium Præfectum reliquit. Poſtridie autem Sluſa & Arentio hoſtes depulit, & paucis poſtea diebus Caſtrum Cameracenſe obſedit, ſtatim præſidio edixit ut ſeſe dederet, negante Præfecto tormenta pyria apparavit ; ad deditionem ventum eſt, & ille præſidiarios humaniſſime excepit, ut hoc exemplo alia oppida invitaret ut maturius ſeſe dederent, nec extrema exſpectarent.

Le même. Princeps Arauſicanus aliique Ordinum duces Andinum hortabantur urgebantque ut ſtatim veniret, quo junctis copiis agerent. At ille in anguſtias deductus erat. Exercitus ejus pugnatoribus conſtabat, qui ad libitum ſuum venerant, quorum maxima pars ſtipendiarii Regis Francorum erant. Diſſenſio inter Tribunos ſuborta eſt : quiſque imperare & ad arbitrium ſuum agere volebat. Ad hæc vero agmina varia quotidie dilabebantur & in Franciam redibant. Ne igitur

troupes des Etats avec une armée ſi délabrée, & qui alloit ſe réduire preſque à rien, il prit le parti de paſſer en Angleterre, tant pour renouveller le traité de mariage avec la Reine Eliſabeth, que pour paroître après cela avec plus de dignité dans ſes nouveaux Etats, avec la faveur & les ſecours d'une ſi puiſſante Reine. 1581. Paſſe en Angleterre.

Le Roi Henri venoit d'envoier une Ambaſſade à la Reine Eliſabeth, dont le Chef étoit François de Bourbon Dauphin, accompagné du Maréchal de Coſſé & d'un grand nombre d'autres Seigneurs. On croioit par tout que ce mariage alloit ſe faire, & la Reine même le publioit. Afin que l'affaire ſe fit plus ſolemnellement, le Prince Dauphin avec ſa grande compagnie paſſa en Angleterre pour dreſſer les pactes de ce mariage. Eliſabeth reçût fort honorablement cette Ambaſſade, & nomma pluſieurs Seigneurs Anglois pour traiter avec les Ambaſſadeurs. Ils convinrent enſemble des conditions, dont les principales furent; Que chacun des deux contractans ſeroit en pleine liberté ſur le fait de la Religion, tant pour lui que pour ſes domeſtiques & toute ſa ſuite; que tant que le mariage ſubſiſteroit le Duc d'Anjou auroit tous les honneurs & les prérogatives dûes au mari de la Reine; mais que l'adminiſtration du Roiaume, des dons, des Charges, des Benefices, demeureroit à la Princeſſe, qui pourroit les conferer à des Anglois ſeulement, & non à des étrangers; que s'il venoit des enfans de ce mariage, ils ſuccederoient à leur mere ſelon les Loix du Roiaume; & que s'il arrivoit par quelque accident que les droits de la Couronne de France vinſſent à ces enfans, qu'alors s'il y avoit pluſieurs fils, l'aîné ſeroit Roi de France, & le ſecond Roi d'Angleterre; s'il n'y en avoit qu'un, il ſeroit Roi de France & d'Angleterre; à condition qu'il reſideroit une partie de ſon tems en Angleterre, & que dans l'eſpace de deux ans il y ſeroit au moins pendant huit mois; que ſi ou lui ou quelqu'un de ſes deſcendans & ſucceſſeurs avoit deux fils, l'un ſeroit Roi de France & l'autre Roi d'Angleterre. Ces articles & pluſieurs autres furent admis, quoiqu'il y eût bien des Anglois qui croiant que le mariage alloit ſe faire, étoient mécontens d'une telle alliance. Son mariage conclu avec la Reine Eliſabeth, mais ſans effet.

Après que le traité eut été conclu, le Duc d'Anjou arriva de Flandres, & le ratifia. La Reine lui fit tout l'accüeil imaginable, lui donna une bague nuptiale, & en reçût une de lui; de ſorte qu'il ſembloit que le mariage alloit ſe

---

pudor ſibi incuteretur, ſi Ordinum copias cum exercitu ita dilacerato, & ad nihilum pene deducto copias jungeret, in Angliam tranſmittere decrevit, tum ut connubii pacta cum Eliſabetha Regina renovaret, tum ut poſtea cum majori dignitate ante Ordines illos ſuos compareret cum auxiliis potentiſſimæ Reginæ.

Le même. Henricus Oratores ad Eliſabetham Reginam miſit, quorum præcipuus erat Franciſcus Borbonius Delphinus, comitante Collæo Mareſcallo aliiſque plurimis proceribus. Ubique locorum putabatur connubium illud futurum eſſe; idque Regina publicabat. Ut ſolemnius res tanta efficeretur, Delphinus Princeps cum comitatu ſuo in Angliam trajecit, ut connubii pactis adeſſet. Eliſabetha honorifice Oratores excipit, Angloſque plurimos proceres deſtinavit, qui cum illis de conditionibus agerent. Pacta autem inierunt, quorum hæc præcipua capita erant. Quod uterque contrahentium liber foret circa Religionem, tam ipſe quam domeſtici & famuli; quod toto connubii tempore Andinus prærogativas omnes, & honores marito Reginæ debitos obtineret; ſed Regni adminiſtratio, dona, munera & officia penes Reginam futura eſſent, quæ ipſa Anglis, non extraneis, conferre poſſet; quod ſi proles ex connubio proditet, ea matri ſuæ ſucceſſura eſſet ſecundum Regni leges. Si autem caſu quopiam accideret ut jus Coronæ Francicæ ad filios inde natos pertineret, tunc ſi plures filii eſſent, primogenitus Rex Francorum foret, ſecundus vero Rex Angliæ; ſi autem unus tantum foret filius, Rex ſimul Franciæ & Angliæ foret, illa conditione, ut temporis partem in Anglia tranſigeret, perque biennii ſpatium, octo ſaltem menſes in Anglia inſumeret. Si vero vel ipſe, vel ex poſteris quiſpiam & ſucceſſoribus filios duos haberet, alter Franciæ, alter Angliæ Rex foret. Hæc capita plurimaque alia admiſſa fuere, etſi multi Angli rei ſecretum ignorantes, talem affinitatem non probabant.

Le même. Poſt pactionem initam, Andinus ex Flandria advenit, & pacta confirmavit. Regina illum magnificentiſſime excepit, deditque ipſi nuptialem annulum, alterumque ab illo recepit, ita ut viderentur nuptiæ

1582. faire inceſſamment. Cependant on en demeura là. Bien des gens crurent qu'Eliſabeth n'avoit jamais eu intention de ſe marier ; d'autres diſoient qu'elle étoit d'un tel tempérament qu'elle ne pouvoit avoir des enfans ſans péril de ſa vie. Il parut au même tems un Libelle des Puritains ſur ce mariage, où la Reine étoit fort mal traitée. Elle publia un Edit ſevere contre les auteurs, qui aiant été découverts furent envoiez au ſupplice. Elle découvrit en même tems une conſpiration qui ſe tramoit contre elle ; pluſieurs de ceux qui y avoient part, furent pris & punis de mort.

Le Roi Henri plongé dans les délices, & toujours inveſti de ſes mignons, ſembloit ne penſer qu'à ſe perdre ; il faiſoit des dépenſes folles & ſans aucune meſure : pour fournir à tout cela, il falloit pepetuellement faire des Edits *Burſaux* qui étoient à la grande charge du peuple ; & tout cela pour faire des ballets, des maſcarades, des fêtes, des dons immoderez aux mignons. Tout le Roiaume en murmuroit, & les gens de bon ſens auguroient de là, que le Roi s'attireroit enfin quelque grande diſgrace. Le murmure augmenta beaucoup, lorſqu'il vint en Parlement au mois de Juillet de cette année, portant vingt-ſept Edits tous fabriquez pour ſuccer en differentes manieres le ſang des pauvres.

Dépenſes exceſſives d'Henri III.

Pour tracer une peinture des profuſions que ce Prince faiſoit, nous rapporterons ici ce qu'un Auteur du tems dit des Nôces du Seigneur d'Arques, mignon du Roi, qui fut depuis appellé le Duc de Joyeuſe.

» Le Jeudi 7 Septembre, le Roi érigea en Duché Pairie le Vicomté de Joyeuſe, » en faveur de Joyeuſe ſon mignon, *avec cette clauſe ;* qu'il précederoit les autres » Pairs hors les Princes iſſus du Sang Roial ou des Maiſons Souveraines, comme » Savoie, Lorraine, Cleves & autres, en faveur de ſon mariage avec la Princeſſe » de Vaudemont ſœur de la Reine. Les dépenſes en dix-ſept grands feſtins que » le Roi fit en habits, ſpectacles, maſcarades, preſens ſans meſures, monterent » à plus de douze cens mille écus. Quelques-uns remontrerent au Roi qu'il ſe » ruinoit par tant de profuſions ; il répondit qu'il ſeroit ſage & bon ménager » après qu'il auroit marié ſes trois enfans : il entendoit ſes trois mignons, Joyeuſe, » Epernon & d'O.

1582. Quatre ou cinq mois après les Suiſſes étant venus demander l'argent qui

---

quamprimum celebrandæ ; attamen non ulterius res proceſſit. Multi putavêre Eliſabetham nunquam ad connubium animum appuliſſe. Alii dicebant illam ea eſſe natura, ut liberos parere ſine vitæ periculo non poſſet. Eodem tempore Puritanorum circa connubium iſtud libellus publicatus fuit, in quo Regina aſperrime excipiebatur. Illa vero Edictum adverſus illos emiſit, cumque libelli auctores deprehenſi fuiſſent, ad ſupplicium miſſi ſunt, eodemque tempore conſpirationem adverſum ſe factam detexit illa, cumque conjuratorum multi capti fuiſſent, morte mulctati fuere.

Le même. Henricus Rex ſemper in deliciis immerſus, & gratioſorum agmine circumdatus, perniciem ipſe ſuam machinari videbatur. Sumtibus immoderatis & inſanis ærarium diſſipabat. Edicta *Burſalia* ut vocabant, perpetuo emittenda erant in perniciem miſeræ plebis. Sic corraſæ pecuniæ, in ſaltationes, larvas, celebritates, dona immoderata gratioſis facta profundebantur. Per totum Regnum murmura audiebantur. Qui ſagaciores erant hinc augurabantur rem male ceſſuram eſſe Regi. Increbuere rumores & murmurationes, quando Rex menſe Julio anni iſtius in Curiam Senatus venit, viginti ſeptem Edicta geſtans, ad inopum ſanguinem variis exſugendum modis.

De tam profuſis ſumtibus audiendus iſtius temporis Scriptor de nuptiis loquens Arcuum-Toparchæ Regi gratioſi, qui poſtea Dux Joüiſius appellatus fuit.

» Die Jovis Septembris Septimo, Rex Vicecomi- *Journal* » tem Joüiſæ Ducem & Parem Franciæ conſtituit in *d'Henri* » favorem iſtius apud ſe gratioſi ; hac nempe condi- *III.* » tione ut cæteros Pares præcederet, exceptis ſanguinis » regii Principibus ; iis etiam exceptis, qui ex familiis » ſupremum dominium obtinentibus orti eſſent ; » Sabaudis videlicet, Lotharingis, Clivienſibus aliiſ- » que ; idque in gratiam connubii ſui cum Principe » Valdemontiana Reginæ ſorore. Sumtus autem in » conviviis ſolennibus, quæ ſeptemdecim numero » ab Rege parata fuere, in veſtibus, ſpectaculis, larvis, » immenſis donis, ad pluſquam duodecies centena » millia ſcutorum pertigere. Quidam Henricum mo- » nuere tam profuſis ſumtibus gazam regiam peſſum- » dari. Reſpondit ille ſe moderatiorem fore, & re æra- » ria parcius uſurum eſſe, poſtquam filios ſuos connu- » bio junxiſſet, ſignificans nempe gratioſos ſuos, » Joüiſam, Eſpernonium & Oum.

Elapſis deinde quatuor vel quinque menſibus, Hel- *Thuanus.* vetii ſtipendiarias ſummas ſibi debitas petitum vene-

leur

leur étoit dû, on leur répondit que le Roi n'avoit point d'argent, & qu'ils se donnassent patience : Et comment se peut-il faire, repliquerent-ils, que le Roi n'ait point d'argent, lui qui a dépensé aux nôces d'un simple Gentilhomme son mignon, quatre cens mille écus en habits, mascarades, danses & autres folies? Il faut bien qu'il ait ou beaucoup d'argent, ou fort peu de conduite. De peur de s'attirer de semblables reproches, il ordonna que le mariage de l'aîné de la Vallette, frere du Duc d'Espernon, qui fut celebré au Louvre au mois de Fevrier suivant, se fit sans aucune somptuosité. 1582.

La Reine Mere, qui descendoit par les femmes, des Comtes de Boulogne, flatée apparemment par quelques Genealogistes, se mit sur les rangs pour disputer à Philippe II. Roi d'Espagne, la Couronne de Portugal, appartenante, disoit-elle, aux descendans des Comtes de Boulogne. Après la mort du Roi Sebastien & du Cardinal Henri qui tint la Couronne après lui, Dom Antonio bâtard de Portugal, fut reconnu pour Roi. Mais Philippe y envoia une armée sous la conduite du Duc d'Albe, Dom Antonio fut défait, se tint longtems caché, & fut obligé de s'enfuir en France, où il confera avec la Reine, & les deux s'accommoderent ensemble sur leurs prétentions.

Les Isles Açores reconnoissoient encore Dom Antonio pour leur Roi, hors une qui étoit aux Espagnols. La Reine Mere y envoia d'abord Landereau qui s'étoit déja signalé dans les guerres precedentes. Mais s'étant broüillé avec Emanuel de Silva, homme d'une hauteur insupportable, qui commandoit en ce payis-là pour Dom Antonio, il ne pût rien faire, & fut obligé de se tenir à l'écart. La Reine Mere qui par un motif de vanité, & pour mieux étaler ses prétentions sur un Roiaume, prenoit cette affaire fort à cœur, fit préparer une grande flote, dont elle fit donner le commandement à Philippe Strozzi. Dom Antonio fut de la partie avec un bon nombre de Noblesse Françoise. La flote arriva aux Açores, & eut au commencement quelque bon succès. Elle prit l'Isle de saint Michel que les Espagnols tenoient, & défit un corps de troupes qu'ils avoient ramassé dans l'Isle; mais elle négligea de ptendre le Château.

Le Roi d'Espagne y envoia une grande flote commandée par le Marquis de Santa Croce. Il y eut un combat naval des plus furieux, & qui auroit apparemment tourné à l'avantage des François, si tous les vaisseaux eussent combatu: mais la plûpart ne se trouverent point à la mesłée, & Saint Solene avec dix-

Défaite de Philippe de Strozzi & sa mort.

---

runt, responsumque illis est, Regem pecuniam paratam non habere, sed exspectandum esse. Et qui fieri potest, reponunt illi, ut Regi pecunia non suppetat, qui in nuptiis Nobilis cujusdam simplicis, gratiosi sibi, quadringenta millia scutorum in vestibus, larvis, saltationibus, aliisque insanis spectaculis profudit? Sane ille vel pecunia non caret vel prudentia vacuus est. Ne vero similia sibi impropria Rex accerseret, jussit connubium Valletæ majoris Espernonii fratris, quod mense Februario sequente in Lupara celebratum fuit, sine sumtu fieri.

Thuanus. Regina mater per maternam sobolem ex Comitibus Bononiensibus orta, adulantibus se, ut creditur, genealogiæ Scriptoribus, cum Philippo Hispaniæ Rege de Regno Lusitaniæ contendebat, ad Bononiensium Comitum posteros, ut dicebat illa pertinente. Post mortem Sebastiani Regis & Cardinalis Henrici, qui post illum regnavit, D. Antonius nothus Lusitanicus Rex agnitus est: verum Philippus exercitum misit Albano duce. Antonius profligatus fuit, diuque postea latuit; deinde in Franciam fugere coactus, cum Catharina colloquutus est; amboque circa Lusitaniæ Regnum pacta inierunt.

Le même. Asforæ insulæ Antonium adhuc Regem agnoscebant, una excepta, quam tenebant Hispani. Catharina illò misit Landereum, qui in superioribus bellis claruerat; sed suborta dissensione inter illum & Emanuelem de Silva, virum superbum & arrogantem, qui pro Rege Antonio his in partibus imperabat; Landereus nihil perficere potuit, & procul ab Emanuele mansit. Catharina, cui ex vanæ gloriæ cupiditate id negotii admodum cordi erat, ut sua in Regnum jura magis ostentaret, classem apparari jussit, cujus Præfectum constituit Philippum Strozzium. Antonius quoque in naves conscendit, unà cum magno nobilium Francorum numero. Classis ad Asforas appulit, & initio prospere rem gessit. Insulam enim Sancti Michaëlis cepit, & Hispanorum agmen fudit, sed castellum expugnare neglexit.

Le même. Rex Hispaniæ grandem classem illò misit, duce Santacrucio Marchione; vehementissima classica pugna fuit, & victoria verisimiliter penes Francos fuisset, si naves Francorum omnes pugnassent; sed maxima pars ad conflictum non venit, & Sansolinius

1582. huit vaiſſeaux ſe tint à l'écart pendant le combat, & s'en retourna en France, où il eut bien de la peine à ſe garantir des pourſuites de la Reine Mere. Philippe Strozzi combattit vaillamment juſqu'à la derniere extrêmité, il fut percé de coups ; & quand après la défaite on l'apporta au Marquis de Santa Croce, il expira entre les mains de ceux qui le tenoient, dit M. de Thou. D'autres diſent qu'il étoit encore vivant, & que Santa Croce le fit achever & jetter dans la mer. Dom Antonio s'étoit ſauvé dans une Iſle qui tenoit encore pour lui. Il ſe retira depuis en France. Santa Croce fit inhumainement executer tous les priſonniers François au nombre de trois cens, dont près de quatre-vingt étoient Gentilshommes. Les Eſpagnols s'y oppoſerent, diſant que les François les traiteroient de même quand ils auroient l'avantage ſur eux. Mais Santa Croce répondit, que c'étoit des rebelles qui faiſoient la guerre contre les ordres de leur Roi, & les fit tous périr par la main du Boureau.

Le Duc d'Anjou après avoir paſſé une partie de l'hyver avec la Reine Eliſabeth, toujours en fêtes & réjoüiſſances, partit enfin de Londres le premier jour de Fevrier. La Reine l'accompagna juſqu'à Cantorberi, lui donna quelque ſecours d'argent & de troupes ; il monta ſur mer avec pluſieurs Seigneurs Anglois, & aborda à Fleſſingue, où il trouva le Prince d'Orange qui venoit au devant de lui. Ils allerent enſuite à Anvers où il fut reçû avec toute la magnificence poſſible, & déclaré Marquis du Saint Empire, & par deſſus cela Duc de Brabant, de Limbourg & de Lothier. Au même tems les troupes des Etats eurent un avantage dans l'Artois, & prirent la petite Ville de Lens.

Le Prince d'Orange bleſſé par un traître.

L'accident qui arriva alors fut cauſe d'un grand tumulte. Un nommé Jauregui, induit à aſſaſſiner le Prince d'Orange par l'eſperance d'une groſſe ſomme d'argent qu'on lui avoit promis, lui tira un coup de piſtolet, & le bleſſa à la machoire. Les François qui étoient auprès du Prince, au lieu de ſaiſir l'aſſaſſin, le maſſacrerent imprudemment. Un bruit ſe répandit alors dans la Ville que c'étoient les François qui avoient fait ce coup, & qu'ils vouloient de même ſe défaire des Seigneurs du Payis pour y être abſolument les maîtres. On prit les armes, on tendit les chaînes. On foüilla dans les poches de Jauregui, on y trouva des lettres en Eſpagnol qui apprenoient toute l'intrigue. Le tumulte ceſſa, & le Prince d'Orange guerit de ſa bleſſure.

---

cum octodecim navibus, dum noſtri pugnarent, ſegregatus & procul poſitus in quiete manſit & in Franciam vela dedit, ubi inſequente & dicam impingente Catharina, vix evadere potuit. Philippus Strozzius fortiſſime pugnavit, vulneribuſque confoſſus, poſtquam Francica claſſis profligata fuit, ſemimortuus ad Santacrucium allatus, inter geſtantium manus exſpiravit, inquit Thuanus. Alii vero dicunt illum adhuc viventem Santacrucii juſſu interemtum & in mare dejectum fuiſſe. Antonius vero in inſulam adhuc ſibi hærentem, indeque in Franciam aufugit. Santacrucius captivos omnes Francos numero trecentos, quorum octoginta pene nobiles erant, immaniter interfici juſſit, frementibus & obſiſtentibus Hiſpanis, qui dicebant, ſe a Francis pari modo excipiendos fore, ſi quando in manus ipſorum incideret : at Santacrucius reſpondit, Francos iſtos rebelles eſſe, qui contra Regis ſui juſſa bellum gererent, omneſque carnificis manu perire juſſit.

Le même. Andinus Dux, poſtquam hibernæ tempeſtatis partem in Anglia cum Regina Eliſabetha tranſegerat ſemper in ludis, celebritatibus & oblectamentis, Londino prima Februarii die profectus eſt. Eliſabetha Cantuariam uſque abeuntem proſequuta eſt, & pecunia atque milite juvit, in naves vero conſcendit cum magno procerum Anglorum comitatu, & Uliſſingam appulit, ubi Principem Arauſicanum obviam ſibi venientem invenit. Simul autem Antuerpiam ſe contulere, ubi Andinus magnificentiſſime exceptus, Sacri Imperii Marchio declaratus fuit, & præterea Dux Brabantiæ, Limburgi & Lotherii. Eodem tempore Ordinum copiæ Lentium in Arteſia Hiſpanis eripuerunt.

Le même. Caſus tunc ſuperveniens tumultum magnum concitavit. Jaureguius quidam ſpe ingentis promiſſæ ſummæ inductus, Arauſicanum Principem ſclopeti ictu interficere volens, in maxillam grave vulnus inflixit. Franci qui aderant, cum percuſſorem comprehendere oportuiſſet, ipſum imprudenter trucidavêre. Statim rumor per urbem fertur Francos ipſos vulnus inflixiſſe, & ſic proceres omnes Belgicos de medio tollere velle, ut ſibi totum imperium uſurparent. Ad arma curritur, catenæ tenduntur, in perulis Jaureguii inquiritur, ibique reperiuntur literæ Hiſpanica lingua ſcriptæ, ubi tota conſpiratio aperiebatur : tumultus ceſſavit, & Princeps Arauſicanus ex vulnere convaluit.

Le Duc de Parme prit Oudenarde, & les François ſurprirent Aloſt. Il y eut pluſieurs priſes & ſurpriſes de Places par l'un & par l'autre parti. En ce tems fut découverte la conſpiration de Nicolas Salſede, fils d'un autre Salſede Eſpagnol, qui fut tué à la journée de S. Barthelemi, homme hardi & ſcelerat, capable de tout entreprendre. Il avoit déja été condamné à Rouen comme faux Monnoyeur, & avoit obtenu ſa grace par l'interceſſion du Duc de Lorraine ſon allié. Il vint à Bruges avec un Regiment qu'il diſoit avoir levé à ſes dépens, & s'offrit au Duc d'Anjou pour y être à ſon ſervice & auprès de ſa perſonne s'il le vouloit bien. Le Duc qui n'y entendoit pas fineſſe, lui fit un très-bon accueil, & l'auroit retenu ſans aucune précaution. Mais le Prince d'Orange qu'une longue experience avoit rendu plus méfiant, examinant la vie & les allures de Salſede, y remarqua quelque choſe de ſiniſtre, & fut d'avis qu'on l'arrêtât lui & un de ſes camarades nommé François Baſſa. Ils furent ſaiſis, & ce qui augmenta le ſoupçon fut que Baſſa voiant qu'on les alloit mettre à la queſtion, ſe tua lui-même. Salſede mis à la torture découvrit tout, & confeſſa des choſes qui faiſoient horreur à entendre: il eſt pourtant vrai qu'il varia dans ſes confeſſions; mais il ne ſe retracta point ſur ce qu'il avoit d'abord dit, qu'il étoit venu pour faire périr le Duc d'Anjou & le Prince d'Orange par le fer ou par le poiſon. 1582.

Trahiſon de Salſede découverte.

M. de Thou dit clairement que le complot avoit été fait par le Duc de Guiſe, qui étoit d'intelligence avec le Roi d'Eſpagne & avec le Duc de Parme: & que c'étoit le commencement de cette Ligue que les Guiſes firent avec les Princes Etrangers, & qui penſa ruiner le Roiaume. Dans les confeſſions de Salſede qui chargeoit les Guiſes, il y avoit bien des choſes qui regardoient la perſonne du Roi de France. Le Duc d'Anjou fut d'avis qu'on conduiſît Salſede à Paris. Il le ſouhaitoit auſſi, eſperant que le Duc de Parme le délivreroit par les chemins; mais Pompone de Belliévre envoié par le Roi, le conduiſit ſi adroitement, qu'on ne pût même rien tenter pour ſa délivrance. On lui fit ſon procès au Parlement, *où atteint & convaincu de la conſpiration de mort contre ledit Seigneur Duc & méme contre le Roi, & de pluſieurs autres énormes crimes & capitaux, ja auparavant dés pieça par lui commis, fut condamné par Arreſt de ladite Cour d'eſtre tiré à quatre chevaux; ce qui fut executé*

Le même, Journal d'Henri III.

Dux Parmenſis Aldenardam cepit, & Franci Aloſtum intercepere: ſic urbes & oppida ab utraque partium capta, amiſſa & recuperata fuerunt. Hoc tempore detecta fuit conſpiratio Nicolai Salſedæ, filii illius Salſedæ, qui in Sanbartholomæana carnificina occiſus fuit; eratque hic Nicolaus, audax, ſceleſtus, ad quævis ſuſcipienda pronus, jam adulteratæ monetæ cauſa Rothomagi poſtulatus & capitis damnatus fuerat; ſed intercedente Lotharingiæ Duce ſibi affini veniam impetraverat. Brugas ergo venit cum cohorte, quam ſe ſuis ſumtibus collegiſſe jactabat, & ſub Andino Duce militaturum eſſe, ſi quidem ipſe vellet, dicebat. Andinus illum ſimplici animo comiter excepit, & ſine cautione ulla penes ſe admiſſurus erat: verum Princeps Arauſicanus, quem experientia diuturna cautiorem effecerat, vita & geſtis Salſedæ accuratius perpenſis, ſiniſtri aliquid in ipſo deprehendit, ſuaſitque ut ipſe & quidam ejus ſocius Franciſcus Baſſa comprehenderentur. Capti ergo fuere, quodque ſuſpicionem auxit, Baſſa videns ſe & Salſedam mox tormentis applicandos fore, ſeipſum interfecit. In tormentis Salſeda omnia aperuit, & quædam confeſſus eſt, quæ horrorem incutiebant; tamenque ille in confeſſionibus diverſa imo contraria dixit; ſed nunquam negavit, vel varie protulit id quod primum dixerat ſe nempe veniſſe ut Andinum Ducem & Principem Arauſicanum de medio tolleret.

Clare dicit Thuanus conſpirationem a Duce Guiſio factam fuiſſe, conſentiente Hiſpaniæ Rege, necnon Duce Parmenſi: & hoc initium fuiſſe ſocietatis quam Guiſii cum Principibus extraneis iniere, & quæ Regnum ad extremam fere perniciem induxit. In Salſedæ confeſſionibus, in queis Guiſii involvebantur multa erant quæ Regem ipſum Francorum reſpicerent. Andinus ſentiebat Salſedam eſſe Lutetiam ducendum: id etiam Salſeda cupiebat, ſperans Parmenſem in tranſitu ſe liberaturum eſſe; ſed a Pomponio Bellevreo ab Rege miſſo tam dextere miſſus fuit, ut ne tentari quidem ad ipſum liberandum quidpiam potuerit. In Senatu autem cauſa ejus acta fuit, *ubi convictus quod contra Andini vitam conſpiraſſet, imo contra Regem; deprehenſus etiam eſt, quod plurima alia ſcelera jam antea perpetraſſet; ſententiaque in eum lata fuit, ut a quatuor equis in quatuor partes diſcerperetur, quod executioni mandatum fuit in Platea Gravia vigeſi-*

1582. *en la place de Greve à Paris le 26 Octobre prochainement ſuivant, où par l'interceſſion de la Dame de Martigues Ducheſſe de Mercœur, qui lui étoit parente ou alliée, il ne ſouffrit qu'une ou deux tirades, puis fut étranglé: ſa tête coupée fut envoiée à Anvers, & les quatre quartiers de ſon corps pendus près les quatre principales portes de la Ville de Paris*, &c. L'Auteur ajoute à la fin : *On compte cette mine pour la premiere de la Ligue, qui ne put jouer.* Ce qui revient à ce que dit Monſieur de Thou.

Au mois de Decembre de cette année fut reçûë par un Edit du Roi la reformation du Calendrier tentée par pluſieurs Papes, mais avec peu de ſuccès, & faite enfin par le Pape Gregoire XIII. Les Princes Proteſtans la rejetterent, quoique neceſſaire, parce qu'elle étoit faite par le Pape qu'ils ne reconnoiſſoient point.

1583. Malgré les preuves certaines que le Roi avoit ou devoit avoir, s'il y eût fait reflexion, que les Guiſes cabaloient puiſſamment contre lui & contre la race Roiale, comme s'il eût agi de concert avec eux, il continuoit toujours à leur donner priſe. Il s'attiroit d'un côté la haine publique en inventant continuellement des taxes, des impôts, de nouvelles manieres de ſuccer le ſang du public, qui tournoient preſque toutes au profit de ſes Mignons; & de l'autre côté un mépris univerſel en ſe rendant la fable du genre humain, par des jeux, des boufonneries, & d'autres choſes indignes de la Majeſté Roiale. Le jour du Carnaval de cette année, il courut avec ſes Mignons par les ruës de Paris; ils étoient tous maſquez, & faiſoient des ſingeries, des folies & des tours dignes des plus grands baladins. Ces exercices durerent toute la nuit, & juſqu'a ſix heures du matin. Les Prédicateurs ſe déchaînerent contre toute la troupe ſans épargner le Roi; ſur tout le Docteur Roſe, que le Roi manda pour lui faire une legere reprimande, & à qui il donna quelques jours après quatre cens écus pour lui fermer la bouche.

» Le Lundi 7. de Mars, dit le Journal, » le Roi alla au Palais accompagné » de ſes deux Mignons, afin de faire en ſa preſence publier au Parlement de » Paris pluſieurs Edits que la Cour avoit refuſé de publier, pour ce qu'ils étoient » bourſeaux & à l'oppreſſion du peuple; remontra le Roi par ſa harangue qui » fut belle & bien faite, la grande charge d'affaires que les Rois ſes prédé- » ceſſeurs lui avoient laiſſé ſur les bras, pour auſquels ſubvenir il étoit con-

---

ma ſexta die Octobris ſequentis. Intercedente vero Martigia Mercurii Ducis uxore, quæ ipſi vel cognata vel affinis erat, ſemel aut bis tractus, ſtrangulatus poſtea fuit. Caput ejus Antuerpiam miſſum fuit; quatuor vero membra, ad quatuor majores Pariſinas portas ſuſpenſa ſunt, &c. Additque Scriptor iſte : *Hi primi cuniculi fuerunt a Societate parati, qui exitum non habuere.* Illud vero quadrat ad ea quæ Thuanus protulit.

Thuanus. Menſe Decembri hujus anni a Rege per Edictum admiſſa fuit reformatio Kalendarii a multis Summis Pontificibus tentata; ſed non ita feliciter, factaque demum a Gregorio XIII. Pontifice. Principes Proteſtantes illam etſi neceſſariam, abjecere, quia a Summo Pontifice, quem ipſi non agnoſcebant, facta fuerat.

Journal d'Henri III. Etſi Rex ignorare non poterat, ſi tamen his animum adhiberet, Guiſios contra ſe & contra ſtirpem regiam conſpirare, ac ſi concordi cum illis animo egiſſet, occaſiones illis rei bene gerendæ dabat; dum quotidie ſibi odia publica concitabat per vectigalia & tributa nova, ita ut miſeri populi ſubſtantia ad gratioſos ſuos derivaretur. Aliunde vero ſe omnibus contemnendum deridendumque exhibebat, per joca, diludia, aliaque hujuſmodi, quæ Regia Majeſtate indigna erant. Die Quadrageſimam præcedente, cum gratioſis illis per Pariſinos vicos diſcurrebat : larvati omnes erant, geſticulationes & ſcurrilia edentes, circulatoribus digna, quæ exercitia per totam noctem ad uſque horam ſextam matutinam protracta ſunt. Concionatores vero contra cœtum hujuſmodi nec Regi parcentes declamavêre, maximeque Roſus Doctor, quem Rex advocari juſſit, ac leviter increpavit, pauciſque poſtea diebus quadringenta ſcuta miſit illi ut os clauderet.

Journal d'Henri III. » Die Lunæ, Martii ſeptimo, inquit Diarii Auc- » tor, Rex ad Palatium venit, comitantibus ſe gra- » tioſis duobus, ut ſe præſente plurima Edicta in Se- » natu Pariſino publicarentur, quæ Curia publicare » recuſaverat, quia *Burſalia* erant, & ad plebis op- » preſſionem tendentia. Orationem Rex emiſit egre- » giam, qua repræſentabat quanta ſibi negotia de- » ceſſores ſui Reges reliquiſſent, quæ ipſum ad tot

» traint de faire beaucoup d'Edits, à la verité durs & fâcheux, & à ſon très- 1583.
» grand regret; mais qu'il n'avoit trouvé aucun plus aiſé & prompt moien
» pour y ſatisfaire, ni moins onereux à ſon peuple: partant prioit ſa Cour vou-
» loir conſentir à la verification deſdits Edits, ſuivant ce que plus amplement
» leur en remontreroit Meſſire René de Biragues ſon Chancellier là preſent:
» lequel auſſi ſe levant entra bien avant en diſcours auſſi long & inepte que
» celui du Roi avoit été court & à propos; & remontra la neceſſité des affai-
» res de Sa Majeſté, ſans toutefois en ſpecifier aucune, fors la crainte & ap-
» parence d'une guerre défenſive de près imminente. Meſſire Achiles de Har-
» lai premier Preſident, remontra brievement, mais vertueuſement, la char-
» ge qu'apportoit au peuple François le grand nombre d'Edits que le Roi fai-
» ſoit de jour à autre, & conclud à ce qu'il plût à Sa Majeſté de ne prendre
» l'avis de ſadite Cour, ſur des avis qui ne lui avoient été communiquez. Meſſi-
» re Auguſtin de Thou, au contraire, Avocat du Roi, magnifia la preſence
» de Sa Majeſté, & l'honneur qu'elle faiſoit à la Cour de la venir voir & ſeoir
» en ſon Lit de Juſtice, concluant à la lecture, publication & regiſtration des
» Edits, leſquels furent paſſez au nombre de douze de l'exprès commande-
» ment du Roi, lui preſent: oüi & conſentant ſon Procureur General, com-
» bien que tous revinſſent à la manifeſte oppreſſion du peuple, & que les de-
» niers revenans de la Ferme d'iceux, priſe par les Italiens, tournaſſent au pro-
» fit des Mignons, & encore plus de ceux de Guiſe qui les pourſuivoient eux-
» mêmes, & toutesfois ſous main animoient le peuple, & l'en faiſoient crier
» & tumultuer contre le Roi & ſes Mignons: la Ligue commençant dès-lors à
» ourdir à bon eſcient le myſtere d'iniquité.

Le deſſein des Guiſes qui ſe manifeſta bien-tôt après, comme nous verrons, étoit de décrier le Gouvernement preſent, en contribuant eux-mêmes à le rendre odieux, & partageant avec les Mignons l'argent de ces levées qui faiſoient tant crier le peuple, qu'ils animoient en même tems contre le Roi; tirant ainſi un double fruit de ces impôts, ils y avoient leur part, & la haine contre Henri augmentoit tous les jours; ce qui leur faiſoit eſperer qu'ils viendroient enfin about de leur damnable entrepriſe. Ce que le Roi fit en ce même mois de Mars ne contribua pas peu à le rendre encore plus mépriſable;

» edenda Edicta adigerent, oneroſa certe, & quæ
» ægre ipſe proferret; ſed ſibi nullum alium modum
» ſuppetere plebi minus oneroſum; ideoque Curiam
» rogabat talia Edicta confirmare vellet, ut pluribus
» dicturus erat Renatus Biragus Cancellarius ipſius,
» qui ſurgens orationem habuit perinde longam &
» ineptam, atque Regis oratio brevis & e re fuerat.
» Regiorum negotiorum neceſſitatem cauſatus eſt,
» non illa ſpeciatim protulit, uno excepto, quod vide-
» licet bellum imminere videretur. Achilles Harlæus
» Primus Præſes, paucis, ſed graviter repræſentavit
» quantum oneri populo Francico eſſent tam multa
» Edicta, quæ Rex quotidie pene emittebat, & con-
» cludendo Regem rogavit, ut nonniſi præſignificatis
» iis quæ in Curia dicturus erat, Curiæ ſententiam
» poſtularet. Contra vero Auguſtinus Thuanus Re-
» gis Advocatus, magni faciebat Regis præſentiam,
» & honorem quem Curiæ exhibebat, dum in lecto
» Juſtitiæ ſuo ſederet, concluſitque dicendo, legen-
» da, publicanda & in Regiſtris apponenda eſſe Edi-
» cta illa. Duodecim igitur numero Edicta admiſſa
» ſunt, Rege præſente, ac jubente, conſentiente
» ipſius Procuratore Generali; etiamſi ea omnia in ma-
» nifeſtam populi oppreſſionem cederent, & pecu-
» nia inde proveniens, ab Italis publicanis corraſa,
» ad Gratioſos deveniret, maximeque ad Guiſios,
» qui pecuniam ad ſe derivari curabant, licet illi
» clam populum concitarent ad tumultuandum &
» clamandum contra Regem & Gratioſos. Jam enim
» Societatem illam, *myſterium iniquitatis*, Guiſii mo-
» liebantur.

Guiſiorum enim conſilium, quod poſtea dilucidius evaſit, ut videbitur, illo tendebat, ut præſens Regni adminiſtratio infamaretur, dum illi odioſam ipſam reddi curarent, quando cum gratioſis in partem corraſæ pecuniæ veniebant, quæ pecuniarum exactio populi clamorem, concitantibus Guiſiis, pariebat, qui ſic duplicem ex vectigalibus fructum decerpebant, dum in partem eorum ipſi accederent, & populi odium contra Regem conceptum in dies augeretur; indeque ſperabant ſe deteſtandi propoſiti ſui felicem exitum viſuros eſſe. Quod autem Rex eodem menſe Martio fecit non parvam illi notam inuſſit, quæ ipſum deridendum & deſpiciendum

1583. Proceſſion des Penitens où le Roi aſſiſte.

c'eſt l'Auteur contemporain du même Journal qui nous l'apprend en ces termes.

» En ce mois le Roi inſtitua & érigea une nouvelle Confrerie, qu'il fit » nommer des Penitens, de laquelle lui & ſes deux Mignons ſe firent Confreres, » & y fit entrer pluſieurs Gentilshommes & autres de ſa Cour, y conviant les » plus apparens de ſon Parlement de Paris, Chambre des Comptes, & au- » tres Cours & Juriſdictions, avec un bon nombre des plus notables Bour- » geois de la Ville: mais peu ſe trouverent qui ſe vouluſſent aſſujettir à la Regle, » Statuts & Ordonnances de ladite Confrerie qu'il fit imprimer en un Livre, » le tirant de la Congregation des Penitens de l'Annonciation Notre-Dame, » pour ce qu'il diſoit avoir toujours une ſinguliere devotion envers la Vierge » Marie Mere de Dieu: de fait, il en fit les premiers Services & Ceremonies » le jour de la Fête de l'Annonciation, qui étoit le Vendredi vingt-cinquiéme » de ce mois, auquel jour fut faite la ſolemnelle Proceſſion deſdits Confreres » Penitens, qui vindrent ſur les quatre heures après midi du Convent des Au- » guſtins en la grande Egliſe Notre-Dame, deux à deux, vêtus de leurs ac- » couſtremens tels que les Battus de Rome, Avignon, Toulouſe, & ſembla- » bles, à ſçavoir de blanche toile de Hollande, de la forme & façon qu'ils ſont » deſſeignez par le Livre des Confreries. En cette Proceſſion le Roi marcha » ſans Garde ni difference aucune des autres Confreres, ſoit d'habit, de » place ou d'ordre. Le Cardinal de Guiſe portoit la Croix, le Duc de Maienne » ſon frere étoit Maître des Ceremonies, & Frere Emont Auger Jeſuite, Bâte- » leur de ſon premier métier, dont il gardoit toujours les Bouffonneries, avec » un nommé du Peirat Lionnois, conduiſoient le demeurant. Les Chantres » du Roi & autres marchoient en rang, vétus de même habit, en trois diſ- » tinctes compaignies, chantant melodieuſement la Litanie en faux-bourdon. » Arrivez en l'Egliſe Notre-Dame chanterent tous à genoux le *Salve Regina* en » très-armonieuſe Muſique, & ne les empêcha la groſſe pluye, qui dura tout le » long de ce jour, de faire & achever avec leurs ſacs tous percez & moüillez, » leurs Myſteres & Ceremonies encommencées. Surquoi on fit ce Quadrain:

» *Après avoir pillé la France,*
» *Et tout le Peuple dépoüillé,*
» *N'eſt-ce pas belle penitence*
» *De ſe couvrir d'un ſac mouillé?*

---

præberet. Auctor enim ipſe Diarii iſtius ævi talia fatur.

Journal d'Henri III.

» Eodem menſe Rex novam *confraternitatem* ere- » xit, cui Pœnitentium nomen indidit. Ipſe vero & » duo gratioſi ſui ſe illi adjunxere, multi quoque ex » aula ſua Nobiles eidem nomen dedere. Ad eam » ſocietatem Rex invitavit etiam præcipuos Senatus » Pariſini, Cameræ Computorum, aliarumque Cu- » riarum, necnon plurimos ex inſignioribus civibus, » ſed pauci voluere regulæ & ſtatutis ſocietatis iſtius » ſeſe ſubjicere; quæ ſtatuta Rex typis edi curavit, » educta ex congregatione Pœnitentium Annuncia- » tionis Beatæ Mariæ: quia ſe ſingulari devotione » dicebat Virginem Mariam Dei Matrem colere. » Certe primam hanc cerimoniam in die feſto An- » nunciationis 25 Martii die Veneris celebravit: qua » die Proceſſio fuit Sociorum Pœnitentium, qui ho- » ra circiter quarta pomeridiana ex Conventu Au- » guſtianorum in majorem Eccleſiam Beatæ Mariæ » venerunt, bini & bini, veſte contecti, qualem » geſtant Flagellantes Romani, Avenionenſes, To- » loſani & ſimiles, ex tela nempe alba Hollandica, » illa forma quæ deſignatur in Libro Societatis. In » hac Proceſſione Rex ſine Cuſtodibus incedebat, » neque a ſociis differebat, ſeu veſte, ſeu ordine & » loco. Cardinalis Guiſius crucem geſtabat, Dux » Meduanius frater ejus Magiſter ceremoniarum erat, » & frater Emundus Augerius Jeſuita, circulator » arte ſua priſtina, cujus ſemper modos ſervabat, » cum Peyratio quodam Lugdunenſi cæteram tur- » mam ducebat. Cantores regii & alii ordine pro- » cedebant, eademque tecti veſte, tribus diſtincti or- » dinibus Litaniam modulabantur demiſſiore con- » centu. In Eccleſia Beatæ Mariæ genuflexi omnes, » harmonice cum muſicis inſtrumentis *Salve Re-* » *gina* cantavêre. Nec pluvia toto illo die decidens » impedivit quominus etiamſi facci & veſtes made- » rent, myſteria & cœptas ceremonias perficerent: qua de re verſiculi quidam emiſſi Henricum carpe- bant, quod cum totum Regnum & Populum exſpo- liaſſet, ſe ſacco madido indutum debitam pœniten- tiam agere putaret.

Les Prédicateurs ſe déchaînoient en chaire contre ces actes de Religion in- 1583.
connus juſqu'alors, & qu'ils traitoient d'hypocriſie. Cette Confrerie de Penitens & ces Proceſſions en habit déguiſé, n'avoient en ſoi rien de mauvais; mais le Roi qui en étoit le Chef, continuant toujours ſa vie ſcandaleuſe avec ſes Mignons, & les Edits fort à charge au public venant frequemment à l'ordinaire; ces devotions, ſoit ſinceres, ſoit ſimulées, loin de toucher le peuple, ne faiſoient que l'irriter de plus en plus.

En cette même année 1583, les Habitans d'Alet en Languedoc, voiant que les Huguenots qui s'étoient ſaiſis de leur Ville dix ans auparavant, avoient conſiderablement diminué la garniſon, comploterent enſemble de leur couper la gorge. Cela ſe devoit faire la nuit, & ils convinrent qu'ils porteroient certaines marques pour ſe reconnoître. Quelques-uns de la Ville qui n'étoient pas mécontens de leurs hôtes, ayant peine de ſe reſoudre à les égorger eux-mêmes; on convint que ceux-là feroient entrer leurs voiſins en leur maiſon, & leur laiſſeroient faire ce qu'ils avoient peine d'executer. Cela fut reſolu ſi ſecretement que les Huguenots n'en eurent pas le moindre vent. Le ſignal fut donné: tous les Huguenots furent égorgez en une nuit. Il n'y en eut que deux qui échapperent, dont l'un fut ſauvé par ſon hôte, & l'autre ſe cacha dans une armoire.

Pendant que ces choſes ſe paſſoient en France, le Duc d'Anjou dont les affaires commençoient d'aller mal dans les Payis-bas, dès la fin de l'année précedente, s'y ruina entierement en ſuivant le conſeil temeraire de quelques-uns des ſiens. Il ne pouvoit ſe ſoutenir dans ce payis-là qu'en recevant de puiſſans ſecours de France. Le Roi lui avoit envoié ſept à huit mille hommes ſous la conduite du Duc de Montpenſier & du Maréchal de Biron: ce ſecours n'étoit pas à beaucoup près ſuffiſant pour défendre un ſi grand nombre de Places, & pour ſoutenir la guerre contre un auſſi habile General que l'étoit Alexandre Farneſe Duc de Parme. D'ailleurs ſes finances étoient totalemenr épuiſées. Il demandoit perpetuellement du ſecours au Roi ſon frere. Le Roi aſſembla ſon Conſeil où cette affaire fut long-tems diſcutée. On y conclud enfin qu'il falloit traiter avec les Etats, & s'engager à leur envoier de puiſſans ſecours d'hommes & d'argent; mais à condition que ſi le Duc d'Anjou venoit à mourir ſans

---

Thuanus. Concionatores autem in has cerimonias debacchati ſunt, hactenus ignotas, quas ſimulatam Religionem & hypocriſin appellabant. Hæ Pœnitentium Societates, & proceſſiones cum veſte procedentium faciem obtegente, nihil ex ſe mali præ ſe ferebant; ſed cum Rex qui ſocietatis Princeps erat, cum effeminatis illis juvenibus, non ſine vulgi offendiculo vitam pro more ageret, & Edicta quæ plebi oneri erant, frequentius emitterentur; iſta pietatis & devotionis ſigna, ſeu ſincera, ſeu ſimulata, nedum plebis affectum attraherent, illam magis ac magis ad iram concitabant.

Hoc ipſo anno 1583. Aletenſes in Septimania, cum cernerent Hugonotos, qui ab annis decem oppidum ſuum interceperant, præſidiariorum ſuorum partem evocaviſſe, de cædendis iis qui reſidui erant, unà conſpiravêre. Id noctu faciendum erat, ſtatutumque fuit ut notas quaſdam ſinguli geſtarent, queis ſe mutuo internoſcere poſſent. Quia vero nonnulli hoſpitibus ſuis Hugonotis non infenſi, illos ſe ſua manu jugulare non poſſe dicebant, convenit inter ipſos ut hi vicinos in domum ſuam ad id præſtandum inducerent. Hæc tam ſecreto decreta fuere, ut Hugonoti ne minimam quidem rei ſuſpicionem habuerint. Una igitur nocte cæſi omnes Hugonoti fuerunt: duo tantum evaſere, quorum alter ab hoſpite ſuo ſervatus eſt, alter in armario ſeſe occultavit.

Thuanus. Dum hæc in Francia gererentur, Andinus cujus negotia jam a fine anni proximi non fauſte procedebant, temerarium quorumdam conſilium ſequutus, res ſuas prorſus labefactavit. Non poterat in Belgio conſiſtere, niſi pugnatorum copiæ grandes ex Francia ſibi mitterentur. Rex illi miſerat ſeptem aut octo mille viros, ducibus Monpenſerio & Birono Mareſcallo: nec ſatis utique hoc erat ad tot urbes, oppida & caſtra præſidiis munienda, & ad Alexandum Farneſium Parmenſem tam ſtrenuum ſagacemque ducem propulſandum. Aliunde vero res æraria prorſus deficiebat. Ille autem perpetuo opem & auxilia a Rege fratre expetebat. Rex coacto conſilio hac de re diu deliberavit; ſtatutumque tandem fuit, ut cum ipſis Ordinibus Belgii res tractaretur, & copiarum pecuniarumque auxilia abunde mitterentur: verum illa conditione, ut ſi Andinus ſine prole moreretur, illi Re-

1583. enfans, ils reconnoîtroient le Roi de France pour leur Seigneur. La propoſition en fut faite aux Etats, qui la rejetterent.

Le Duc bien inſtruit de ce qui ſe paſſoit à la Cour de France, ſe trouva fort embaraſſé. Il voioit que le ſecours venant à lui manquer, il étoit fort à craindre que les Etats, qui ne l'avoient établi leur Prince que dans l'eſperance qu'il ſeroit puiſſamment aidé de ſon frere, le laiſſeroient là, prendoient quelqu'autre parti, & ſe remettroient peut-être ſous l'obéiſſance du Roi d'Eſpagne; ce qu'ils pouvoient d'autant plus aiſément faire, que lui Duc d'Anjou n'avoit pas une ſeule Place pour ſa ſureté. De l'avis donc de quelques-uns de ſon Conſeil, gens temeraires, qui ne prévoioient ni les conſéquences de ce qu'ils propoſoient, ni les difficultez de l'execution, il fut reſolu qu'à un jour marqué de la mi-Fevrier, ſes gens ſe ſaiſiroient de Bruges, d'Anvers, de Dunquerque, & de pluſieurs autres Places. Cela fut reſolu à l'inſçû du Duc de Montpenſier, de la Rochefoucault & des autres Chefs qui les auroient infailliblement détournez d'une telle entrepriſe. Le Duc d'Anjou s'étoit reſervé Anvers, qu'il devoit ſaiſir lui-même. Ils ſurprirent effectivement Dunquerque, Dixmude, Tenremonde, Vilvorde, Bergues S. Vinoc, Aloſt; mais ils manquerent leur coup à Oſtende & à Bruges où ils furent repouſſez.

Entrepriſe temeraire du Duc d'Anjou, qui ruine ſes affaires.

La grande affaire fut à Anvers. Le Duc ſe retira de la Ville, & fit avancer une partie de ſes troupes cavalerie & infanterie, avec ordre d'entrer. Ils y entrerent, & quand il n'y avoit plus de remede au mal, le Duc déclara à Montpenſier & à la Rochefoucaut, ſon deſſein que ſes gens commençoient deja d'executer. Ils en furent très-mortifiez, & lui dirent qu'ils n'avoient aucune part à une action ſi indigne. Biron regardoit auſſi cette entrepriſe comme déteſtable. Le Corps de François envoié par le Duc s'avançoit dans Anvers, juſqu'à ce que les Bourgeois s'apperçûrent qu'ils vouloient ſe rendre maîtres de la Ville. Ils prirent alors les armes, tendirent les chaînes dans les ruës, & donnerent ſur eux. Le combat fut d'abord rude, les femmes & les enfans jettoient ſur les François des pierres par les fenêtres; de ſorte qu'accablez de tous les côtez, ils perdirent là douze cens hommes. Les autres qui ſe ſauvoient par la fuite boucherent l'entrée aux Suiſſes que le Duc d'Anjou envoioit pour les ſecourir. La choſe s'étant terminée ſi honteuſement & ſi deſagreablement, le Duc d'An-

---

gem Franciæ ut Dominum ſuum agnoſcerent, quam conditionem Ordines rejecere.

Le même. Andinus non ignorans ea quæ in Francia gerebantur, perplexus animo fuit. Videbat enim ſi auxilia non accederent, metuendum eſſe ne Ordines, qui ipſum ideò tantùm Principem ſuum conſtituerant, quod ſperarent auxilia magna ab Rege fratre ſuo mittenda fore; ſi ipſa deficerent, ſibi valedicturos, & aliam viam ingreſſuros, vel fortaſſe in Regis Hiſpaniæ poteſtatem ſeſe reducturos eſſe, eoque facilius, quod Andinus ne unum quidem oppidum munitum haberet ad ſecuritatem ſuam. Suadentibus igitur quibuſdam ex conſilio ſuo, temerariis viris, qui nec rei, quam proponebant, exitum, nec executionis difficultates proſpiciebant; ſtatutum fuit ut quodam indicto die, medio menſe Februario, Andini copiæ Brugas, Antuerpiam, Dunkerkam aliaque plurima oppida occuparent. Illud vero conſilii admiſſum fuit, inſciis Monpenſerio, Rupifucaldo, aliiſque ducibus, qui ipſos haud dubie a tali re avertiſſent. Andinus Antuerpiam ſibi reſervarat, quam ipſe intercepturus erat. Ex improviſo itaque ceperunt Dunkerkam, Diſmudam, Vilvordam, Vinocibergam, Aloſtum, ſed Oſtendam & Brugas fruſtra tentaverunt, repulſique fuere.

Le même. Antuerpiana vero expeditio infelicior fuit. Andinus ex urbe exiit, partemque copiarum ſuarum equitum peditumque in urbem immiſit. Hi Antuerpiam ingreſſi ſunt; cumque non ultra a cœpto deſiſti poſſet, tum Andinus Monpenſerio & Rupifucaldo rem ab ſe ſuſceptam declaravit, quam jam ſui exſequi cœperant. Illi vero de tam temerario auſu perculſi, ſe non in partem tam indignæ ſuſcipiendæ rei veniſſe teſtificati ſunt. Bironus quoque deteſtandum conſilium eſſe profitebatur. Franci vero ab Andino miſſi, Antuerpiamque ingreſſi, ulterius procedebant, donec Antuerpiani advertentes illos intercipere urbem velle, armis aſſumtis, catenas in vicis tetenderunt, ipſoſque adorti ſunt: acrior initio pugna fuit, mulieres & parvuli lapides per feneſtras in Francos immittebant, ſicque illi undique pulſi & intercepti, mille ducentos ſuorum amiſere; alii vero qui fuga ſalutem quærebant, Helvetios ab Andino miſſos, ne ingrederentur cohibuere. Cum res tam turpi & in-

jou

jou ſongea à gagner Tenremonde, & ſe mit en chemin. Mais ceux d'Anvers & de Malines lâcherent les écluſes : enſorte qu'il ne pût paſſer qu'avec grande peine, & pluſieurs des ſiens y furent ſubmergez. 1583.

Cependant le Prince d'Orange, qui par une longue experience avoit apris à ſe tirer habilement des affaires les plus difficiles, prévoiant que ſi le Duc d'Anjou ſe retiroit des Payis-bas, & s'il ne venoit plus de ſecours de France, les Etats ne pourroient ſoutenir la guerre contre le Duc de Parme, qui faiſoit tous les jours de nouveaux progrès, & que peut-être même le Duc d'Anjou lui livreroit les Places des Payis-bas qu'il tenoit en ſa puiſſance ; pour y obvier il tâcha d'adoucir ceux d'Anvers, en quoi il n'eut aucune peine : car dès qu'ils virent que les François ne faiſoient plus de reſiſtance, ils lâcherent les priſonniers, & tournant leur fureur en miſericorde, ils penſerent les bleſſez, & chercherent parmi les morts ceux qui reſpiroient encore pour les faire traiter & médicamenter. Le Prince d'Orange obtint alors des Etats qu'on envoiroit au Duc d'Anjou de nouvelles propoſitions & conditions, moiennant leſquelles il ſeroit toujours reconnu pour Prince dans les Pays-bas. Le Duc qui s'étoit retiré dans le Cambreſis, ne s'accommoda point de ces conditions, ou pour mieux dire, la honte d'une affaire ſi inconſiderément entrepriſe & ſi mal executée, le détournoit de reparoître de nouveau ſur ce theâtre. Le Duc de Parme profitant de ces troubles ſe rendit maître de pluſieurs Places des Payis-bas, & le Prince d'Orange ſachant qu'on lui tendoit des embuches, & qu'on en vouloit à ſa vie, ſe retira en Hollande.

Livre de Roſieres pour la maiſon de Lorraine.

François de Roſieres Archidiacre de Toul, fit en ce tems-ci imprimer à Paris un Livre dont le titre étoit *Stemmatum Lotharingiæ & Barri Ducum, Tomi VII.* où il tâchoit de prouver que les Ducs de Lorraine deſcendoient de Charlemagne, & que par conſéquent la Couronne de France leur appartenoit. Ce Livre contenoit outre cela pluſieurs choſes injurieuſes au Roi Henri III. On fit ſaiſir l'Auteur, qui fut conduit à la Baſtille, & mené enſuite en la preſence du Roi, auquel il demanda miſericorde. La Reine pria pour lui, & le Roi lui donna ordre d'aller joindre le Duc de Lorraine & de ſe tenir auprès de lui. Voilà deux Livres faits en peu de tems ſur cette matiere : celui de l'Avocat David, & celui-ci. Ce qui marquoit aſſez les deſſeins funeſtes des Guiſes, qui éclaterent bien-tôt après.

---

grato modo ceſſiſſet. Andinus Teneramundum petere cupiens iter ſuſcepit. Verum Antuerpiani & Mechlinienſes laxatis cataractis terras inundavêre, ita ut nonniſi cum maxima difficultate tranſire potuerit, multique ſuorum in aquis perierint.

Le même. Inter hæc Princeps Arauſicanus, qui diuturno experimento a difficultatibus quam maximis ſeſe expedire didicerat, cum prævideret, ſi Andinus ex Belgio diſcederet, nullumque poſtea ex Francia auxilium mitteretur, fore ut Ordines non ultra poſſent Parmenſem propulſare, qui in dies oppida occupabat, forteque timendum eſſe, ne Andinus ipſi Belgii oppida dederet, quæ tunc ille tenebat ; ut hæc mala præverteret, Antuerpianos ſedare conatur, neque ea in re multum laboravit. Illi enim ubi viderunt Francos non ultra obſiſtere, captos libertate donavêre, & furore in miſericordiam converſo, vulneratos curavêre, inter cæſos quæſivere eos qui adhuc ſpirarent, ut Medicis recreandos traderent. Princeps Arauſicanus Ordinibus auctor fuit, ut ad Andinum Ducem mitterent, novaſque ipſi conditiones offerrent, ita ut ipſe ſemper Belgii Princeps haberetur. Dux Andinus qui in Cameracenſem tractum ſe receperat, conditiones illas admittere noluit ; utque vere dicatur, pudor tam inconſulto ſuſcepti, & tam inſulſe tentati negotii, ab hujuſcemodi theatrali ſcena illum avertebat. Dux Parmenſis occaſione tanti tumultus captata, multa oppida in Belgia cepit, & Princeps Arauſicanus gnarus inſidias vitæ ſuæ parati, in Hollandiam ſeceſſit. *Thuanus. Memoires pour l'hiſtoire de France.*

Franciſcus Roſarius Archidiaconus Tullenſis Lutetiæ cuſum librum emiſit, cujus titulus erat, *Stemmatum Lotharingiæ & Barri Ducum Tomi VII.* ubi probare nitebatur Lotharingiæ Duces a Carolo Magno ortos eſſe, atque ideo Francicam Coronam ad ipſos pertinere. Liber etiam multa complectebatur Henrico III. Regi contumelioſa. Comprehenſus auctor fuit & ad Baſtiliam adductus, poſtea coram Rege ſiſtitur, a quo miſericordiam poſtulavit. Regina pro illo interceſſit, juſſuſque eſt Roſarius Lotharingiæ Ducem adire, & penes illum manere. Duo jam libri hac de re emiſſi, Davidis nempe Advocati, & Roſarii, Guiſiorum conſilia palam faciebant, quæ non diu poſtea erupere. *Thuanus.*

1583. Le Roi cependant toujours investi de ses Mignons les Ducs de Joyeuse & d'Epernon, vivoit dans la molesse. On croioit que le Duc de Joyeuse étoit attaché aux Guises ses alliez, il en avoit d'abord donné quelques marques: mais il changea depuis, & sembloit tourner de l'autre côté. Le Duc d'Epernon comme par opposition à l'autre favori, se mit du parti du Roi de Navarre, & plusieurs autres Seigneurs, même des Catholiques, se rangerent aussi de ce côté, comme ayant quelque pressentiment que quoiqu'il eût de puissans adversaires, la justice de sa cause l'emporteroit enfin, si la branche regnante venoit à manquer. Les Guises vouloient renouveller la guerre contre les Huguenots, pour venir à leurs fins. Et la Reine Mere fâchée de se voir comme exclue du Gouvernement par les Mignons, se joignit avec les Guises, quoique dans le fonds elle ne les aimât guere, esperant que dans le trouble on auroit besoin d'elle pour concilier les factions dont le Roiaume étoit plein.

Voiage du Duc de Joyeuse à Rome.

Joyeuse qui avoit alors la premiere place dans les bonnes graces du Roi, souhaitoit fort d'obtenir le Gouvernement du Languedoc. Il en traita même avec d'Anville qui en rejetta la proposition: d'Anville se sentoit soutenu par le Pape, & Joyeuse prit de là occasion d'entreprendre un voiage en Italie. Le prétexte en étoit de voir le payis, & de faire ses devotions à Rome; mais le veritable motif se découvrit par ses allures: il vouloit faire parade de son credit & de sa puissance, & quelques demandes à Sa Sainteté pour le Roi; se montrer au Pape & aux Puissances de l'Italie, comme fort propre à être à la tête des armées contre les Huguenots, & débusquer ainsi les Guises de cette qualité qu'ils occupoient alors. Il vouloit aussi rendre suspects au Pape les Montmorencis, comme fauteurs des Religionnaires. Mais les soins que d'Anville avoit toujours pris d'empêcher que les Huguenots ne se saisissent des Places du Comtat d'Avignon, avoient si fort prévenu le Saint Pere en sa faveur, que l'entrepise étoit fort difficile. Joyeuse se rendit donc à Rome, & y fut reçû avec beaucoup de magnificence, y fit des dépenses prodigieuses, & eut audience de Sa Sainteté, où il se déchaîna contre d'Anville. Le Pape prévenu par les lettres de l'accusé, lui témoigna qu'il n'ajoutoit pas grand'foi à ce qu'il lui disoit, & que l'attachement que d'Anville & les siens avoient toujours fait paroître pour le Saint Siege, démentoit tous les faux bruits que ses ennemis avoient répandus dans la Cour de France contre lui. Joyeuse fut très-bien reçû à Venise &

Le même. Rex interea gratiosis suis Joüsa & Espernonio semper cinctus in mollitie vitam agebat. Putabatur autem Joüsam Guisiis addictum esse, affinibus nempe suis: hujusce rei quædam signa dederat; verum postea mutatus fuisse dicitur. Espernonius contra, utpote Joüsæ oppositus, ad partes Regis Navarræ accessit, multique alii primores, etiam Catholici, ad Navarrum se convertere, quasi prospicientes, ipsum etiamsi potentes adversarios haberet, summam rerum jure obtenturum esse, si quidem stirps regnans deficeret. Guisii bellum denuo Hugonotis inferri cupiebant, ut ipsi sic optata assequerentur. Catharina vero ægre ferens, quod se a Regni administratione per gratiosos excluſam videret, cum Guisiis sese adjunxit, etsi illos non multum amabat; sed sperabat perturbata Regni tranquillitate, sua opera usurum esse Regem ad diversas Regni factiones conciliandas.

Thuanus. Memoires &c. Joüsa qui tunc inter gratiosos primus erat, Septimaniæ Præfecturam ambiebat. Cum Damvilla etiam ea de re tractare voluit, a quo repulsus fuit. Damvilla quippe se Summi Pontificis auctoritate fultum sciebat. Joüsa vero hinc occasionem sumsit Italiam petendi, obtentu quidem regionem illam invisendi, & Romam pietatis causa eundi; sed ut ex ejus gestis compertum fuit, volebat ille potentiam suam & gratiam, qua apud Regem valebat, ostentare, aliqua Regis nomine postulare, & Pontifici Summo Principibusque Italiæ sese exhibere, quasi idoneus esset ad exercitus ducendos contra Hugonotos, illudque muneris Guisiis auferre si posset. Cupiebat etiam Monmorencios Summo Pontifici suspectos reddere; sed cum Damvilla semper curavisset, ut ne Hugonoti Avenionensis Comitatus oppida occuparent, ita sibi Summum Pontificem conciliaverat, ut illum contra ipsum vertere difficile esset. Joüsa igitur Romam venit, magnificeque exceptus fuit. Contra Damvillam autem debacchatus est. At Pontifex, qui Damvillæ literas acceperat, se dictis Joüsæ non multum fidem habere ostendit, dixitque curam illam tantam, quam Damvilla semper habuerat, ut suum erga Sanctam Sedem affectum comprobaret, falsos omnes rumores quos inimici ipsius in aula regia Francica sparserant confutare. Joüsa Venetiis & apud Principes Italiæ

chez les Potentats de l'Italie ; il revint en France, où il tomba malade, & eut grand' peine à ſe remettre. Le mauvais ſuccès de ſa négociation fut peut-être une des cauſes de ſa maladie. 1583.

Epernon profitant de ſa longue abſence, s'inſinua plus avant dans les bonnes graces du Roi, qui ne penſoit plus à Joyeuſe ; enſorte qu'il couroit fortune de perdre ſa qualité de Mignon. Mais Epernon craignant que le Roi ne jettât les yeux ſur quelqu'autre qui auroit peut-être l'avantage ſur lui, s'intereſſa pour faire revenir Joyeuſe à la Cour ; il s'y rendit, & fut bien reçû du Roi.

Cependant le Duc d'Anjou, qui après la honte reçûë à Anvers, s'étoit retiré dans le Cambreſis, vint depuis à Château-Thierri qui lui appartenoit ; & par l'entremiſe de la Reine ſa mere qui le reconcilia avec le Roi Henri, il vint à la Cour où il ne demeura que dix jours. De retour à Château-Thierri, il reçût une Ambaſſade ménagée par le Prince d'Orange. Schoneval & d'autres Députez vinrent le trouver de la part des Etats des Payis-bas, qui s'offroient de le reconnoître comme ci-devant pour leur Prince. Cet Ambaſſade lui fit beaucoup de plaiſir, & elle l'auroit encore plus réjoüi, ſi la maladie dont il ſe ſentoit déja frappé n'y avoit mis un obſtacle. Dans ces grandes agitations où il s'étoit trouvé en Flandres, comme il courroit à cheval, il s'étoit rompu quelques veines, ce qui joint au déplaiſir d'une entrepriſe auſſi mal concertée qu'executée, le mina peu à peu ; il traîna long-tems, & mourut enfin au mois de Juin de la même année. Il étoit de taille médiocre, mais bien formée, brun de viſage, vif, ambitieux, entreprenant, magnifique & liberal. Il mourut dans des ſentimens fort chrétiens, âgé de trente ans, & laiſſa beaucoup de dettes. On ſoupçonna fort qu'il avoit été empoiſonné ; & de fait, ſon corps aïant été ouvert, les Chirurgiens y trouverent des marques de venin. On crut que c'étoit les Eſpagnols qui lui avoient fait donner un breuvage. C'étoit un uſage chez eux d'expedier ainſi leurs ennemis. Ils voulurent dans le même tems faire tuer traîtreuſement la Reine Eliſabet, mais la trahiſon fut découverte, & le traître puni. Ils ne manquerent pas le Prince d'Orange qui fut tué dans ſa maiſon d'un coup de piſtolet par Balthaſar Gerard Comtois, émiſſaire du Roi d'Eſpagne. 1584. Mort du Duc d'Anjou.

La mort du Duc d'Anjou changea en France la face des affaires. Elle ôta aux Guiſes le ſeul obſtacle qui leur reſtoit, & réveilla leurs eſperances. Le Roi

---

comiter exceptus fuit. In Franciam vero rediit, ubi in morbum lapſus vix convaleſcere potuit. Fruſtra ſuſcepti negotii dolor, ægritudinis forte cauſa fuerit.

Eſpernonius, captata ejus diuturnioris abſentiæ occaſione, in Regis gratiam ſeſe magis inſinuavit, qui de Joüſa non ultra ſolicitus erat, ita ut in periculum veniret, ne gratioſi locum amitteret : verum Eſpernonius timens ne gratioſum alium Rex admitteret, qui fortaſſis ea in re ſe ſuperaturus eſſet, Joüſam in aulam regiam redire curavit, ubi a Rege benigne exceptus fuit.

Thuanus. Andinus interea, qui poſt turpem illum Antuerpianum caſum, in Cameracenſem agrum ſe receperat, in Theodorici poſtea caſtrum, quod ad ſe pertinebat, ſe recepit, & interveniente Catharina Matre, Regi fratri reconciliatus, in aulam regiam venit, ubi per dies tantum decem manſit. In Theodorici caſtrum reverſus, Oratores Ordinum Belgii excepit. Curante enim Principe Arauſicano, Schonevallius cum aliis ad ipſum deputatus fuerat. Ordines vero ſe illum ut Principem ſuum, qualis antea fuerat, recepturos offerebant ; quæ certe legatio magis illi placitura erat, niſi obfuiſſet morbus in quem inciderat. Cum in Belgio vehementer exagitaretur, & ipſe eques, laxatis habenis, curreret, venæ aliquot ipſi abruptæ fuerant : quæ ægritudo, cum malæ ſuſceptæ & tentatæ rei dolore conjuncta, ipſum paulatim viribus deſtituit, & diuturna invaletudine conſumſit. Mortuus eſt admodum Chriſtianos affectus præ ſe ferens, triginta annos natus ; ſed multum æs alienum contraxerat. Suſpicio magna fuit ipſum veneno ſublatum fuiſſe ; cumque Chirurgi cadaver aperuiſſent, quaſdam toxici notas repererunt. Rumor fuit Hiſpanos ipſi venenum propinaviſſe : ſic illi expedire ſolebant eos quos de medio tollere cupiebant. Eodem tempore Eliſabetam Reginam per proditionem ex vivis tollere voluerunt ; at incaſſum : ſed Principem Arauſicanum perimere non fruſtra tentaverunt. Periit enim ille ex ſclopeti ictu per manum Balthaſaris Girardi, ex Burgundiæ Comitatu a Rege Hiſpaniæ miſſi.

Mors Andini in Francia rerum faciem mutavit : Guiſiis enim unicum, qui reſtabat, obicem ſuſtulit. *Thuanus*

1584. étoit hors d'état d'avoir des enfans, il vivoit toujours dans l'oiſiveté; livré à ſes Mignons, qui le tournoient comme ils vouloient : il ſe rendoit de plus en plus mépriſable à tous ſes ſujets ; ce qui fut cauſe que la jeune Nobleſſe Catholique, qui avoit ſuivi le Duc d'Anjou dans la guerre des Payis-bas, ſe tourna preſque toute du côté des Guiſes. On l'avertit enfin du péril où il ſe jettoit en laiſſant ainſi la liberté aux Guiſes de s'agrandir à ſes dépens. Il ſe réveilla alors, quoique trop tard, comme d'une profonde létargie, & croiant que pour les brider il ſuffiſoit de maintenir le Roiaume en paix, & d'empêcher que les Reformez ne priſſent les armes, il fit dire au Roi de Navarre, qui étoit comme leur Chef, qu'il leur laiſſoit la liberté de s'aſſembler, & de traiter de leurs affaires. L'aſſemblée ſe tint à Montauban, où ſe trouva auſſi de la part du Roi, Pompone de Belliévre.

Ses deux mignons le menoient à leur fantaiſie ; & comme ils ſuivoient differens partis, cela faiſoit que ſes allures n'étoient pas toujours uniformes. Joyeuſe qui haïſſoit les Reformez, paſſoit pour être du parti des Guiſes ſes alliez. D'Epernon au contraire, quoiqu'il n'aimât pas les Huguenots, étoit attaché au Roi de Navarre, ſoit qu'il fût perſuadé de la juſtice de ſa cauſe, ſoit par haine contre les Guiſes. Il alla le voir du conſentement du Roi pour lui perſuader d'embraſſer la Religion Catholique, & de venir à la Cour, où il ſeroit plus à portée de tenir tête à ſes adverſaires : mais il s'en revint ſans pouvoir gagner cela ſur lui. A l'occaſion de cette entrevûë, du Pleſſis-Mornay fit un Ecrit ſur cette Conference pour raſſurer les Religionnaires qui en avoient été allarmez. Ceux du parti des Guiſes publierent alors qu'Epernon n'y étoit pas allé pour ramener les Huguenots à la Religion Catholique, mais pour faire un traité ſecret avec eux. Les Guiſes eurent ſoin de répandre cela par tout, le peuple Catholique en fremiſſoit, & les Prédicateurs en pleine chaire l'animoient ſans ceſſe, & en parloient avec la même aſſurance, que ſi la choſe eût été certaine. On commença à lever des gens ſous main, & à leur donner des Capitaines, afin qu'on pût trouver promptement des troupes quand il ſeroit neceſſaire.

Le Roi voiant tout ceci en fut allarmé, & ſe diſpoſoit à prendre des meſures pour rabattre les coups que les Guiſes vouloient lui porter. Mais la Reine

---

Rex omnino prole carituras eſſe videbatur. In otio ſemper ille degebat cum gratioſis, qui illum pro lubito regebant, indeque magis ac magis ſubditorum deſpectui expoſitus erat. Hinc evenit ut juniores nobiles Catholici, qui Andinum in Belgium euntem ſequuti fuerant, ad Guiſios omnes penè ſe converterent. A quibuſdam tandem ſubmonitus Rex eſt in quantum ſe periculum conjiceret, dum Guiſiis eam facultatem daret, qua in damnum ſuum potentiores evaderent. Tunc expergefactus, quaſi ex profundo ſomno excitatus eſt, putanſque ad illos coercendos ſatis eſſe, ſi Regnum ſuum in pace ſervaret, & ſi Reformatos quominus arma ſumerent impediret. Regi Navarræ, qui illorum quaſi Princeps erat, moneri juſſit, liberum ipſis eſſe unà convenire, ut de rebus ſuis tractarent. In Montem-albanum illi convenerunt, & cœtui Regis nomine interfuit Pomponius Bellevreus.

Le même. Duo gratioſi Joüiſa & Eſpernonius ad libitum ſuum Regem moderabantur, & quia diverſis partibus ſinguli hærebant, Henricus non ſemper paria exſequebatur. Joüiſa qui Reformatos oderat, Guiſiorum ſibi affinium partibus addictus eſſe putabatur. Eſpernonius contra, etſi Hugonotos non amabat, Regi tamen Navarræ hærebat, ſive ex Guiſiorum odio, ſive quia Navarri jura æquiora eſſe putabat. Conſentiente autem Rege, Navarrum ille adiit, ut illum hortaretur ad Catholicam Religionem amplectendam, ſuaderetque ipſi ut ad Regiam aulam veniret, ut contra adverſarios ſuos præſens ſtare poſſet : verum ille, re infecta, reverſus eſt. Occaſione colloquii iſtius, Pleſſius Mornæus ſcriptum emiſit, ut Reformatos, qui ex colloquio timore perculſi fuerant, ſedaret tranquilloſque redderet. Guiſiani vero tunc publicavêre Eſpernonium non veniſſe, ut Reformatos ad Catholicam fidem reduceret, ſed ut pacta ſecreta cum illis iniret. Guiſii hunc rumorem ubique ſparſerunt. Infremebat plebs Catholica. Concionatores vero illam perpetuo concitabant, & rem affirmabant quaſi certo conſtaret. Tunc armati clam conſcripti ſunt, ipſiſque duces & tribuni aſſignati fuere, ut in promtu pugnatorum manus haberentur, ſi caſus id exigeret.

His conſpectis Rex, pavore commotus, ut Guiſiorum auſus comprimeret, quædam moliebatur : *Le même.*

mere qui n'eut jamais autre choſe en vûë que de ſe rendre neceſſaire, l'adoucit & le tourna ſi bien, qu'il ſe contenta de faire publier un Edit, où il déclaroit criminels de Leze-Majeſté tous ceux qui feroient des aſſemblées ſecretes, des complots & des levées de gens, & ceux qui préteroient la main à ces factieux; trop foibles armes contre un mal auſſi preſſant, diſoient en gemiſſant les gens bien intentionnez. On ſe plaignoit auſſi que ce Prince trop bon laiſſoit les plus grands crimes impunis. Cela le piqua vivement. Un criminel ſurpris dans le même tems paya pour les autres. C'étoit un Gentilhomme du payis Chartrain, nommé Pierre d'Eſguain Sieur de Belleville, Religionnaire, qui avoit fait des Ecrits & des vers infamans contre le Roi. Il le fit livrer à la Juſtice qui le condamna à être pendu, aiant ces écrits attachez à ſon cou: ſon corps avec les Ecrits furent brûlez, & ſes biens confiſquez. 1584.

Au mois de Decembre de la même année, il nomma le Duc d'Epernon Colonel General de l'Infanterie, & ajouta à cette Charge des pouvoirs & des privileges qu'elle n'avoit pas auparavant. L'Acte en fut inſeré dans les Regiſtres du Parlement au mois de Janvier ſuivant. Il fit auſſi pluſieurs Reglemens pour ſa Cour où il n'y avoit guere d'ordre, & celui qu'il y voulut mettre n'y dura pas long-tems, l'inſtabilité de ſon eſprit lui faiſoit changer un jour ce qu'il avoit établi l'autre. Cela ne ſervit enfin qu'à augmenter le mépris qu'on avoit pour lui.

Cette année Louis de Foix né à Paris; mais originaire du Comté de Foix dont il portoit le nom, homme induſtrieux, & habile Architecte, qui avoit fait en Eſpagne pour le Roi Philippe de fort beaux ouvrages, bâtit à l'embouchure de la Garonne la Tour de Cordouan. C'étoit un phare pour éclairer les vaiſſeaux qui alloient la nuit, bâti près des mazures d'un autre phare ruiné. Il avoit auparavant rétabli le port de Baionne, que les ſables pouſſez par la marée avoient preſque comblé, en détournant le cours de l'Adour & d'autres rivieres qui s'y joignent; il le repara ſi bien, que le port fut mis en un bon état, & s'y maintient encore aujourd'hui.

Depuis la mort du Duc d'Anjou, le Duc de Parme avoit fait de grands progrès dans les Payis-bas, il avoit pris pluſieurs Places, & même Gand & Bruges, & tenoit Anvers inveſti. Les Etats ne pouvant ſoutenir la guerre ſans un grand

---

verum Catharina, cui nihil aliud unquam cordi fuit, quam ut ſe neceſſariam redderet, animum ejus ſedavit, atque eo deduxit, ut ſatis haberet Edictum publicare, quo læſæ majeſtatis reos declarabat eos, qui ſecretos conventus, & conſpirationes facerent, vel milites conſcriberent, eoſque qui factioſis manum darent. Debilia certe arma contra tantum imminenſque malum, ut ingemendo dicebant ii, queis æqui bonique ratio cordi erat. De Rege etiam quidam querebantur, quod graviora ſcelera impune fieri ſineret. Ille vero dictorum impatiens, in quemdam in culpa tunc deprehenſum ſæviit, qui pro aliis ſolvit. Is erat vir nobilis Carnotenſis, cui nonem Petrus Eſganiusde Bellavilla, Reformatus, qui verſus contra Regem contumelioſos ſcripſerat. Hic Judicibus juſſu Regis traditus, ſuſpendio vitam finivit, ſcripta illa in collo geſtans. Corpus ejus cum ſcriptis combuſtum eſt, & bona fiſco addicta.

Journal d'Henri III.

Thuanus. Menſe Decembri ejuſdem anni Eſpernonium ſumma peditum Præfectura, donavit, additis huic Præfecturæ privilegiis, quæ non antea habuerat. Diploma in Senatum allatum, in Curiæ acta relatum eſt menſe Januario ſequenti. Pro aula ſua etiam ubi nullus pene ordo ſervabatur plurima ſtatuit, & ordo qui ab illo tunc conſtitutus fuit, non diu tenuit. Ex animi mobilitate, quæ nuper ſtatuerat ipſe paulopoſt immutabat.

Le même. Hoc anno Ludovicus Foxius Lutetiæ natus, ſed ex Fuxenſi Comitatu oriundus, unde & nomen ducebat, vir induſtrius, ingenioſuſque Architectus, qui in Hiſpania Philippo Regi egregia opera fecerat, in Garumnæ oſtiis turrim Corduanam ſtruxit, prope alterius turris rudera, quæ turris ceu pharus erat ad navigantium ſecuritatem. Antea vero portum Baionæ reſtauraverat, quem arena ab æſtu maris invecta impleverat, Myri & aliorum illuc confluentium amnium curvato ad dexteram curſu. Portus autem optimo in ſtatu deductus eſt, ſicque hodie perſeverat.

Thuanus. Poſt obitum Andini Ducis Dux Parmenſis proſperrime bellum geſſit in Belgio, multas urbes oppidaque, imo Gandavum & Brugas ceperat, & Antuerpiæ aditus occupabat. Ordines vero Belgici, cum bellum tantum ſine extraneorum auxiliis ferre non

1584. Les Etats des Payis-Bas veulent reconnoître le Roi pour leur Prince.

secours étranger, resolurent de se donner au Roi de France, & de le déclarer leur Seigneur. Ils lui envoierent des Députez pour le prier d'accepter l'offre qu'ils lui faisoient de le reconnoître pour leur Prince. Ces Députez attendirent long-tems la réponse.

Cependant le Duc de Guise, qui depuis la mort du Duc d'Anjou se voioit plus en état que jamais de parvenir à ses fins, s'attiroit le plus de gens qu'il pouvoit, & fortifioit tous les jours son parti. Il savoit pourtant que selon la Coutume & les Loix fondamentales du Roiaume, si le Roi venoit à mourir sans enfans, la Couronne devoit passer au Roi de Navarre, alors le premier Prince du Sang, que la plûpart des gens, sur tout les grands Seigneurs & la Noblesse le regardoient comme le successeur futur d'Henri III. & que quand ils verroient un Prince de la Maison de Lorraine Chef du parti opposé, cela détourneroit bien des gens de se joindre à lui; il resolut de mettre à la tête de son parti le vieux Cardinal Charles de Bourbon, oncle du Roi de Navarre, qui seroit comme un phantôme, sous l'ombre duquel il disposeroit de tout à sa volonté. Il n'eut pas de peine à persuader au bon homme qu'au défaut de la branche des Valois la Couronne lui appartenoit, & non au Roi de Navarre son neveu.

Le Cardinal étant dans ces dispositions, le Duc de Guise lui persuada aisément de prêter son nom pour être à la tête de ses entreprises. Il pensoit même à obtenir dispense du Pape pour le marier avec Catherine sa sœur, veuve du Duc de Montpensier, & il continuoit ses intrigues & ses pratiques avec la Cour d'Espagne. Il en recevoit de grosses sommes & s'en servoit pour fortifier & augmenter son parti. Des Prédicateurs turbulens qui étoient à ses gages, soulevoient le peuple dans leurs Sermons. Ils se déchaînoient contre le Roi de Navarre & les autres Princes heretiques ou fauteurs de l'heresie, sans épargner la personne du Roi, & extolloient le Cardinal de Bourbon, le Duc de Guise & les autres Princes qui s'opposoient vigoureusement aux Reformez. On vit dans le même tems paroître plusieurs Ecrits qui parloient sur le même ton, & qui representoient les horribles persécutions qu'on faisoit aux Catholiques en Angleterre, & assuroient qu'on verroit la même chose en France si le Roi de Navarre succedoit à la Couronne: & pour exciter plus efficacement le peuple

---

possent, decreverunt tandem sese Regi Francorum dedere, ipsumque Dominum suum declarare. Oratores autem ipsi miserunt rogatum, uti oblatum sibi dominium acceptum haberet, qui Legati diu responsum Regis exspectavere.

Le même. Interea Guisius, qui post Andini mortem, meliorem propositi consiliique sui exitum fore prospiciebat, quot quantosque poterat ad partes suas pelliciebat. Non ignorabat tamen ex more & ex legibus Regni præcipuis, si Rex sine mascula prole moreretur, Coronam ad Regem Navarræ transituram esse, qui primus tunc e Sanguine Regio Princeps erat; majoremque partem, maxime vero procerum & nobilium, ipsum quasi successorem futurum Henrici III. habere, & si viderent Lotharingum Principem oppositæ parti imperare, multos certe ad contrariam partem accessuros esse; senem Carolum Cardinalem Borbonium Navarri patruum factionis suæ Principem constituere decrevit, qui quasi umbram & speciem ducis præ se ferret, sub quo ipse Guisius ad libitum suum omnia administraret. Seni autem facile suasit, deficiente Regia Valesiorum stirpe coronam ad se, non ad Navarrum, pertinere.

Cum ita affectus Cardinalis esset, facile Guisio assensit, nomenque suum dedit, ut factionis hujusce dux adscriberetur. Guisius etiam dispensationem Summi Pontificis impetrare cogitabat, ut illum connubio jungere posset cum Catharina sorore sua, quæ Monpensierii Ducis uxor fuerat, & cum Hispanica aula occulte consilia moliminaque versabat. Summas pecuniæ grandes ab Rege Philippo accipiebat, queis ut multos ad suas partes alliceret, utebatur. Concionatores quidam turbulenti, quos pecuniâ sibi devinxerat, populum in concionibus excitabant: Navarrum, aliosque Principes Hæreticos, hæreticorumque fautores infectabantur, nec Regi ipsi Henrico parcebant. Cardinalem vero Borbonium, Ducem Guisium aliosque Principes extollebant, qui Reformatos vehementer impeterent. Eodemque tempore scripta multa in publicum prodiere, quæ eadem ipsa decantabant, horrendæque vexationes quæ in Anglia contra Catholicos exercebantur repræsentabant: asserebantque eadem ipsa in Francia futura esse, si Navarrus coronam regiam Francicam exciperet. Utque magis

à la revolte, ils faiſoient repreſenter en peinture & dans des eſtampes ces perſécutions Anglicanes. 1584.

Cependant le Roi Henri qui n'aimoit pas les Huguenots, prenoit des meſures plus efficaces, quoique plus douces, pour éteindre l'hereſie. Dans ce tems de paix il ne donnoit ni Charge ni Magiſtrature à aucun des Reformez, qui ſe voioient par là exclus de toutes les graces. Les jeunes Nobles qui venoient à la Cour, s'ils étoient Religionnaires, s'appercevoient d'abord que le Roi ne les regarderoit jamais de bon œil s'ils n'embraſſoient la Religion Catholique : ce qui faiſoit que pluſieurs revenoient au giron de l'Egliſe ; & ſi la choſe eut continué de même, il en eut ramené ainſi un beaucoup plus grand nombre, que par la force des armes.

Le Duc de Guiſe s'apperçût de cela, & craignit que ſi l'on venoit à faire attention à cette conduite du Roi, la grande animoſité du peuple ne ſe refroidît, & qu'il ne perdît enfin le fruit de tant de peines & d'intrigues. Ce fut ce qui l'obligea d'accelerer ſon traité avec le Roi d'Eſpagne, qui fut conclu à Joinville le dernier jour de l'an 1584. dont les principales conditions étoient telles ; que le Roi d'Eſpagne & les Princes liguez, dont le Chef étoit Charles de Bourbon Cardinal, s'uniroient enſemble pour faire la guerre aux Heretiques ; que ſi le Roi Henri venoit à mourir ſans hoirs mâles, le Cardinal de Bourbon ſeroit declaré ſon ſucceſſeur, & que les autres Princes du Sang heretiques ſeroient exclus à perpetuité de la Couronne ; que la paix de Cambrai faite l'an 1559. entre les deux Couronnes, ſeroit rétablie ; qu'il n'y auroit dans le Roiaume qu'une Religion, ſçavoir la Catholique Apoſtolique & Romaine, & qu'on extermineroit tous les Heretiques ; que le Concile de Trente ſeroit reçû en France ; qu'on renonceroit de part & d'autre à tout traité d'alliance avec les Turcs. Le Roi Philippe promettoit de fournir au parti Catholique de France 50000 piſtoles tous les mois pendant le tems que dureroit la guerre. Que ſi quelqu'autre Prince Catholique & étranger vouloit entrer dans ce traité, il y ſeroit admis par les Princes traitans. Traité du Duc de Guiſe avec le Roi d'Eſpagne.

Les Députez des Etats des Payis-bas, qui par ordre du Roi s'étoient arrêtez à Senlis, furent mandez pour ſe rendre à Paris, où ils devoient avoir audience. Mendoza Ambaſſadeur d'Eſpagne, inſtruit par le Duc de Guiſe, s'oppoſa for-

---

populum ad rebellionem concitarent, depictas delineataſque imagines concinnari curabant, in queis Anglicanæ *perſequutiones* exhibebantur.

Le même. Inter hæc Henricus Rex qui Hugonotos averſabatur, modos exſtinguendæ hæreſeos efficaciores, etſi mitiores ſuſceperat. In hoc pacis tempore nec officia nec magiſtratum cuipiam Reformatorum dabat. Juniores nobiles qui in aulam regiam concedebant, ſi novam religionem ſectarentur, ſtatim advertebant ſe ab Rege limis oculis conſpiciendos eſſe, niſi Catholicam Religionem amplecterentur, indeque multi in Eccleſiæ gremium ſe recipiebant. Et ſi eodem modo rem agi continuatum fuiſſent, longe plures hoc pacto reducturus erat, quam vi armorum adhibita.

Le même. Id advertit Guiſius, timuitque ne, ſi hic Regis agendi modus adverteretur, concitatus populus ſedaretur, & ipſe laborum & occultarum artium fructum amitteret, ideoque celerius cum Hiſpaniæ Rege pacta iniit, quæ Jonvillæ conſcripta fuere ultimo die anni 1584. Præcipuæ vero conditiones erant, quod Rex Hiſpaniæ & Principes ſocietaeconjuncti, quorum dux & præcipuus erat Carolus Cardinalis Borbonius, ſimul copias juncturi eſſent ut hæreticis bellum inferrent ; quod ſi Henricus Rex moreretur ſine maſcula prole, Cardinalis Borbonius ejus ſucceſſor declarandus eſſet ; aliique Principes hæretici a Corona excluſi in perpetuum forent ; quod pax Cameracenſis anno 1559. facta inter ambas coronas, reſtituenda in integrum eſſet ; quod in Franciæ Regno una futura eſſet Religio Catholica, Apoſtolica & Romana, & quod Hæretici omnes exterminandi ; quod Concilium Tridentinum in Francia recipiendum ; quod in utraque parte quævis cum Turcis pacta reſcincenda eſſent. Rex Philippus pollicebatur ſe parti Catholicæ Francicæ daturum ad ſingulos menſes quinquaginta aureorum millia, quanto tempore bellum protraheretur ; quod ſi quis alius Princeps extraneus Catholicus huic pactioni ſubſcribere vellet, ab utraque parte admittendus eſſet.

Le même. Oratores Ordinum Belgicorum, qui jubente Rege Silvanecti ſubſtiterant, Lutetiam evocati fuere, ubi audiendi erant. Mendoza Hiſpaniæ Orator, ſubmonente Guiſio, interceſſit, obteſtatuſque eſt Regem

1585. tement à ce que ces Députez de gens rebelles à ſon Maître le Roi d'Eſpagne fuſſent entendus, & uſa même de menaces. Le Roi lui répondit d'un ton ferme, donna audience à ces Députez, & differa la réponſe juſqu'à ce qu'il auroit déliberé dans ſon Conſeil. Mendoza écrivit alors au Duc de Guiſe, qui étoit abſent, & lui fit entendre qu'il falloit inceſſamment ſe déclarer & prendre les armes. Le Duc qui y étoit aſſez porté de lui-même, appella d'abord les troupes qu'il faiſoit lever dans la Suiſſe & en Allemagne, fit aſſembler la Nobleſſe de Champagne & de Bourgogne.

Le Roi averti de cette levée de boucliers, publia un Edit où il défendoit de faire des levées de troupes dans ſon Roiaume ſans ſon ordre. Le Duc de Guiſe pour porter le Duc de Lorraine, qui n'étoit jamais entré dans ces guerres, à prendre les armes, lui fit eſperer qu'il le rendroit maître & poſſeſſeur des trois Villes, Mets, Toul & Verdun acquiſes ſur l'Allemagne, & ce Prince accepta la condition. Le Duc de Guiſe aiant fait revolter la populace de Verdun contre le Gouverneur, ſe rendit maître de la Ville, & prit Toul de la même maniere. Il fit une tentative ſur Mets. Le bon ordre que le Duc d'Eſpernon avoit mis dans cette Ville, fit qu'il manqua ſon coup. Il vint enſuite en Champagne avec un corps de douze mille hommes.

Le Duc de Nevers s'étoit mis au commencement du parti de la Ligue, croiant que le Pape l'avoit approuvée; mais quand il ſçût que Sa Sainteté n'avoit jamais dit un mot en ſa faveur, il y renonça publiquement; ce qui ne fit pas plaiſir aux Princes liguez, qui craignirent que d'autres ne ſuiviſſent ſon exemple. Le Duc de Guiſe alla lui-même querir le Cardinal de Bourbon qui étoit alors à Perone, & le mena à Châlons, d'où les Princes liguez firent entendre ſous main au Roi qu'ils n'étoient pas éloignez d'un accommodement. Ce Prince timide, & qui plongé dans une molle oiſiveté, ne demandoit que le repos, y donna les mains, & y envoya ſa Mere, qui ſe chargeoit volontiers de telles commiſſions. Le Congrès ſe tint à Epernai, où les Liguez firent aſſembler tout ce qu'ils avoient de troupes, à deſſein d'obtenir pat la terreur de leurs armes des conditions meilleures. Le Roi vouloit au contraire que les Ligueurs fuſſent obligez de congedier leurs troupes avant que de conclure leur traité.

---

ne homines ab iis miſſi, qui Regi Hiſpaniæ rebelles erant, audirentur, minaſque etiam intentavit. Rex firmiter ipſi reſpondit, & Oratores audivit, reſponſurumque ſe dixit poſtquam ea de re in conſilio ſuo deliberatum fuiſſet. Mendoza tunc abſenti Guiſio ſcripſit. Jam neceſſario aperte agendum eſſe, & arma ſumere oportere. Guiſius vero qui ad vexilla erigenda promtus erat, copias quas apud Helvetios & Germanos conſcribi juſſerat advocavit, ac nobiles Campaniæ Burgundiæque collegit.

Thuanus. Rex autem ubi jam ad arma ventum eſſe audivit, Edictum publicavit, quo vetabat ne quis in Regno milites injuſſu ſuo conſcriberet. Tunc Guiſius ut Lotharingiæ Ducem, qui nunquam in hiſce bellis ſeſe immiſcuerat, ad arma capeſſenda induceret, ſpem ipſi fecit, effecturum ſe ut Metæ, Tullum & Virodunum urbes Germaniæ ademtæ, ſub poteſtatem ejus redigerentur. Conditionem acceptam habuit Lotharingus. Guiſius vero cum Virodunenſem plebem ad rebellandum contra Præfectum ſuum induxiſſet, urbem illam occupavit, Tullumque eodem modo cepit. Metas etiam tentavit; ſed Eſpernonius ſic omnia in iſthac urbe apparaverat, ut Guiſius re infecta diſceſſerit. Deinde in Campaniam venit cum exercitu duodecim millium pugnatorum.

Nivernenſis Dux, qui initio ſe ſocietati illi adjunxerat, quod crederet Summum Pontificem illam publice approbaviſſe, ubi audivit Papam ne verbum quidem in illius gratiam protuliſſe, palam ipſam ejuravit: id quod fœderatis Principibus diſplicuit; timebant enim ne alii hujus exemplum ſequerentur. Guiſius vero Cardinalem Borbonium adiit, qui tunc Peronæ erat, ipſumque Catalaunum adduxit, indeque fœderati Regem ſubmonuere ſe a pactionibus cum ipſo faciendis non procul abeſſe. Henricus porro Princeps timidus, & in molli otio quaſi demerſus, cum quietem poſtularet, rebellibus manus dedit, & Catharinam matrem illò miſit, quæ libentiſſime talia tractanda negotia ſuſcipiebat. Colloquium Eſpernæi habitum eſt, quo fœderati quidquid copiarum pugnatorumque habebant convenire curavêre, ut ex armorum terrore conditiones meliores obtinerent. Rex contra volebat fœderatos arma ponere, antequam pactio quævis iniretur.

Le même.

Il

Il falloit donner réponſe aux Députez des Etats des Payis-bas. Le Roi prit l'avis de François de Noailles Evêque d'Aqs, qui lui conſeilla d'accepter leur offre, lui diſant qu'il valoit bien mieux porter la guerre hors du Roiaume, que de mettre toute la France en feu en la déclarant aux Reformez, ce que les Ligueurs vouloient à toute force. Les ſentimens des autres furent partagez : & le Roi répondit enfin aux Députez des Etats, que la ſituation des affaires preſentes ne lui permettoit pas d'accepter les offres qu'ils lui faiſoient. Au même tems il y eut une Ambaſſade de la Reine d'Angleterre qui lui envoioit l'Ordre de la Jarretiere. Le Roi la reçût avec magnificence, & les Ligueurs firent un grand bruit ſur cet accueil fait à des Ambaſſadeurs d'une Princeſſe Proteſtante. Leurs Predicateurs animoient le peuple contre le Roi, & ſa trop grande patience faiſoit que le parti des Ligueurs augmentoit de plus en plus. 1585.

Il avoit fait un Edit, où il défendoit d'aſſembler des troupes dans le Roiaume ſans ſon ordre, & avoit envoié au même tems des Princes & des Seigneurs pour empêcher ces nouvelles levées. Le Duc de Montpenſier qui alla en Poitou, diſſipa celle du Duc de Mercœur. Le Duc de Joyeuſe pouſſa ſi vivement la troupe que le Duc d'Elbeuf avoit aſſemblée, qu'elle ſe retira par le Maine en recevant toujours quelque échec, & ſe débanda enfin dans la baſſe Normandie. Le Duc d'Epernon fut empêché par une maladie de ſe mettre auſſi-tôt en campagne que les autres. Dès qu'il ſe porta un peu mieux, il marcha vers Orleans, & empêcha les levées que les Ligueurs vouloient faire aux environs. Vers le même tems Matignon ſe ſaiſit adroitement du Château-Trompette, & fut ainſi maître de la Ville de Bourdeaux. On vit alors manifeſtement que ſi le Roi avoit eu plus de reſolution, il lui auroit été aiſé de diſſiper cette Ligue, qui ſe ſoutenoit encore plus par la foibleſſe du Prince, que par la valeur de ceux qui l'avoient formée.

Le Roi de Navarre voiant que les préparatifs de cette Ligue ſe faiſoient principalement contre lui, comme étant le Chef des Reformez, publia à Bergerac un Manifeſte, où il ſe purgeoit de tout ce que les Ducs de Guiſe & les Ligueurs lui impoſoient, & diſoit à la fin que malgré l'inégalité du Sang des deux Princes, pour éviter les maux infinis où tant d'innocens alloient être enveloppez dans cette guerre, il s'offroit de décider la querelle avec le Duc de

Henri Roi de Navarre appelle en duel le Duc de Guiſe.

Thuanus. Reſpondendum erat Oratoribus Ordinum Belgii. Rex ea de re conſultavit Franciſcum Noallium Aquenſem Epiſcopum, qui Regi auctor erat, ut oblatum ſibi ab Ordinibus dominium acciperet, dicebatque conſultius eſſe bellum extra Regnum inferre, quam arma contra Reformatos excitando, quod fœderati omnino volebant, per totum Regnum incendium concitare; alii in varias abiere ſententias, Rexque tandem Oratoribus Ordinum reſpondit, Non licere ſibi per præſentem rerum conditionem oblatum dominium acceptum habere. Eodem tempore Oratores Reginæ Angliæ venerunt, qui Regi ferebant Periſcelidis Ordinem. Rex illos magnifice excepit. Fœderati vero rumores ſparſere circa honorem Oratoribus Principis hæreticæ præſtitum. Concionatores plebem contra Henricum Regem concitabant : ejuſque nimia patientia fœderatorum numerum quotidie augebat.

Le même. Rex Edictum publicaverat, quo vetabatur ne pugnatorum turmæ injuſſu ipſius in regno colligerentur; eodemque tempore Principes & proceres miſerat, qui cohibendæ rei advigilarent. Monpenſerius Dux, qui ad Pictonas ſe contulit, Mercurii Ducis copias diſſipavit. Joüſa Ellebovii Ducis agmen tam fortiter eſt adortus, ut per Cenomanenſem tractum receptum habens, ſæpeque cæſum, tandem in Normannia inferiore diſtractum diſperſumque fuerit. Eſpernonius autem morbo detentus, non ſtatim potuit aſſignata ſibi loca petere; ubi vero convaluit, verſus Aurelianum movens, fœderatos cohibuit, quominus pugnatores conſcriberent. Eodem tempore Matignonus arcem Tubæ aſtu cepit, ſicque Burdigalam occupavit. Tunc palam omnibus fuit Regem Henricum, ſi cum vi animi majore rem ſuſcepiſſet, facile potuiſſe *Societatem* illam diſſipare, quæ magis ex ignavia ejus, quam ex fœderatorum fortitudine ſtabat.

Rex Navarræ proſpiciens hoſce tantos Societatis & fœderatorum apparatus contra ſe deſtinari, utpote Reformatorum ducem præcipuum, Bergeraci reſcriptum publicavit, ubi ſeſe purgans ab iis quæ Guiſius & fœderati ſibi objiciebant, tandem dicebat, ſe etſi ſanguinis dignitate Guiſio anteferendum, ut mala innumera præverteret tot innoxiis hominibus in hoc bello importanda, paratum eſſe ad pugnam ſingula- *Thuanus Cayet.*

1585. Guiſe par un combat ſingulier, ou de deux à deux, ou de tel nombre qu'il lui plairoit, au lieu qu'il voudroit, ſoit dans le Roiaume, ſoit ailleurs.

D'un autre côté les Guiſes & les Ligueurs preſſoient violemment le Roi de faire un Edit pour défendre dans le Roiaume l'exercice de toute autre Religion que de la Catholique, Apoſtolique & Romaine, déclarer les Reformez incapables de toutes Charges & Dignitez, leur faire rendre les places de ſureté qu'on leur avoit accordées, & les y obliger par la force des armes, s'ils refuſoient de le faire. La Reine Mere qui vouloit la guerre dans le Roiaume, pour être ſouvent emploiée, & pluſieurs autres Courtiſans, que des interêts particuliers portoient à favoriſer les Ligueurs, ſollicitoient le Roi de faire cet Edit contre les Huguenots, lui exagerant la puiſſance de cette Ligue, qui cependant alloit être diſſipée faute d'argent, ſi le Roi avoit encore differé quelque tems. Enfin preſſé de tant d'endroits, il ſe rendit malgré lui, & dit les larmes aux yeux : *J'ai grand' peur qu'en voulant perdre le Préche, nous ne hazardions fort la Meſſe.*

Il transfera le lieu des Conferences à Nemours, où le Duc d'Epernon ſe rendit auſſi. Là fut fait cet Edit où l'on abrogeoit le dernier Edit de pacification, & l'on déclaroit la guerre aux Heretiques. Par un traité ſecret on donnoit aux Ligueurs pour places de ſureté, Châlons & Saint Diſier, Soiſſons, Rheims, le Saint Eſprit ou Rue en Picardie, Dinan & Conches en Bretagne, Dijon, Baune, Verdun & Toul. Le Roi accorda à chacun des Chefs de la Ligue une Compagnie d'Arquebuſiers pour ſa garde, & il tint depuis ſon Lit de Juſtice à Paris pour publier l'Edit. Le Roi de Navarre à la premiere nouvelle de cette Déclaration de guerre, où il ne s'attendoit point, fit ſes proteſtations. Le Duc de Guiſe & ſes Ligueurs ſolliciterent par tout le Roiaume les Villes, les Gouverneurs des places & la Nobleſſe, à ſe ranger à leur parti. Cela ne réuſſit pas tout-à-fait ſelon leurs deſirs: ils tenterent auſſi inutilement Montmorenci d'Anville, Gouverneur de Languedoc, qui ſe joignit au Roi de Navarre & au Prince de Condé, & ils publierent enſemble un Ecrit où ils ſe déchaînoient fort contre l'ambition, les entrepriſes & les intrigues des Guiſes. Le Roi fit ſolliciter de nouveau le Roi de Navarre de ſe faire Catholique ; mais inutilement.

Edit de Nemours contre les Huguenots & en faveur de la Ligue.

---

rem contra Guiſium Ducem capeſſendam; vel ad pugnam ubi bini, aut quot ipſe vellet pugnarent, quo loco ipſe mallet, aut in Regno Francorum, aut alibi.

Les mêmes. Ex altera vero parte Guiſii & fœderati apud Regem inſtabant, urgebant ut Edictum publicaret, quo cujuſcumque alterius Religionis exercitium prohiberet, unamque Catholicam, Apoſtolicam & Romanam permitteret, Reformatos ab omni munere & dignitate excluderet, ab illis repeteret urbes & oppida quæ ad ſecuritatem conceſſa ipſis fuerant, & ſi id negarent, ad illud præſtandum armorum vi compelleret. Catharina quæ bellum in Regno moveri cupiebat, ut ad pactiones faciendas miniſterio ſuo opus eſſet, plurimique aulici, qui rebus ſuis ſtudentes fœderatis favebant, Regi ſolicite ſuadebant, ut Edictum illud contra Hugonotos proferret, Societatis illius potentiam magnam dictitantes ; & tamen illa, deficiente pecunia, mox diſſipanda erat, ſi Rex tantiſper procraſtinaviſſet. Omnibus demum circumquaque urgentibus, vel invitus lacrymaſque fundens aſſenſit dicens, *Vereor ne prædicationem Hugonoticam tollere volentes, Miſſam in periculum conjiciamus.*

Les mêmes. Ad colloquia continuanda Nemoroſium ſe contulit, quo etiam venit Eſpernonius. Iſtic Edictum emiſſum fuit quo abrogabatur Edictum poſtremum pacis Hugonotis datæ, bellumque ipſis declarabatur. Per pactionem autem ſecretam fœderatis dabantur ad ſecuritatem Catalaunum, S. Deſiderii oppidum, Auguſta, Sueſſionum, Durocortorum Rhemorum, Spiritus-Fanum in Picardia, Dinanum & Concha in Armorica, Divionis & Belnæ arces & oppida, Virodunum & Tullum. Rex etiam cuique ducum fœderatorum manum ſclopetariorum conceſſit ad cuſtodiam : poſteaque lectum juſtitiæ, ut vocant, Lutetiæ tenuit, ut Edictum publicaret. His auditis Navarrus, improviſum bellum imminere cernens, conteſtando reclamavit. Guiſius vero & fœderati, per totum Regnum Præfectos, Urbes, Nobileſque ut ad ſuas tranſirent partes hortati ſunt, idque non prorſus ex voto ceſſit ipſis, Monmorencium quoque Damvillam fruſtra tentavêre Septimaniæ Præfectum, qui cum Rege Navarræ & Principe Condæo ſocietate junctus eſt. Reſcriptumque ſimul publicavêre, ubi ambitionem, geſta & artificia Guiſiorum exagitabant. Rex denuo Navarrum ut ad Religionem Catholicam accederet moneri juſſit ; ſed incaſſum res ceſſit.

Les Chefs de la Ligue avoient fortement agi auprès du Pape Gregoire XIII. pour le porter à prononcer Sentence d'excommunication contre le Roi de Navarre & le Prince de Condé ; ils s'étoient ſervi pour cela du Cardinal de Pelevé grand fauteur de la Ligue, & de quelques autres émiſſaires. Le Saint Pere jugeant cette affaire fort importante, differoit toujours, & la laiſſa enfin à démêler à ſon ſucceſſeur Sixte V. qui ſe portant volontiers à des actions d'éclat, prononça la Sentence d'excommunication contre eux, délia leurs ſujets du ſerment de fidelité, les déclara déchûs de leurs Principautez, & de la Couronne de France même, ſi par rang de ſucceſſion elle leur échéoit jamais, & incapables eux & leurs ſucceſſeurs d'en jamais poſſeder. Cette Bulle déplut à beaucoup de gens, même des Catholiques ; & les deux Princes trouverent moien de faire placarder à Rome une Déclaration, où ils appelloient à la Cour des Pairs de France de la Sentence qui les excluoit de leurs Principautez & de leurs droits ſur la ſucceſſion à la Couronne, & au Concile General futur du crime d'Hereſie qu'il leur impoſoit. On aſſura que le Pape Sixte en eſtima plus depuis le Roi de Navarre, & qu'il diſoit quelquefois qu'à l'Hereſie près, il ne connoiſſoit point de Prince plus digne de regner. 1585.

Sixte V. excommunie le Roi de Navarre & le Prince de Condé.

Après que la guerre eut été ainſi déclarée, les Reformez de la Guienne, du Languedoc & du Dauphiné, ſe ſaiſirent de beaucoup de places. Le Roi faiſoit ſouvent des Edits contre les Huguenots, & le Roi de Navarre en faiſoit auſſi de tout contraires, avec auſſi peu d'effet les uns que les autres. Le Duc de Mercœur Gouverneur de Bretagne entra avec deux mille hommes dans le Poitou, & s'avança juſqu'à Fontenai. Le Prince de Condé ramaſſa alors la Nobleſſe de la Province & d'autres troupes, & penſa ſurprendre le Duc & ſes gens, qui furent obligez de ſe ſauver la nuit, & de ſe retirer en Bretagne. Après cela le Prince aſſiegea Brouage, & ſerra la place de ſi près, qu'elle eut été bien-tôt obligée de ſe rendre. Mais ſur l'avis que le Prince eut que Rochemorte Gouverneur du Château d'Angers, le gardoit, diſoit-il, pour le Roi de Navarre, dans l'eſperance de pouvoir conſerver cette place importante à ſon parti, il ſe mit promptement en marche avec l'élite de ſes gens. Il paſſa la Loire ; mais les troupes du Roi qui s'étoient emparées du Château, étant de beaucoup trop fortes, & le Prince aiant appris que Rochemorte avoit été tué, il fallut

Commencement de la guerre.

Les mêmes. Societatis Principes apud Gregorium XIII. Papam ſeduloinſtiterant ut *excommunicationis ſententiam* contra Regem Navarræ & Principem Condæum proferret. Uſi vero fuerant Cardinale Pelleveo Societati addictiſſimo & aliis quibuſdam. Summus Pontifex rem maximi momenti eſſe putans, in dies procraſtinabat, remque ſucceſſori ſuo expediendam reliquit. Sixtus vero V. qui illum excepit, quique res magnas & arduas libenter amplexabatur, contra Principes illos fulmen vibravit, ſubditos ipſorum a fidei ſacramento abſolvit, ipſoſque Principes a ditionibus ſuis excidiſſe declaravit, necnon a Corona Regni Francorum, ſi contingeret illos ſucceſſionis ordine ad id vocari, quæ omnia neque ipſi neque poſteri ipſorum poſſidere nunquam poſſent. Bulla iſthæc multis, etiamque Catholicis, diſplicuit. Ambo Principes autem, ſuorum miniſterio & arte, Reſcriptum Romæ publice affigi curavere, ubi de Sententia Summi Pontificis, quæ excludebat illos a *Principatibus* & a jure ſuccedendi in Franciæ Regno, ad Curiam Parium Franciæ appellavêre ; de intentato autem hæreſeos crimine ad Concilium generale futurum provocarunt. Dictum porro fuit Sixtum deinceps Regem Navarræ in majori exiſtimatione habuiſſe, dixiſſeque una excepta hæreſeos labe, nullum ſe noſſe Principem Regno digniorem.

Les mêmes. Bello ſic denunciato, Reformati Aquitaniæ, Septimaniæ & Delphinatûs multa oppida occupavêre. Rex ſæpe Edicta in Hugonotos emittebat. Navarrus quoque ſua Edicta promulgabat, non magno utrerque operæ precio. Dux Mercurius Armoricæ Præfectus, cum bis millibus armatis in Pictonum agros ingreſſus ad uſque Fontenæum movit. Tunc Condæus, collectis Pictonum Nobilibus aliiſque copiis, Mercurium cum ſuis pene intercepit, ita ut noctu receptum habere, & in Armoricam confugere coacti ſint. Poſt hæc Condæus Broagium obſedit : oppidumque tam arcte cinxit, ut propediem deditionem facere compellendum foret ; ſed nunciatum ipſi fuit Rupimortium arcis Andegavenſis Præfectum, illam ſe Regi Navarræ ſervare dixiſſe ; ſtatimque ille profectus eſt, ſperans ſe poſſe tantum præſidium ſuis partibus addicere & in tuto ponere, cum pugnatorum delectu Ligerim ſuperavit : ſed cum comperiſſet Regios qui arcem ceperant, numeroſum præſidium ibi reliquiſſe, ac Rupimortium cæſum fuiſſe, receptui canere

1585. penſer à la retraite, & il ne pouvoit qu'avec grand'peine repaſſer la Loire. Son corps de troupes ſe diviſa par pelotons, & chacun ſe ſauva comme il pût. Le Prince ſe rendit dans la baſſe Normandie, d'où il paſſa à l'Iſle de Greneſai, & de-là en Angleterre.

Il avoit laiſſé une partie de ſes gens devant Brouage pour continuer le ſiege. Mais aux approches de Matignon qui venoit avec ſon armée, les Reformez leverent le piquet ſans l'attendre. Dans le tems que Matignon étoit occupé de ce côté-là, le Vicomte de Turenne aſſiegea & prit Tulle, & Laval, d'intelligence avec Charlotte de la Trimouille, prit le Château de Taillebourg. Cette Demoiſelle que le Prince de Condé devoit épouſer du conſentement de ſon pere, étoit en diſſention avec ſa mere, qui s'oppoſoit à cette haute alliance, parce que le Prince étoit zelé Religionnaire. Mais étant revenu d'Angleterre avec un ſecours d'argent que la Reine Eliſabeth lui donna, le mariage fut fait au mois de Mars de l'année ſuivante.

Le Duc de Maienne arriva enfin en Poitou lorſque la campagne étoit déja fort avancée. Il ſe joignit avec Matignon, & vouloit faire le ſiege de Pons. Mais Matignon, ſoit qu'il eut des ordres ſecrets du Roi, comme quelques-uns ſoupçonnoient, ſoit par un motif de jalouſie, le détourna de cette entrepriſe, diſant que l'hiver étoit trop proche pour entreprendre un ſiege, qui apparemment ſeroit fort long. Après quoi ils ſe ſéparerent. Matignon paſſa l'hiver dans la Saintonge, & le Duc de Maienne alla dans le Perigord, dans le Querci, & puis dans le Limoſin, que les Reformez avoient abandonné à ſon arrivée. Leſdiguieres Chef des Huguenots, dans le Dauphiné, y faiſoit la guerre avec beaucoup de ſuccès ; il y prit en peu de tems Chorges, Die, Montelimar & Ambrun.

1586. La campagne ſuivante le Duc de Maienne ne fit pas de grands exploits dans le Poitou & dans le voiſinage, il prit ſeulement quelques petits lieux, Sainte Baſeille, Montſegur, Caſtillon & Puiſlaurent. Les Reformez furent bien plus heureux. Plaſſac Gouverneur de Pons, prit Royan place importante. Ils ſe rendirent encore maîtres de Soubize, Mornac, Montdevis. Le Prince de Condé revenu d'Angleterre, battit un Regiment de Catholiques, nommé Tiercelin; mais les deux freres de Laval y furent tuez, & l'on remarqua que tous les en-

---

compulſus eſt. Ligerim trajicere nonniſi cum magno periculo poterat. Turma igitur ipſius in partes multas diviſa eſt, ita ut alii hinc, alii inde pauci numero dilaberentur. Condæus vero in Normanniam inferiorem ſe contulit, indeque in Grenezæam inſulam, & poſtea in Angliam trajecit.

Les mêmes. Partem copiarum ſuarum ante Broagium reliquerat ut pergerent oppidum obſidere : verum adveniente cum exercitu Matignono, Reformati obſidionem ſolverunt. Dum vero Matignonus his in partibus eſſet, Turenius Tutelam obſedit & cepit, & Lavallius, Carola Tremollia operam navante, Talliaburgum occupavit. Carola vero, quam Condæus, conſentiente patre, uxorem ducturus erat, cum matre ſua diſceptabat, quæ tam claram affinitatem ideo reſpuebat, quod Condæus Reformatis addictiſſimus eſſet ; ſed cum Princeps Condæus ex Anglia cum pecuniaria Eliſabethæ ope reverſus eſſet, connubium peractum fuit menſe Martio anni ſequentis.

Les mêmes. Meduanius tandem in Pictonas, anni tempeſtate jam vertente, pervenit, & cum Matignono junctus, Pontium obſidere volebat : at Matignonus, vel quia ſic ab Rege ſubmonitus fuerat, ut quidam ſuſpicabantur, ſive quod Meduanio invideret, illum ab hoc conſilio avertit, dicens, jam appetente hieme, obſidionem quæ diuturna fore videbatur, non ſuſcipiendam eſſe ; poſteaque disjunctis copiis, Matignonus in Santonibus hiberna tranſegit. Meduanius vero in Petragoricos & Cadurcos poſteaque in Lemovicinum tractum, quem Reformati accedente illo reliquerant, ſe contulit. Interea Diguierus, in Delphinatu Hugonotorum dux, bellum proſpere agebat: brevi namque Diam, Chorgium, Montelium-Adæmari & Ebrodunum cepit.

Les mêmes. Anno ſequenti Meduanius in Pictonibus & vicinis agris, non multa notatu digna peregit ; ſed quædam oppidula cepit, Sanctam Baſiliam, Montem-Securum, Caſtellionem & Podium Laurentii. Felicius rem geſſere Reformati. Plaſſacus enim Pontii Præfectus, Roianum intercepit, oppidum ſitu opportunum. Subiziam etiam & Mornacum Hugonoti cepere, necnon Mondeviſium. Princeps Condæus ex Anglia reverſus Tiercelinam Regiorum legionem profligavit : ſed duo fratres Lavallii iſtic cæſi ſunt : obſervatumque fuit filios omnes, quos Andelotus ex

fans que d'Andelot avoit eu de la Dame de Laval, moururent en moins d'un mois. La diviſion qui étoit entre le Duc de Maienne & le Maréchal de Matignon, fut cauſe du peu de ſuccès de l'armée des Catholiques en ces Provinces. On croioit, que le Roi qui n'avoit entrepris cette guerre qu'à contre-cœur, avoit donné des ordres ſecrets à Matignon & à d'autres Chefs qui n'étoient pas de la faction des Guiſes, de faire la guerre lentement, & de ne point pouſſer les Huguenots à outrance. 1586.

Le Roi envoia un corps de troupes en Poitou ſous la conduite de Biron; le prétexte étoit de relever les affaires des Catholiques Roiaux, qui n'alloient pas trop bien dans ces payis-là; il avoit auſſi des ordres ſecrets, comme il parut par la ſuite. Il aſſiegea Marans qui avoit été bien muni par le Roi de Navarre. Mais par un accord fait entre les deux, Biron leva le ſiege, & le Roi de Navarre ſe diſpoſa à une nouvelle Conference avec la Reine Mere. Cependant le Duc de Guiſe qui ſe trouvoit alors aux frontieres de la Champagne, bien fâché que la conduite de la principale armée eût été donnée au Duc de Maienne ſon frere, ſurprit Donzi dans le Duché de Boüillon. Il n'avoit pas ordre du Roi d'attaquer ce Duché: mais il fit publier un Ecrit à Paris, où il celebroit cette Victoire comme remportée ſur les Heretiques. Les Prédicateurs de la Ligue ne manquerent pas de la faire valoir en Chaire.

Le Roi qui ſe voioit tous les jours troublé dans ſes plaiſirs par les ſoins qu'avoient les Prédicateurs & les autres émiſſaires des Guiſes, de publier qu'il favoriſoit ſous main les Reformez, & qu'il empêchoit que les Chefs des armées Roiales n'agiſſent vivement contre eux; pour ôter ce ſoupçon fit un Edit ſevere, où il ordonnoit qu'on ſaiſiroit les meubles de ces rebelles, & tous les fruits de leurs fonds de terre. Il prépara une armée pour aller executer cet Edit dans l'Auvergne, le Velai, le Givaudan & le Rouergue. Le Maréchal d'Aumont étoit deſtiné pour conduire cette armée; mais Joyeuſe, grand ennemi des Huguenots, fit tant par ſes intrigues, qu'il en eut le commandement. Un accident fatal qui arriva dans ce tems, engagea le Roi à de nouvelles affaires. Le Grand Prieur d'Angoulême, bâtard d'Henri II. Gouverneur de Provence, & grand ennemi des Guiſes, avoit une haine mortelle contre Altoviti Florentin, un des eſpions de la Reine Mere. Le voiant un jour à Aix à une

Le Grand Prieur tué, comment.

Lavallia ſuſceperat non integro unius menſis ſpatio periiſſe. Diſſenſio inter Meduanium & Matignonum ſuborta, minus proſperam in hiſce regionibus rem Catholicorum reddidit. Putabatur autem Regem, qui invitus hoc bellum ſuſceperat, juſſa Matignono aliiſque ducibus, qui Guiſianæ factionis non erant, clam dediſſe, monuiſſeque ut lente procederent, nec Hugonotos magna vi pellerent.

Les mêmes. Henricus Rex pugnatorum manum ad Pictonas miſit duce Birono, obtendens videlicet Catholicorum rem, quæ in hiſce partibus labaret, reſtituendam eſſe. At Bironus ſecretiora mandata acceperat, ut poſtea compertum fuit. Maranum ille obſedit, quod oppidum Navarrus probe munierat: verum ex pactione utrinque facta, obſidionem ſolvit. Et Navarrus ad novum cum Catharina Regina colloquium ſeſe apparavit. Interea Dux Guiſius, qui in Campaniæ confiniis tunc erat, ægre ferens quod frater ſuus Meduanius præcipui exercitus dux conſtitutus fuiſſet, Donzium Bullionicæ ditionis oppidum intercepit. Injuſſu Regis ditionem illam impetierat, tamenque reſcriptum Lutetiæ publicari curavit, ubi victoriam illam quaſi de hæreticis reportatam magnifice prædicabat. Concionatores Societatis in cathedris victoriam hujuſmodi celebravêre.

Rex vero qui in deliciis verſabatur, ſe quotidie *Les mêmes.* diſturbari videns a Concionatoribus illis, aliiſque Guiſiorum emiſſariis, qui dicebant ipſum clam Reformatis favere, impedireque ne duces regiorum exercituum illos fortiter impugnarent; ut ſuſpicionem illam tolleret, Edictum ſeverum publicavit, quo mandabat, ut mobilia omnia rebellium, & fructus agrorum occuparentur, exercitumque apparavit, qui apud Arvernos, Velaunos, Gabalos & Ruthenos Edictum exſequutioni mandaret. Aumontius Mareſcallus ad illum exercitum ducendum deputandus erat; verum Joüiſa, Hugonotis infenſiſſimus artificio, uſus exercitus hujuſce ductum impetravit. Caſus inopinatus atque moleſtiſſimus Regem in novorum ſumtuum neceſſitatem conjecit. Magnus Prior Engoliſmenſis Henrici II. nothus & Gallo-provinciæ Præfectus, Guiſiiſque infenſus, Altovitum Florentinum Catharinæ exploratorem ſummo proſequebatur odio. Cum autem Aquis-Sextiis illum

1586. fenêtre, il y monta, mit l'épée à la main, & le bleſſa mortellement. Altoviti eut encore la force de tirer ſon poignard & de le bleſſer au bas ventre. Tous les deux moururent peu de tems après. Le Gouvernement de Provence fut donné au Duc d'Epernon qui le demandoit avec inſtance.

Les Suiſſes & les Princes Proteſtans d'Alemagne, qui ſolicitez par le Roi de Navarre & par les Reformez de France, alloient leur envoier un puiſſant ſecours, jugerent à propos avant que de faire partir leurs troupes, de dépêcher des Ambaſſadeurs au Roi, pour le porter à remettre ſur pied les Edits faits en leur faveur; ce qui procureroit une profonde paix à ſon Roiaume. Il donna d'abord audience aux Suiſſes, qui lui montrerent des Lettres de François I. où il les exhortoit de vivre en paix entr'eux, & de ne point ſe faire la guerre pour cauſe de Religion. Ils l'exhorterent à leur tour de prendre pour lui l'avis que ſon grand-pere leur donnoit. Il leur répondit qu'il auroit grand ſoin de conſerver la paix avec les Cantons ſelon les traitez faits. Mais que pour ce qui regardoit l'interieur de ſon Roiaume, il ſavoit mieux que perſonne ce qu'il étoit à propos de faire. Les Députez des Princes d'Allemagne n'étoient point encore arrivez, & le Roi voulant differer l'audience le plus qu'il pourroit, pour éloigner d'autant les ſecours que les Huguenots en attendoient, partit de Paris, & s'en alla dans le Bourbonnois, où il demeura quelque tems. De-là il ſe rendit à Lion, où il s'amuſa à acheter de petits chiens qu'il fit ramaſſer de tous côtez.

Ce Prince avoit encore ce foible, qu'il ramaſſoit de ces petits chiens de tous côtez, & emploioit un grand nombre de gens à les chercher & à les élever. On diſoit que cette dépenſe ſe montoit à plus de cent mille écus tous les ans; il emploioit auſſi beaucoup d'argent à acheter des ſinges & des perroquets; il s'en laſſoit après & les donnoit aux premiers venus. Et puis la fantaiſie le reprenoit, & il en achetoit de nouveaux: ce manege ne finiſſoit point. Il avoit encore la paſſion d'acheter & de ramaſſer de tous côtez des heures & des livres de prieres faits dans les tems précedens, avant que l'impreſſion fut bien établie, remplis de belles miniatures; il découpoit lui-même ces miniatures, & les colloit dans les Chapelles, s'amuſant ainſi à des bagatelles fort indignes de la Majeſté Roiale.

Le Duc de Joyeuſe prit quelques places dans l'Auvergne & dans le Givau-

---

in feneſtra quadam videret ſe reſpicientem, in ædes illas aſcendens, ſtricto gladio, illum confodit, qui lethaliter ictus, dum caderet, pugionem in ventrem Engoliſmenſis infixit, amboque paulo poſtea exſtincti ſunt. Præfectura autem Gallo-provinciæ Eſpernonio, qui illam ardenter expetebat, data fuit.

Thuanus. Helvetii & Principes Proteſtantes Germaniæ, qui urgente Navarro & Reformatis Francis, manum copiarum grandem ipſis miſſuri erant, e re fore putaverunt, ut antequam cohortes illæ ſuæ proficiſcerentur, Oratores mitterent ad Henricum Regem, qui ipſum hortarentur ut Edicta in illorum gratiam emiſſa reſtitueret, quod firmam pacem in Regno ipſius adducturum eſſet. Primum ille Helvetios audivit, qui literas ipſi Franciſci I. oſtenderunt, queîs ipſos hortabatur ut pacem colerent, nec Religionis cauſa bellum ſibi mutuo inferrent. Monebant illi ut avi ſui conſilium ipſe admitteret. Reſpondit ille ſe cum pagis Helvetiorum pacem ſervare curaturum eſſe: quod autem Regnum ſuum ſpectabat, quid facto opus eſſet, ſe melius ſcire dicebat, quam quivis alius. Oratores vero Germani nondum advenerant. Rex ut rem quam maxime poſſet protraheret, & Hugonoti tardius auxilia acciperent, Lutetia profectus, in Borbonienſem tractum venit, ubi aliquanto tempore degit, indeque Lugdunum ſe contulit, ubi catellos undequaque perquiſitos ſibique adductos emebat.

Le même. Princeps enim ille futili hujuſmodi voluptati addictus, catellos ſic undique colligebat, multoſque adhibebat ad operam hujuſmodi navandam, ita ut vulgo diceretur illum pluſquam centum millia ſcutorum ea in re ſingulis annis impendere. Multam quoque pecuniam effundebat in emendis ſimiis & pſitacis; poſteaque illos faſtidiens, obviis quibuſque largiebatur, alios emebat, neque ita agendi finem faciebat. Aliud etiam admodum ſtudebat, ut nempe elegantes illas minio depictas imagines, quæ in libris Horarum diurnarum & Precum pridem depingebantur, antequam videlicet ars typographiæ inducta eſſet, emeret, ut deciſas in Capellis agglutinaret, tempus ſic terens in rebus Majeſtate regia admodum indignis.

Le même. Joüſa apud Arvernos & Gabalos aliquot oppida

dan ; après quoi il laiſſa le commandement de ſa petite armée à Lavardin, & s'en revint en poſte à la Cour. Cependant les Ambaſſadeurs des Princes Proteſtans d'Allemagne preſſoient toujours le Roi qui étoit à Lion, & demandoient audience. Il vint à Paris, & les entendit au mois d'Octobre à S. Germain en Laye. Ils ſe plaignirent que le Roi, contre la parole donnée, faiſoit la guerre aux Reformez, & l'exhorterent à leur redonner la paix aux mêmes conditions. Le Roi leur répondit ſechement, que c'étoient les Reformez eux-mêmes qui s'étoient attiré cette guerre, & que pour lui il auroit toujours à cœur de maintenir la paix dans ſon Roiaume, autant que la condition des tems le permettroit. Les Députez ſouhaitoient qu'il s'expliquât davantage, & il leur dit que c'étoit ſa derniere réponſe. 1586.

Les Princes liguez s'aſſemblerent à Orcan, & renouvellerent leurs plaintes contre le Roi, qui avoit plus à cœur, diſoient-ils, de les ruiner eux-mêmes, que les Huguenots, en quoi ils ne s'éloignoient point de la verité. Ils délibererent enſemble ſur ce qu'il y avoit à faire, & conclurent qu'ils tâcheroient de ſe ſaiſir de Sedan & de Jamets, places du Duc de Boüillon. Il falloit un pretexte pour cela. Une choſe qui arriva alors leur fournit une belle occaſion. Un Gentilhomme parti de Sedan, mais ſans ordre du Duc de Boüillon, ſurprit Rocroi. Le Duc de Guiſe y accourut d'abord, aſſiegea la place, & obligea la garniſon de ſe rendre. La maniere dont il traita le Gouverneur & d'autres Chefs qu'il recompenſa, fit ſoupçonner qu'il les avoit engagez ſous main à ſe ſaiſir de Rocroi, & le Duc de Boüillon le diſoit hautement. Le Duc de Guiſe ſe diſpoſoit à attaquer Sedan & Jamets, & courut un très-grand péril en une occaſion : mais la Reine Mere menagea une treve entre les deux Princes, & la grande armée d'Allemans qui vint bien-tôt après pour donner ſecours au Roi de Navarre, appella le Duc de Guiſe ailleurs.

Entrevûë de la Reine Mere & du Roi de Navarre.

Cependant la Reine Mere qui ſe diſpoſoit depuis long-tems à une entrevûë avec le Roi de Navarre, vint enfin en Poitou. Le lieu de la conference fut S. Bris. On s'épuiſa d'abord en plaintes. Aprés quoi la Reine propoſa une aſſemblée des Etats Generaux, où l'on délibereroit ſur les moiens d'accorder les deux partis. Le Roi de Navarre répondit, que l'exemple des Etats de Blois étoit plus que ſuffiſant pour prouver qu'on n'avanceroit rien par cette voie.

---

cepit, poſteaque Lavardino exercitum ducendum reliquit, & veredis uſus in aulam regiam ſe contulit. Interea Oratores Germani Regem, qui Lugduni tunc erat admodum urgebant, & ſe ad mandata referenda audiri poſtulabant. Lutetiam autem ipſe venit, ipſoſque ad Sanctum Germanum in Laia menſe Octobri audivit, querentes quod contra fidem datam Rex bellum Reformatis inferret, hortatique illum ſunt ut pacem ipſis iiſdem quas prius conditionibus reſtitueret. Rex ſatis aſpere reſpondit, Reformatos ipſos iſtuc ſibi bellum attraxiſſe ; ſe vero ſemper curaturum ut pax in Regno ſuo ſervaretur, quantum conditio temporum id permitteret. Oratores ut clarius loqueretur poſtulabant : ille vero dixit hoc ſuum eſſe ultimum reſponſum.

Le même. Principes fœderati Orcanum convenerunt, & de Rege denuo querebantur, quod ſe magis, quam Hugonotos deſtruere conaretur, qua in re non a veritate deflectebant, unàque deliberavêre quid facto opus eſſet : decrevere autem Sedanum & Jameſium oppida eſſe occupanda, quæ ad Bullionſum Ducem pertinebant. Ad rem autem capeſſendam obtentu quopiam opus erat : res vero quæ tunc accidit occaſionem ipſis ſuppeditavit. Vir quidam nobilis Sedano profectus, injuſſu Bullionii Ducis Rupem-Regiam intercepit. Guiſius accurrit ſtatim, Rupem-Regiam obſedit, præſidiumque ad deditionem compulit. Sic porro cum Præfecto & ducibus Præſidiariorum ſe geſſit, quos etiam muneribus affecit, ut multi ſuſpicarentur Guiſium ipſum ad Rupem-Regiam occupandam illos clam induxiſſe : idque palam dicebat Bullionius. Guiſius vero ad Sedanum & Jameſium oppugnanda ſeſe apparabat, & dum id moliretur, in magnum vitæ periculum venit : verum Catharina inter ambos Principes inducias fieri curavit, & magnus ille Germanorum exercitus, qui ad opem Regi Navarræ ferendam mox venturus erat, Guiſium aliò advocavit.

Le même. Interim Catharina, quæ jamdiu ad colloquium cum Navarro ſeſe apparabat, tandem ad Pictonas ſe contulit. Aſſignatus ad congreſſum locus Fanum Brixii fuit. Primo ſtatim querelæ utrinque adhibitæ ſunt : ſub hæc illa Ordinum generalem conventum propoſuit, ubi de rebus ambas inter partes componendis ageretur. Reſpondit Navarrus conventus Blœſenſis exemplum plus quam ſatis eſſe ad ſuadendum hac

1586. Mais qu'il falloit plûtôt un Concile, puiſque la Religion étoit alors la plus importante affaire. La Reine parla auſſi d'une treve qui ne fut point acceptée, & l'on ſe ſépara ainſi ſans rien conclure.

1587. Pendant que la France étoit en combuſtion, il ſe paſſoit en Angleterre une ſanglante ſcene. Marie Reine d'Ecoſſe, jadis femme de François II. Roi de France, étoit en priſon depuis pluſieurs années par ordre de la Reine d'Angleterre. Ceux de ſon parti conſpirerent en ce tems contre Eliſabet. La conſpiration étant découverte, on fit le procès à la Reine Marie, & elle fut condamnée à avoir la tête tranchée. La Sentence fut ſuſpenduë pour quelque tems, & le Roi envoia en Angleterre Pompone de Bellievre à la Reine Eliſabeth lui demander grace pour Marie ſa belle-ſœur, qui avoit autrefois été Reine de France. Mais ſans rien écouter, Eliſabet lui fit couper la tête. Le Roi fort touché de cette mort, lui fit un Service ſolemnel, où il aſſiſta avec la Reine & toute la Cour. L'Archevêque de Bourges fit l'Oraiſon Fenebre, où parlant des Ducs de Guiſe & de Maienne ſans les nommer, il les appella deux *foudres de guerre*. Le Roi ſe formaliſa de ce qu'il avoit fait mention de ſes ennemis déclarez; & dans l'imprimé qu'on fit, on retrancha cet article.

Marie Reine d'Ecoſſe executée.

Il eſt incroiable combien cette mort de la Reine d'Ecoſſe anima le peuple de Paris contre les Heretiques & contre le Roi, qui dans l'eſprit des Ligueurs paſſoit pour fauteur des Huguenots. Les Prédicateurs de leur faction faiſoient ſonner cela bien haut dans leurs Sermons. Les principaux Chefs des Ligueurs cabaloient perpetuellement, & la populace ignorante ſe tournoit comme ils vouloient. Ils envoierent des gens dans les autres Villes pour les porter à agir de concert avec eux, & ils en trouverent pluſieurs fort diſpoſées à ſuivre leurs impreſſions, comme Roüen, Lion, Orleans, Amiens, Beauvais & Peronne. Ces factieux ne penſoient pas à moins qu'à ſe ſaiſir de la perſonne du Roi; mais ils varioient dans leurs deſſeins, comme il arrive ſouvent dans les aſſemblées tumultueuſes. Ils voulurent même ſurprendre Boulogne, ſur l'aſſurance que Mendoza Ambaſſadeur d'Eſpagne leur donnoit, que la grande flote que le Roi Philippe préparoit contre la Reine d'Angleterre, viendroit y aborder, & que les troupes y prendroient terre pour faire la guerre aux Huguenots: mais l'entrepriſe fut découverte & rompuë.

Progrès de la Ligue.

---

via nihil perfici poſſe, ſed Concilio opus eſſe, quia de Religione tunc maxime agebatur. Regina quoque inducias propoſuit, quæ admiſſæ non fuere, ſicque re infecta diſceſſum eſt.

Le même. Dum Francia ſic agitaretur, in Anglia ſanguinariæ tragœdiæ ſpectaculum offerebatur. Maria Scotiæ Regina, pridem uxor Franciſci II. Francorum Regis, a multis jam annis, jubente Eliſabetha Angliæ Regina in carcere degebat. Qui Mariæ partes ſectabantur hoc tempore contra Eliſabetham conſpirarunt. Conſpiratione detecta, a delegatis Judicibus res agitatur & Maria capitis damnatur. Suſpenſa ſententia per aliquod tempus manſit, Rexque Henricus Pomponium Bellevreum in Angliam ad Eliſabetham miſit, qui pro Maria cognata ſua gratiam peteret, quæ Maria olim Regina Franciæ fuiſſet: ſed preces nihil curans Eliſabetha, Mariam capite truncari juſſit. Rex Mariæ caſum lugens exſequias ejus celebrari præcepit, queis ipſe cum Regina uxore & aula regia tota interfuit. Archiepiſcopus Bituricenſis funebrem orationem habuit, in qua memoratis, nec tamen nominatis Guiſio & Meduanio, ipſos fulmina bellica vocavit. Regi minime placuit, quod viros ſibi palam hoſtes ita laudaſſet, & in eadem typis data oratione hæc ſublata fuere.

Vix credatur quantum hæc Reginæ Scotiæ mors plebem Pariſinam concitaverit contra Hæreticos & contra Regem, qui apud *Sanctæ Societati* addictos Hugonotorum fautor habebatur. Concionatores hæc in cœtibus occlamando plebi inculcabant. Præcipui vero qui *Societati* nomen dederant, novis ſemper ſtudebant, turbamque quo vellent convertebant. Cæteras quoque urbes ut ſibi adjungerentur hortati ſunt, Rhotomagum nempe, Lugdunum, Aurelianum, Ambianum, Bellovacum, Peronam, & pleræque manus dederunt. Factioſi etiam de Rege comprehendendo conſilia miſcebant, ſed in varias ſæpe abibant ſententias, uti ſolet in tumultuariis cœtibus. Bononiam quoque occupare voluerunt, Mendoza Hiſpaniæ Oratore affirmante eo appulſuram eſſe magnam illam claſſem, quam Rex Philippus contra Reginam Angliæ apparabat, & exſcenſuros eſſe Hiſpanos milites ad bellum Hugonotis inferendum; ſed cum res in Regiorum notitiam veniſſet, tale conſilium exitu caruit.

Les

Les Guiſes avoient ſoin d'entretenir le peuple dans ces diſpoſitions, & n'o- 1587.
mettoient rien pour augmenter ſa haine contre le Roi & ſes favoris. D'un autre côté Epernon qui haïſſoit à mort le Duc de Guiſe, animoit toujours le Roi contre lui; & comme il ſavoit qu'il en vouloit principalement à ſa perſonne Roiale, il lui donna pour ſa garde quarante-cinq jeunes Nobles Gaſcons, gens hardis & capables de tout entreprendre, dont le Chef étoit Longnac. Le Roi s'en ſervit depuis comme nous verrons.

Le Roi de Navarre faiſoit alors des progrès conſiderables dans le Poitou, où il prit pluſieurs places. Le Duc de Joyeuſe vint dans cette Province, ſe mit à la tête de l'armée, & eut d'abord quelques ſuccès favorables: il ſurprit deux Regimens; & après qu'ils ſe furent rendus, contre la foi donnée il les fit tailler en pieces. Il prit encore S. Maixant & Tonnai-Charente. Depuis cela ſur l'avis que pendant ſon abſence le Roi ne penſoit plus à lui: il ſe rendit en poſte à Paris, laiſſant la conduite de ſon armée à Lavardin. Le Roi de Navarre s'avança vers l'armée du Duc, défit trois Regimens de Cavalerie, & aſſiegea Lavardin dans la Haye en Touraine; mais ne pouvant continuer le ſiege faute d'artillerie, il ſe rendit à Montſoreau, & y fit un pont ſur la Loire pour le paſſage des troupes qu'il attendoit.

Joyeuſe arrivé à la Cour, fut preſque accablé de pluſieurs mauvaiſes affaires dont la nouvelle arriva en même tems. Son frere après la mort de ſa femme s'étoit fait Capucin. Tous les efforts qu'il fit pour l'en détourner furent inutiles. Il trouva le Roi refroidi à ſon égard, & ſon rival Epernon plus avant que jamais dans ſes bonnes graces; enſorte même qu'il lui avoit fait épouſer Marguerite de Foix Candale, plus recommandable par ſa haute naiſſance, que par ſes grands biens. Il apprenoit d'ailleurs que l'armée qu'il venoit de laiſſer étoit mal menée par le Roi de Navarre. Il prit alors la reſolution d'aller la joindre, de donner bataille, & de vaincre ou d'y mourir.

Sur le bruit qui ſe répandit par tout que la bataille alloit ſe donner, quantité de jeune Nobleſſe alla joindre le Duc, qui s'en retournoit à l'armée, renforcée de troupes que le Roi y envoia. Le Roi de Navarre, qui étoit à Montſoreau, y reçût un ſecours que lui amena le Comte de Soiſſons, jeune Prince de grande eſperance, qu'il vouloit marier avec ſa ſœur Catherine. Le Duc de

---

Le même. Guiſii plebis animos acuere non ceſſabant, nihilque non agebant ut odium ejus augerent in Regem & gratioſos. Ex altera vero parte Eſpernonius Guiſio admodum infenſus, Regis animum in illum movebat. Cum non ignoraret autem Guiſium in Regem ipſum machinas movere, 45. juvenes nobiles ad cuſtodiam ipſi dedit, qui Vaſcones erant, audaces, & ad res arduas ſuſcipiendas proni, queis ducem dedit Lognacum. His Rex poſtea uſus eſt, ut videbitur.

Thuanus. Cayet. Tunc Rex Navarræ apud Pictonas proſpere bellum gerebat, ubi & oppida multa occupavit. Joüſa in provinciam iſtam venit, & cum exercitu ſuo aliquanto tempore rem bene geſſit, cohortes duas intercepit, & poſtquam ſeſe dediderant, contra fidem datam totas gladio peremit: Sanctum Maxentium & Tonam ad Carantonum cepit. Deinde vero ubi comperit Regem ſui abſentis nullam rationem habere, veredis uſus Lutetiam petiit, Lavardinumque exercitûs ducem reliquit. Navarrus verſus exercitum illum movit, tres equitum turmas fudit, & Lavardinum qui Haiam in Turonibus confugerat, obſedit; ſed tormentis pyriis deficientibus, obſidionem ſolvit, & Monſorellum ſe contulit, ubi pontem ad Ligerim ſtruxit, qua tranſituræ erant eæ, quas exſpectabat, copiæ.

Les mêmes. Joüſa ubi in regiam aulam advenit, infortuniis multis unà accidentibus pene obrutus eſt. Frater ſuus poſt uxoris mortem in Capucinorum Ordinem tranſierat, nec potuit ipſe, quantavis moliretur, ab hujuſmodi conſilio illum avertere, Regem reperit non paria prioribus benevolentiæ ſigna dantem, Eſpernoniumque magis ac magis ejus gratia fruentem; qui Rex etiam illum cum Margarita Foxia Candala connubio junxerat, quæ magis genere, quam opibus clara erat: nunciatum etiam Joüſæ fuit a diſceſſu ſuo, exercitum quem ipſe reliquerat, a Navarro puſſum & clade affectum fuiſſe. His ille motus, exercitum junctum ire decrevit, pugnamque committere, ut in ipſa vel caderet, vel victoriam reportaret.

Les mêmes. Cum, volante undique fama, pugnam mox futuram eſſe diceretur, Nobiles multi Joüſam ad exercitum cum adjunctis copiis ab Rege ſibi datis revertentem & ipſi pugnaturi adierunt. Rex autem Navarræ qui Monſorelli erat, auctus pugnatorum manu, quam adduxerat Comes Sueſſionenſis Princeps juvenis, magnæ ſpei, cui Catharinam ſororem Navarrus ſponſam deſtinabat. Joüſa manum pugnato-

1587. Bataille de Coutras, victoire du Roi de Navarre.

Joyeuſe devoit être joint par le Maréchal de Matignon, qui lui amenoit un corps conſiderable de troupes ; mais ou ſa mauvaiſe deſtinée, ou ſa préſomption le porta à riſquer le combat avant l'arrivée de ce ſecours. La bataille ſe donna à Coutras. Du côté des Catholiques Roiaux Lavardin & Montigni combattirent vaillamment, les autres firent peu de reſiſtance. Le Roi de Navarre remporta pleine victoire. Le Duc de Joyeuſe & un de ſes freres demeurerent ſur la place, avec un grand nombre de Seigneurs, & plus de deux mille autres, dont trois cens étoient Gentilshommes. Du côté du Roi de Navarre il n'y eut pas plus de trente hommes tuez, & preſque pas un homme de qualité.

Son humanité.

Après la victoire le Roi de Navarre ſe diſtingua encore plus par ſon humanité que par ſa valeur : il fit enterrer tous les morts, penſer les bleſſez, il fit rendre à pluſieurs des priſonniers leurs enſeignes & leurs drapeaux, recommanda fort à ceux de ſon parti qui avoient des priſonniers de ne point exiger de trop groſſes rançons, & les fit traiter avec toute l'humanité poſſible. Il reçût les applaudiſſemens qu'on lui donnoit pour cette grande victoire, avec une moderation qui charma tout le monde. Pluſieurs augurerent de là que le ſuccès de cette guerre ſeroit heureux pour un Prince orné de tant de vertus roiales.

Il profite mal de ſa victoire.

Le Prince de Condé étoit d'avis qu'il falloit partir ſur le champ, & tirer vers la Loire pour faciliter le paſſage à la grande armée d'Alemagne qui venoit au ſecours des Reformez ; c'étoit le meilleur parti qu'il y avoit à prendre ; d'autres dirent qu'il falloit donner quelque repos à une armée ſi fatiguée, & ce conſeil fut ſuivi au grand malheur de l'armée Alemande, comme nous verrons. Le Prince ſe rendit à la Rochelle, & le Roi de Navarre à Pau. Quelques-uns diſent que le trop ardent deſir d'aller voir une maîtreſſe lui fit faire cette retraite. L'armée qui venoit au ſecours des Reformez, étoit compoſée de huit mille Reitres, de vingt mille Suiſſes, dont quatre mille ſe détacherent pour aller en Dauphiné. Ce qui reſtoit joint aux troupes du Duc de Boüillon, & aux François qui s'y rendirent, faiſoit environ trente mille hommes. L'Armée s'aſſembla d'abord auprès de Straſbourg, commandée par le Baron de Dona. Le Roi de Navarre en avoit donné le commandement au Duc de Boüillon, mais comme ſa troupe étoit fort petite en comparaiſon de l'autre, il fut obligé de ceder au Baron. Ils entrerent dans la Lorraine & la ravagerent.

---

rum validam a Matignono Mareſcallo adducendam exercitui ſuo adjuncturus erat ; ſed vel adverſante ſibi fortuna, vel ex confidentia nimia, ad pugnæ aleam ante Matignoni adventum tentandam properavit. Pugna Curtraci commiſſa fuit. Ex regiorum parte Lavardinus & Montinius fortiſſime pugnavêre : cæteri vero non multum obſtitere ſe adorientibus, Rexque Navarræ plenam victoriam retulit. Joüſa Dux unuſque ex fratribus ipſius cæſi fuere cum proceribus multis & bis mille aliis, quorum trecenti nobiles erant. Ex Navarræis non plus triginta cæſi fuere, neque vel unus ex proceribus cecidit.

Les mêmes. Poſt victoriam Navarrus humanitate magis quam fortitudine clarus evaſit. Cæſos omnes humari curavit, & vulneratis medicam manum admoveri, multis vexilliferis vexilla & ſigna reddi juſſit. Suos hortatus eſt ne a captivis ſummas nimias pro libertate adipiſcenda exigerent, illoſque qui capti fuerant benigne excipi mandavit. Plauſus autem ſibi ob tantam victoriam inſonantes cum tanta modeſtia excepit, ut omnium ſibi affectum conciliaverit. Multi inde augurati ſunt hujuſce belli exitum fortunatum fore Principi tot regiis virtutibus ornato.

Condæi conſilium erat ſtatim proficiſcendum eſſe, *Les mêmes.* & Ligerim petendum, ut exercitui grandi, qui ex Germania veniebat, trajectus facilior pararetur ; & illa utique amplectenda ſententia erat. Alii dixere, exercitui tot laboribus feſſo quietem & recreationem eſſe concedendam. Et hæc ſententia tenuit, in magnam exercitus Germanici perniciem, ut mox videbitur. Condæus Rupellam, Navarrus Palum ſe contulit. Quidam narrant illum nobilis feminæ, quam deperibat amore pellectum, illò receptum habuiſſe. Exercitus qui ad opem Reformatis ferendam veniebat, erat octo millium Germanorum equitum, ac viginti millium Helvetiorum, ex quorum numero quatuor mille verſus Delphinatum moverunt. Quod reſtabat, unà cum Ducis Bullionii & cum Francis aliis qui exercitum venêre junctum, triginta circiter millium pugnatorum numerum complebat. Exercitus ſtatim prope Argentoratum congregatus fuit, duce Dona Barone. Rex Navarræ Bullionium hujus exercitus ducem conſtituerat ; ſed quia copiæ ipſius longe pauciores erant, ductum ille Donæ conceſſit. In Lotharingiam autem ingreſſi, ipſam devaſtavêre.

Le Roi jugeant à propos de ſe mettre en campagne, ſe rendit à Meaux, d'où il envoia des ordres pour aſſembler une armée à Chaumont en Baſſigni, & une autre plus grande à Orleans & à ſaint Florentin ſur Loire. La premiere armée devoit être commandée par le Duc de Guiſe, & le Roi lui-même alloit à la tête de celle de la Loire. Pendant qu'il étoit à Meaux, la Reine Mere ménagea au Duc de Guiſe une Audience, qui ſe paſſa de maniere que le Roi vit bien qu'il avoit plus à craindre de lui que des Reitres & des Suiſſes. Les François de l'armée de Dona étoient d'avis qu'on fit d'abord la guerre au Duc de Lorraine, & qu'on ſe ſaisît de ſes places, parceque, diſoient-ils, c'étoient les Princes Lorrains qui avoient excité cette guerre, & que ſi on la faiſoit chez eux, cela les porteroit à la finir. Mais le Baron de Dona, gagné par quelqu'un que les Princes Lorrains avoient mis dans leur parti, voulut tirer vers la Loire pour porter ſecours au Roi de Navarre; ils convinrent pourtant qu'ils demeureroient dans la Lorraine juſqu'à ce qu'ils auroient nouvelles certaines du Roi de Navarre. 1587.

Le Duc de Guiſe aſſembla ſes troupes fort inferieures en nombre à cette armée. Il obſervoit ſes mouvemens, & ſe trouva une fois en grand péril : il étoit ſur une colline. L'armée ennemie marchoit à grand pas pour l'attaquer. On lui perſuadoit de ſe ſauver bien vite: mais voulant ſe retirer de maniere que ſon honneur n'y fût pas intereſſé, il tint ferme ſur cette colline. Les Reitres qui venoient à lui à toute bride, ſe fatiguerent beaucoup à la montée qui étoit roide; & alors le Duc deſcendit en bon ordre d'un autre côté de la colline, il paſſa à gué une riviere, & laiſſa dans un moulin des Arquebuſiers, qui arrêterent quelque tems les Reitres : il s'échappa ainſi avec autant de bonheur que de conduite. Action du Duc de Guiſe.

L'armée des Reitres prit la route de la Loire. Le Roi de Navarre leur avoit envoié Montglas, qui leur montra pluſieurs guez où ils pouvoient facilement paſſer. Mais peu ſouples aux avis qu'on leur donnoit, ils deſcendirent plus bas, & s'avancerent du côté de la Charité, où le Roi qui étoit à la tête de vingt-cinq mille hommes gardoit l'autre bord, reſolu de leur donner bataille s'ils tentoient de paſſer. Il avoit fait mettre de groſſes garniſons aux Villes où il y avoit des ponts, à Nevers, à la Charité, à Gien, & avoit fait gâter tous les guez. L'armée des Reitres ne trouvant plus moien de paſſer, tira vers la Beauſſe, & ſe Le Roi empêche aux Reitres le paſſage de la Loire.

Thuanus. Cayet. Rex Henricus putavit ſibi in aciem contra hoſtem eundum eſſe, & Meldas primum ſe contulit, juſſitque exercitum Calvimontii in Baſſiniacenſi agro cogi; aliumque majorem Aureliani & in Fano Florentini ad Ligerim. Prior exercitus a Guiſio, alter a Rege ipſo ducendus erat. Dum Meldis verſaretur, curante Catharina parente, Guiſius ad colloquium cum Rege admiſſus fuit, quo in congreſſu vidit Rex magis ſibi a Guiſio, quam a Germanis & Helvetiis eſſe timendum. Franci qui in exercitu Donæ militabant, ea ſententia erant, ut bellum ſtatim Duci Lotharingiæ inferretur, ejuſque urbes & oppida caperentur, quia Lotharingi Principes hoc bellum moverant, & ſi in ipſa Lotharingia concertaretur, eoſdem Lotharingos Principes ad bellum terminandum operam eſſe daturos; at Dona, quopiam, quem ipſi Lotharingi Principes ſibi devinxerant, ſuadente, Ligerim verſus movere voluit, ut Navarro ferret opem. Decretum tamen fuit ut in Lotharingia ipſa Regis Navarræ nuncii exſpectarentur.

Thuanus. Guiſius copias ſuas collegit, hoſtilibus longe inferiores numero. Exercitûs autem illius motus obſervabat & in colle ſtabat. Exercitus porro Germanorum celeri gradu ad ipſum tendebat: quidam ſuadere ipſi volebant ut receptui caneret; ſed cum vellet ita receptum habere, ut id nihil honorem ſuum læderet, in colle ſubſtitit. Germani equites citatiſſimo curſu ad illum veniebant, & in collis aſcenſu aſpero admodum defatigati ſunt, tuncque Guiſius, rectis ſervatis ordinibus, per aliud collis declive deſcendit, fluvium trajecit, & in molendino quodam aliquot ſclopetarios reliquit, qui Germanos tantillum ſiſtere gradum coëgerunt, ſicque Guiſius dilapſus felicitatis ſimul & ſagacitatis ſigna dedit.

Thuanus. Cayet. Exercitus Germanicus Ligerim verſus movit. Navarrus Monglaſium miſerat, qui plurima ipſis vada monſtravit, qua tranſire facile poſſent: ſed huic conſilio non obſequentes, inferius deſcenderunt, & ad uſque Caritatem venerunt, ubi Rex cum viginti quinque millibus pugnatoribus alteram fluminis oram cuſtodiebat, ad pugnam cum illis committendam paratus, ſi quidem flumen trajicere tentarent. In iis vero locis ubi Pontes erant, ut Niverni, in Caritatis oppido & Gienni, numeroſa præſidia poſuerat, & vada omnia peſſumdari curaverat. Exercitus porro Germanicus quo tranſiret non habens, Belſiam ver-

1587. rendit d'abord à Montargis. Les Ducs de Guiſe & de Mayenne voulurent ſurprendre un corps de Reitres à Vimori ; mais mal informez de l'état des choſes, ils trouverent plus de reſiſtance qu'ils n'avoient crû ; enſorte que la perte fut preſque égale de part & d'autre.

Le deſſein du Roi étoit d'affoiblir les ennemis par des traitez, d'en détacher des corps conſiderables en leur offrant de l'argent. Il ſe ſervit du Duc de Nevers pour engager les Suiſſes au nombre de douze mille de ſe retirer, moiennant une groſſe ſomme. Le traité fut fait & paſſé, & l'armée ennemie ſe trouva ainſi tout d'un coup affoiblie de la moitié. Le Baron de Dona fit ſon poſſible pour arrêter ce grand corps de Suiſſes ; il remuoit tout pour retenir une partie ſi conſiderable de ſon armée ; le Duc de Boüillon s'y emploioit auſſi fortement.

Défaite des Reitres à Auneau.

Mais ce qui arriva vers la fin de Novembre de cette année, ruina toutes leurs affaires. Le Baron de Dona s'étant logé à Auneau avec un corps de ſes troupes, fit ſemblant de vouloir aſſieger le Château : mais il ſe contenta d'obliger le Concierge ou Gouverneur de lui promettre avec ſerment qu'il ne feroit contre lui aucun acte d'hoſtilité. Se confiant imprudemment en ſa parole, il ne ſe tenoit plus ſur ſes gardes. Le Duc de Guiſe trouva moien de gagner le Gouverneur du Château, & y fit entrer une partie de ſes gens. Il vint après la nuit attaquer tout ce corps de Reitres qui ne s'attendoit à rien moins. La confuſion & la terreur furent ſi grandes, qu'ils ne firent preſque point de défenſe, ils tâchoient de gagner les champs, & ſe jettoient dans les foſſez. Le Baron de Dona ſe ſauva lui douziéme. Il y en eut environ deux mille tuez, quatre cens priſonniers, preſque tous leurs chevaux furent pris avec ſept étendards, tout leur bagage fut pillé pendant deux jours entiers.

Cette défaite jetta la terreur dans le camp des ennemis. Les Suiſſes finirent promptement leur traité avec le Duc d'Epernon pour ſe retirer chez eux. Les Reitres accompagnez des François de leur parti que Châtillon commandoit, tirerent vers Orleans, & reçûrent un échec conſiderable dans le chemin. Ils vouloient ſe rendre dans le Vivarais pour joindre le Roi de Navarre. Le Duc d'Epernon qui les ſuivoit avec un corps de troupes, leur fit propoſer qu'on leur donneroit la liberté de ſe retirer chez eux leurs enſeignes ploiées. Châtillon fit ſon poſſible pour les détourner d'un traité ſi honteux. Mais enfin ils

---

ſus movit, & Montargiſium venit. Guiſius & Meduanius Vimorii manum Germanorum equitum aſtu aggreſſi ſunt, ſed illis pluſquam putaverant obſiſtentibus, pari utrinque damno certatum fuit.

Les mêmes. Id conſilii Rex ſuſceperat, ut pactionibus initis hoſtium exercitum debilitaret, & cohortes plurimas oblata pecunia ipſis abſtraheret. Nivernenſi Duce uſus eſt, ut Helvetios duodecies mille numero, pactione ſummæ grandis ad patriam repetendam cogeret. Inita pactio fuit ; ſicque exercitus hoſtium dimidiam ſui partem amiſit. Nihil non agebat Dona, ut hanc tantam militum manum retineret : Bullionius quoque Dux operam ſuam ea in re præſtabat ; ſed quod in fine Novembris anni iſtius factum eſt, illorum negotia omnino labefactavit. Dona cum Aunelli ſedes poſuiſſet cum magna ſuorum manu ; arcem ſe obſidere velle ſimulavit, ſed ſatis habuit ſi cum arcis cuſtode pactum iniret, quo cuſtos ſacramento præſtito pollicebatur, ſe hoſtilia nulla in ipſum Donam vel ſuos ſuſcepturum eſſe. His imprudenter fidens Dona, nec ullam adhibens cautionem tranquille agebat. Dux vero Guiſius, pellecto cuſtode, partem ſuorum in arcem immiſit. Noctu autem venit hanc Germanorum manum nec opinantem aggreſſurus. Statim terror omnes occupavit : perturbatio autem & tumultus tantus fuit, ut hoſti obſiſtere ne quidem cogitantes, in agros ſe diffundere curarent, & in foſſas oppiduli ſeſe conjicerent. Dona duodecimus aufugit ; bis mille circiter interfecti ſunt, & quadringenti capti ; omnes fere equi & ſeptem vexilla in manus Francorum devenerunt, omnes ſarcinæ ſuppellexque tota per biduum a milite direpta fuit.

Hæc clades terrorem in caſtra hoſtium conjecit. Helvetii pacta celeriter cum Eſpernonio inierunt, ut in patriam redirent. Germani, comitante ſe Caſtellione, qui manui Francorum imperabat, verſus Aurelianum receptum habuere, & a Regiis iterum cæſi ſunt. In Vivarienſem tractum ſe recipere volebant, ut Regi Navarræ jungerentur. Eſpernonius vero, qui cum pugnatorum manu ipſos ſequebatur, fugaci turmæ conditionem offerri curavit, ut vexillis complicatis extra Regnum libere ſe recipere poſſent. Caſtellionæus nihil non egit ut illos a turpi *Le même.* pactione averteret ; ſed tandem illi cum Eſpernonio

s'accorderent avec Epernon, & ſe mirent en marche pour gagner le Comté de Montbelliard. Ils firent une telle diligence que le Duc de Guiſe qui les pourſuivoit avec le Marquis de Pont-à-Mouſſon, ne pût les atteindre. Aiant ainſi manqué leur coup, ils ravagerent le Comté de Montbelliard, brûlerent plus de trois cens Villages, & commirent mille excès. Le Duc de Guiſe rejettoit toute la faute ſur le Marquis de Pont-à-Mouſſon, irrité, diſoit-il, des maux que les Reitres avoient faits en Lorraine. Châtillon fils de l'Amiral avec les François qui l'accompagnoient, ne voulut point être compris dans le traité, il ſe retira dans le Vivarais, & courut bien des riſques dans ſa retraite. Le Duc de Boüillon ſe rendit à Geneve, où il mourut après avoir fait ſon teſtament, où il laiſſoit la Noüe Executeur teſtamentaire, & Tuteur de la Princeſſe ſa fille. 1587.

Les Reitres ſe retirent chez eux.

Après cette campagne le Roi fit ſon entrée triomphante dans Paris. La Reine Mere & les Meſſieurs de Ville vinrent au devant de lui. Il y eut bien des marques, du moins apparentes, de réjouiſſance. Mais ceux de la faction des Guiſes, les plus puiſſans dans la Ville, murmutoient toujours hautement, ſur tout contre Epernon, qui ſelon eux favoriſoit le Roi de Navarre, & avoit empêché par ſon traité fait avec les Reitres, que le Duc de Guiſe n'eût une victoire entiere ſur eux. Ils firent courir ſur cela pluſieurs libelles; un entre autres qui a la premiere page avoit un titre à peu près tel: *Exploits de Monſeigneur le Duc d'Epernon contre les Heretiques*, & à chacune des pages ſuivantes il n'y avoit que ce ſeul mot, *Rien*. Tout cela retomboit ſur le Roi qui étoit continuellement déchiré par les factieux. Ce n'étoient que les préludes de la ſanglante ſcene qui ſuivit après.

Il parut cette année près de cent Ecrits ſatyriques contre differentes perſonnes de qualité. Ces Libelles marquoient une grande corruption dans les mœurs.

En ce tems ci partit de Liſbonne cette grande flotte qu'on appelloit l'Invincible, que Philippe Roi d'Eſpagne envoioit pour ſubjuguer l'Angleterre. La flote étoit commandée par le Duc de Medina Sidonia. On n'en avoit jamais vû de pareille. Elle eut un fort mauvais ſuccès, tant par les fâcheux accidens qui arriverent, que par la valeur de Drak, Commandant de la flote Angloiſe.

---

pepigerunt, & ut Montis-bellicardi Comitatum peterent, quam citiſſime iter carpſere, ita ut Guiſius, qui cum Muſſiponti Marchione ipſos inſequebatur, aſſequi non potuerit; ſed ambo Comitatum illum devaſtavêre, pluſquam trecentos vicos flammis tradidere, ac nullum non genus ſævitiæ exercuere. Culpam rejiciebat Guiſius in Muſſipontinum, indignatum, inquiebat, quod Germani in Lotharingia paria feciſſent. Caſtellionæus filius Colinii Præfecti maris, cum Francis qui ipſum comitabantur, in pactione illa comprehendi noluit, ſed in Vivarienſem tractum, multis tranſactis periculis ſe contulit. Bullionius Genevam conceſſit, ubi poſtquam teſtamentum ſuum ediderat, diem clauſit extremum. Teſtamenti & filiæ ſuæ Lanovium curatorem reliquit.

Let mêmet. Memoires pour l'hiſtoire de France.

Poſt hæc Rex triumphantis more Lutetiam ingreſſus eſt. Regina parens & primores urbis ipſi obviam venerunt, multaque lætitiæ ſigna, in pleriſque fortaſſis ſimulata, data ſunt; ſed qui Guiſianæ factionis erant, in civitate potentiores, palam ſemper obmurmurabant, maxime contra Eſpernonium, qui ut illi jactitabant, Navarro favebat, & pactione ſua impediverat quominus Guiſius victoriam plenam de Germanis referret. Multos ea de re libellos ediderunt, in quorum aliquo hic titulus erat: *Præclara Domini Ducis Eſpernonii geſta contra hæreticos*, & in ſingulis ſequentibus paginis hæc unica vox erat, *nihil*. Iſthæc omnia in Regem derivabantur, qui quotidie a factioſis illis lacerabatur. Hæc ceu præludia erant cruentæ tragœdiæ, quæ poſtea data eſt.

Hoc anno libelli fere centum famoſi & ſatyrici in primores viros feminaſque emiſſi fuere, qui ingentem tunc morum corruptionem fuiſſe ſignificabant.

Hoc ipſo tempore Uliſſipone ſolvit ingens illa claſſis Hiſpana, quam Inexpugnabilem vocabant, quamque Philippus Rex Hiſpaniæ mittebat ad Angliam ſibi ſubigendam, imperante Medinæ Sidoniæ Duce. Nunquam ſimilis viſa fuerat: infauſto tamen illa exitu perrexit, ſeu inopinatis caſibus, ſeu ex Draxi Anglicæ claſſis Præfecti fortitudine & ſagacitate.

1588. Après la mort du Duc de Boüillon, le Duc de Lorraine à l'inſtigation du Duc de Guiſe, fit aſſieger Jamets. Le Gouverneur ſe défendit vaillamment. Le ſiege dura long-tems, & la place ſe rendit enfin. Le Duc de Guiſe penſoit à faire épouſer à ſon fils l'heritiere de Boüillon. Mais une plus grande affaire l'occupoit alors, il falloit faire joüer les derniers reſſorts pour le mettre au comble de ſes deſirs. Le Duc de Lorraine, le Duc de Guiſe & les principaux Confederez s'aſſemblerent à Nanci au commencement de l'an 1588. & il fut reſolu qu'on preſenteroit une Requête au Roi, dont les principaux articles étoient; qu'il ſe déclareroit plus ouvertement & plus ſincerement pour la Ligue; qu'il ôteroit promtement de toutes Charges, de l'adminiſtration des affaires & de la Magiſtrature, les gens ſuſpects & les fauteurs d'Hereſie qui lui ſeroient indiquez; qu'il feroit recevoir & publier le Concile de Trente & l'Inquiſition; qu'il obligeroit les Eccleſiaſtiques de racheter leurs biens alienez; qu'il donneroit pluſieurs places de ſûreté aux Chefs des Ligueurs; qu'il entretiendroit une armée aux frontieres de la Lorraine, pour empêcher que des troupes étrangeres n'entraſſent en France.

Conditions preſentées au Roi.

Preſenter ces conditions au Roi, c'étoit lui propoſer de ſe mettre en tutele. Il ſentit combien elles étoient injurieuſes, mais il differa d'y répondre, tant parce qu'il penſoit à les éluder, que parce qu'il étoit trop occupé des inſultes que faiſoit tous les jours la populace fanatique à la Majeſté Roiale. Les Prédicateurs l'animoient inceſſamment contre le Roi & ſes favoris, & élevoient juſqu'au ciel les Guiſes & leurs adherans; il faut avoüer auſſi que le Roi donnoit de grandes priſes aux Guiſes & aux Ligueurs, par les dons & les graces extraordinaires qu'il faiſoit ſans meſure au Duc d'Epernon. Il l'avoit déja établi Colonel general de l'Infanterie Françoiſe, & après la mort de Joyeuſe il le fit Grand Amiral de France, & lui donna encore le Gouvernement de la Normandie, une des plus grandes Provinces du Roiaume. Un jour le même Eſpernon ſe prit de paroles avec l'Archevêque de Lion, & le traita ſi mal, que le Prélat demanda réparation d'honneur au Roi; & ne pouvant avoir ſatisfaction, il ſe tourna du côté des Guiſes.

Mort du Prince de Condé.

En ce tems-ci mourut à S. Jean d'Angeli Henri de Bourbon Prince de Condé, empoiſonné, à ce qu'on croioit, par ſes domeſtiques. Toutes les marques de poiſon parurent ſur ſon corps & dans ſes inteſtins. On ſaiſit Jean Anſelin de

---

Thuanus. Poſt Bullionii obitum, Dux Lotharingiæ, inſtigante Guiſio, Jameſium obſedit. Præfectus oppidi fortiter hoſtem propulſavit: diuturna obſidio fuit; ſed tandem oppidum deditum eſt. Guiſius Bullionii filiam heredem filio ſuo ſponſam dare cogitabat; verum tunc ille majore negotio diſtinebatur, extremas tunc machinas adhibiturus erat, ut ad gloriæ cumulum pertingeret. Guiſius & præcipui fœderati Nanceium convenere ineunte anno 1588. ſtatutumque fuit ut libellus Regi offerretur, cujus hæc præcipua capita erant; quod ipſe apertius ſinceriuſque pro *Societate* ſe declaraturus eſſet; quod ab officiis, rerum adminiſtratione & Magiſtratu quovis remoturus eſſet eos, qui ſuſpecti vel hæreſeos fautores eſſent, qui ipſi indicarentur; quod Concilium Tridentinum & Inquiſitionem recepturus eſſet; quod Eccleſiaſticos coacturus eſſet ad Eccleſiaſtica bona redimenda; quod ad ſecuritatem plurimas urbes & oppida ducibus *Societatis* daturus; quod exercitum in confiniis Lotharingiæ alere non deſtituturus eſſet, qui extraneis copiis ingreſſum in Regnum intercluderet.

Hujuſmodi conditiones Regi proponere, nihil aliud erat quam ipſum rogare ut ſe in tutela poneret. Senſit ille quanta ſibi injuria inferretur; ſed reſponſionem diſtulit, tum quia conditiones illas eludere cogitabat, tum quia nimis diſtinebatur a ludibriis illis queis quotidie a fanatica plebe dehoneſtabatur. Concionatores illam quotidie concitabant contra Regem & gratioſos, & ad cælum uſque Guiſios & ſequaces eorum attollebant. Fatendum tamen eſt illum magnam præbuiſſe Guiſiis & fœderatis anſam, dum ingentia & immoderata dona Eſpernonio conferret. Jam illum Peditum omnium Francorum Præfectum conſtituerat, & poſt Joüſæ mortem, ipſum maris Præfectum declaraverat, atque Præfecturam Normanniæ, inter majores Regni provincias computatæ, ipſi conceſſerat. Quodam die Eſpernonius cum Archiepiſcopo Lugdunenſi diſceptans, tam aſpere illum excepit, ut Antiſtes ſatisfactionem ab Rege petierit, quam cum impetrare nequiret, ad Guiſiorum partes ſe contulit.

Le même. Hoc tempore in Fano Joannis Angeriacenſis obiit Henricus Borbonius Princeps Condæus, a domeſticis, ut credebatur veneno ſublatus, omnia veneni ſigna in corpore & in inteſtinis reperta ſunt. Tunc Joannes Anſelinus Burdigalenſis comprehenditur,

Bourdeaux, parce qu'il avoit fourni deux chevaux à deux ſerviteurs du Prince, qui s'enfuirent après avoir fait le coup. Anſelin par Sentence des Juges nommez par le Roi de Navarre, fut tiré à quatre chevaux. Charlotte de la Trimoüille femme du Prince, fut auſſi ſaiſie, on lui fit ſon procès. Elle auroit eu peine d'éviter la mort, ſi elle n'avoit été trouvée enceinte. L'affaire fut depuis transferée au Parlement de Paris, où elle fut declarée innocente, & toutes les procedures furent brûlées. Ce Prince que le malheur de ſa naiſſance, ou plutôt de ſon éducation, avoit engagé dans le Calviniſme, étoit orné de toutes les vertus. On n'en a guere vû dans ces tems de plus accompli. Il mourut âgé d'environ trente-ſept ans, & fut fort regretté de ceux de ſon parti. Il n'y en eut jamais de plus malheureux dans ſes entrepriſes, ni de plus conſtant dans l'adverſité. 1588.

Les factions de Paris continuoient toujours de cabaler contre le Roi, & le déchiroient publiquement lui & Epernon ſon favori. Son indolence leur donnoit beau champ & les enhardiſſoit d'autant plus, qu'ils croioient pouvoir tout faire impunément. Cependant craignant qu'à la fin ſa patience étant à bout, il ne leur fit porter la peine de leur temerité, ils preſſoient le Duc de Guiſe de venir ſe mettre à leur tête. Avant que de s'expoſer à faire un coup ſi hardi, il voulut s'informer de l'état des choſes, & des forces que pourroient fournir ceux de ſon parti. Ils avoient diviſé la Ville en ſeize quartiers, & avoient mis des Chefs à chaque quartier. Ces Chefs étoient appellez les Seize. Le Duc vouloit que ces ſeize quartiers fuſſent réduits à cinq, afin qu'il y eut plus de forces réunies enſemble, & qu'elles ne fuſſent pas partagées en tant de petits corps: & perſuadé que les Chefs élûs par la populace, ne ſeroient pas propres à commander dans une action de vigueur, il en envoia en leur place d'autres, gens aguerris, & cinq cens chevaux qui devoient ſe tenir diviſez dans des Villages près de Paris, pour ſe réünir quand il ſeroit beſoin. Cependant les Ligueurs formerent le deſſein de ſe ſaiſir du Roi & d'Epernon pendant le tems du Carême, quand il iroit aux Proceſſions. Il en fut averti par un nommé Poulain, qui ſe trouvoit aux aſſemblées de ces furieux, feignant d'être de leur parti. Le Roi s'abſtint d'aller aux Proceſſions: mais ſe tenant toujours dans ſon indolence, & confirmé dans une fauſſe ſécurité par Villequiers qui

Les Seize.

Deſſein des factieux de Paris.

---

quia duobus Condæi famulis, qui hoc ſcelus perpetraverant, equos ad fugiendum ſubminiſtraverat. Anſelinus ex ſententia Judicum a Navarro delegatorum, a quatuor equis in diverſa tendentibus diſcerptus eſt. Comprehenditur etiam Carola Tremollia Condæi uxor & in cauſam vocatur, vixque mortem effugere potuiſſet, niſi prægnans reperta eſſet. Res poſtea in Curiam Senatus Pariſini tranſlata fuit, ubi Tremollia innoxia declarata, & omnia quæ a priſtinis illis Judicibus ſcripta fuerant, flammis tradita ſunt. Erat Condæus Princeps, quem natalium, imo potius educationis ſors in Calviniſmum induxerat, omnis generis virtutibus clarus: pauci ea in re uſpiam perfectiores deprehenſi ſunt. Erat autem ille triginta ſeptem circiter annos natus, magnumque ſui deſiderium reliquit apud Reformatos omnes. Nemo unquam in ſuſceptis rebus infelicior & in adverſis conſtantior fuit.

Le même. Hiſtoire d'Henri III. Cayet.

Factioſi Pariſini qui contra Regem in dies multa machinabantur, palam ipſum & gratioſum ipſi Eſpernonium dilacerabant. Henrici vero ſegnities nimiaque patientia eo audaciores reddebat, quod ſe impune omnia aggredi poſſe putarent, tandemque metuentes ne patientia læſa in furorem verteretur, ipſique temeritatis ſuæ pœnas darent, apud Guiſium inſtabant, ut veniret, ſibique rebellionis dux foret. Antequam Guiſius tam arduam rem ſuſciperet, ediſcere voluit quo in ſtatu res eſſet, & quot pugnatores illi ſuppeditare poſſent. Urbem in ſexdecim regiones diviſerant, duceſque in ſingulis regionibus conſtituerant, qui duces *Sextodecimani* vocabantur. Cupiebat Guiſius ſexdecim illas regiones in quinas reduci, ut plures in ſingulis regionibus pugnatores eſſent, neque in tot particulas diſtracti. Cum putaret autem duces illos ab imperita plebe electos, non idoneos fore ad pugnam inſtruendam, alios bellandi peritos in eorum locum miſit, necnon quingentos equites, qui in vicis prope Lutetiam ſparſi manerent, ut unà jungerentur, ſi id caſus exigeret. Inter hæc factioſi Regem ipſum cum ad *Proceſſiones* tempore Quadrageſimæ iret, Eſpernoniumque comprehendere decreverant; ſed a Polinio quodam, qui factioſorum conſiliis, ſe iis addictum ſimulans intererat, ſubmonitus, a Proceſſionibus abſtinuit: tamenque in ſegnitie & tarditate perſeverans, & confirmatus in falſa ſecuritate a Villoclato, qui ſemper dicebat ni-

1588. lui disoit qu'il n'y avoit rien à craindre, il ne donna aucun des ordres necessaires pour reprimer ces factieux.

Eux encouragez par cette grande inaction du Roi, prirent resolution de s'assembler au nombre de vingt mille, de forcer le Louvre, de se saisir du Roi, & de massacrer Espernon & tous les favoris. Poulain ne manqua pas d'en avertir le Roi, qui fit apporter grande quantité de cuirasses au Louvre, & fit venir de Lagni quatre mille Suisses, qui y étoient en quartier. Alors le Duc de Guise qui étoit venu en secret à Gonesse, & qui devoit se rendre au fauxbourg S. Laurent, se retira promptement à Soissons. Le Roi y envoia Pompone de Bellievre pour l'exhorter de la part du Roi de ne point venir à Paris. Au même tems Epernon partit pour aller prendre possession de son Gouvernement de Normandie, & le Roi l'accompagna jusqu'à Saint Germain en Laye. La Duchesse de Montpensier sœur du Duc de Guise, forma une conspiration pour se saisir du Roi, qui alloit souvent en petite compagnie au Château de Vincennes, ou de le prendre à son retour. Il y étoit alors, & Poulain l'ayant averti du complot, il fit venir une troupe de Cavalerie qui l'accompagna, & les conjurez n'étant point en état de l'attaquer, il se retira surement.

Alors les Ligueurs craignant que le Roi trop patient & trop indolent ne se réveillât enfin, & ne les punît de tant de conspirations & d'attentats, presserent le Duc de Guise de venir à leur secours. Le Duc quoiqu'il eût reçû un autre avis du Roi porté par la Guiche, qui l'exhortoit de differer sa venue à Paris, se mit en chemin à cheval en fort petite compagnie, & vint descendre chez la Reine Mere qui fut fort étonnée de le voir; elle se chargea pourtant de le mener au Roi, & se fit porter en litiere. Le Duc marchoit à côté d'elle à pied, aux acclamations de tout le peuple qui le felicitoit de son heureuse arrivée. Ils vinrent au Louvre, où ils trouverent les Gardes redoublées & tout en armes. La Reine presenta le Duc au Roi, qui le reçût avec un air severe. Il s'excusa du mieux qu'il put de ce qu'il étoit venu sans son ordre pour se purger des calomnies que ses ennemis avoient répanduës contre lui. Le Roi lui répondit que s'il vouloit ôter tout soupçon, il falloit que ses actions répondissent à ses paroles.

Entrevûë du Roi & du Duc de Guise.

A peine le Duc de Guise étoit-il sorti, que Poulain vint donner avis au Roi

---

hil ipsi esse timendum, factiosos illos comprimere nihil curabat.

Les mêmes. Illi ex tanta Regis ignavia animosiores facti, unà omnes viginti mille numero convenire decreverunt, ut Luparam expugnarent, Regem caperent, Espernonium & gratiosos omnes trucidarent. Polinius Henrico rem nunciavit, qui loricas multas in Luparam inferri præcepit, & quater mille Helvetios, qui Latiniaci erant, advocavit. Tunc Guisius qui clam Gonessam venerat, & in Sancti Laurentii suburbium concessurus erat, Augustam Suessionum celeriter se recepit. Rex illò misit Pomponium Bellevræum, qui Guisium Regis nomine hortaretur ne Lutetiam veniret. Eodem tempore Espernonius profectus est ut sibi datam Normanniæ Præfecturam aditet, Rexque illum ad usque Sanctum Germanum in Laia comitatus est. Monpensieria Guisii soror, Regem qui sæpe paucis comitantibus in Vincennarum castellum ibat, aut euntem aut redeuntem capere conspiraverat. Tunc Rex Vincennis erat, & a Polinio submonitus, equitum turmam advocavit, qua comitante, sine periculo receptum habuit.

Les mêmes. Tunc factiosi metuentes ne tandem Rex ex nimia patientia & ignavia quasi expergefactus, in perduelliones sævirct, apud Guisium instant & urgent ut in sui auxilium veniat. Dux autem Guisius, etsi secundo per Guichium a Rege monitus fuerat, ut iter suum Lutetiam differret, viam tamen eques paucis comitantibus capessivit; statimque Reginam parentem adiit, quæ stupefacta, tamen in se suscepit ut ipsum ad Regem duceret, & in lectica deportata est, Guisium penes se pedibus incedentem habens, acclamante populo & de reditu ejus gratulante. In Luparam ergo venerunt, ubi duplicem custodiam in armis stantem repererunt. Catharina Guisium ad Regem introduxit, qui severo vultu illum excepit. Guisius veniam petiit, quod injussu Regis venisset, sese purgaturus a calumniis, quas inimici sui sparserant. Respondit Rex, si suspiciones omnes tollere vellet, oportere ut gesta cum dictis consonarent.

Les mêmes. Vix e conspectu Regis Guisius discesserat, cum Polinius Regem monitum venit, conjuratos qui Re-

que

que les conjurez qui craignoient auparavant l'indignation du Roi, aiant dé- 1588.
posé toute crainte par l'arrivée du Duc de Guise, étoient plus en mouvement que jamais, & se porteroient infailliblement aux dernieres extremitez. Mais la Reine Mere & Villequier à leur ordinaire, rassurerent le Roi, en lui disant que c'étoient des terreurs paniques, où il ne falloit point s'arrêter. Le jour suivant le Duc de Guise vint une autre fois voir le Roi, & lui parla long-tems dans l'appartement des Thuilleries. On ne sait pas bien ce qui fut dit de part & d'autre. La nuit suivante le Roi qui ne pouvoit ignorer qu'on brassoit quelque chose contre sa personne, fit mettre des Gardes au Cimetiere des Innocens, & les Suisses y vinrent aussi peu de tems après par son ordre; il en fit mettre encore au Marché nouveau & au pont S. Michel. Ceux qui alloient de sa part à la Place Maubert, y trouverent une grosse troupe de séditieux qui se mirent en défense. Le Roi en eut avis; & au lieu d'y envoier un grand renfort de troupes, il rappella ceux qui y étoient déja: en quoi il manqua beaucoup. Car c'étoit là où se trouvoit alors le plus grand nombre de Ligueurs armez, d'où ils envoioient des renforts aux autres quartiers de la Ville.

Journée des Barricades.

La sédition commença donc à la Place Maubert. On tendit des chaînes, on barricada les avenuës des places, d'où vint le nom de la Journée des Barricades. Le Roi à la persuasion de la Reine Mere & de Villequier, envoia dire aux Commandans de differens corps de troupes mis en plusieurs endroits de la Ville, de ne point faire violence au peuple; ensorte qu'ils demeuroient immobiles comme des Statuës. Les Ligueurs tout au contraire prenant courage, continuoient leurs barricades pour enfermer les differentes troupes que le Roi avoit envoiées en plusieurs endroits de la Ville. Le Roi cependant fit plusieurs fois dire au Duc de Guise de sortir de la Ville. Au commencement le Duc ne sembloit pas éloigné de prendre ce parti. Mais voiant depuis que les Ligueurs avoient enfermé par leurs barricades les troupes Roiales, il changea de ton. On fut obligé d'abord après d'avoir recours à lui pour obtenir qu'il laissât aller en paix les troupes Roiales que les Ligueurs tenoient enfermées. Il se piqua alors de generosité, il fit donner passage à ces troupes, & rendre les armes à ceux à qui on les avoit ôtées. Il eut plus de peine au Marché neuf, où ces furieux avoient tué ou blessé soixante Suisses.

---

gis indignationem antea formidabant, per adventum Guisii omni posito timore, in majori quam antea motu esse, atque ad extrema quoque haud dubie processuros. Verum Catharina & Villoclarus Regi, uti solebant, animos fecere, dicentes, hæc nonnisi terrores esse vanos, qui omnino spernendi essent. Postridie Guisius Regem in Tegulariis ædibus versantem invisit, ipsumque diu alloquutus est: quid in hoc colloquio dictum fuerit ignoratur. Insequenti nocte Rex, cum ignorare non posset factiosos aliquid contra se moliri, cohortes ad cœmeterium Innocentium misit. Helvetii quoque jussu ipsius paulo postea isthuc venerunt. In Foro etiam novo & in Ponte S. Michaëlis alias poni pugnatorum turmas jussit. Alii jussu ejus ad plateam Mauberti contendebant, ibique seditiosorum agmen grande invenerunt, qui ipsos propulsare parabant. Regi id nunciatur, qui majorem illò manum militum mittere debuisset: at ille eos quos primum miserat revocavit; tamenque in loco illo maxima pars factiosorum in armis erat, indeque auxilia in alias urbis regiones mittebantur.

Seditio itaque in Platea Mauberti cœpit: mox catenæ tensæ sunt, dolia ad obstruendos platearum aditus juxta posita fuere, indeque nomen illa dies accepit. Rex, suadentibus Catharina & Villoclaro, misit qui ducibus regiorum agminum variis in urbis partibus positorum edicerent, ut vim nullam populo inferrent, ita ut illi statuarum instar immobiles manerent. Factiosi contra resumtis animis, dolia admovere pergebant, ut turmas illas regias concluderent. Interea Rex Guisio pluries edici jussit, ut ex urbe discederet. Ille autem initio discessurus esse videbatur; sed ubi vidit factiosos per admota dolia regias copias concluisse, sententiam mutavit; nec multo postea Regii ejus opem implorare coacti sunt, ut regias copias, quas factiosi obsessas tenebant, discedere sineret. Tunc ille generositatem affectans, discedendi locum Regiis concedi jussit & arma restitui iis quibus ademta fuerant. Non tam facile in Foro-Novo rem componere potuit, ubi furiosi illi sexaginta Helvetios vel confoderant, vel vulneribus afficerant.

Les mêmes.

1588. Le Roi s'enfuit.

Le Roi ne ſe croiant plus en ſureté dans ſa Ville capitale, fit ſemblant d'aller ſe promener aux Thuilleries, paſſa par la porte neuve, fit marcher devant lui les Suiſſes & ſes Gardes, & montant à cheval il ſe rendit à Trapes où il paſſa la nuit, & s'en alla le lendemain à Chartres.

Les Ligueurs devenus ainſi les maîtres, ſe ſaiſirent de la Baſtille & du Château de Vincennes, deſtituerent le Prevôt des Marchands, & en mirent un autre en ſa place. Ils firent auſſi beaucoup d'autres changemens. La Reine Mere demeura à Paris. Toujours attentive aux interêts que ſa paſſion dominante lui ſuggeroit, elle ne ſouhaitoit rien tant que de ſe trouver entre deux partis oppoſez pour les concilier enſemble. Mais elle ne vit pas de bon œil la victoire pleine que remporta le Duc de Guiſe à la journée des Barricades. La balance avoit trop tourné d'un côté : elle prévoioit que le Duc ſe voiant au deſſus de ſes affaires, ſeroit plus mal aiſé à manier.

Le Roi étant arrivé à Chartres, écrivit à tous les Gouverneurs des Provinces, une Lettre où il marquoit tout ce qui s'étoit paſſé à Paris, & comme il avoit été obligé de prendre la fuite. Le ſeul contenu de cette Lettre étoit une preuve de ſa timidité & de ſa négligence, & faiſoit voir qu'il n'avoit été réduit à cette extrêmité que faute de cœur, de prévoiance & de fermeté. Le Duc de Guiſe écrivit auſſi au Roi, & dans les Provinces, des Lettres où il parloit d'un air triomphant. Il rejettoit ſur le Roi même toutes les cauſes de la ſédition & des Barricades, & parloit de maniere qu'on voioit bien qu'il étoit reſolu de ſoutenir ce qu'il avoit ſi heureuſement commencé.

Proceſſion en dériſion du Roi.

On vit peu après un ſpectacle qui ſembloit fait en dériſion du Roi, ou comme d'autres ont crû, pour découvrir ce qui ſe paſſoit à la Cour, & porter la Ville de Chartres à ſe tourner du côté des Ligueurs. Le Roi avoit établi une Confrerie de Pénitens à Paris, qui alloient en proceſſion revêtus de ſacs. Pluſieurs des Ligueurs ſe revêtirent de même, & vinrent à Chartres : mais craignant que le Roi indigné de l'inſulte qu'il venoit de recevoir à Paris, ne leur fit porter la peine de leur témerité ; ils prierent Henri de Joyeuſe qui s'étoit fait Capucin, & s'appelloit Frere Ange de Joyeuſe, de ſe mettre à leur tête, & vinrent en proceſſion ſe proſterner aux pieds du Roi : Biron lui conſeilloit de les faire ſaiſir & mettre en priſon : mais il aima mieux prendre patience à ſon ordinaire.

Les mêmes. Rex cum in urbe Regni ſui capite ſe non tuto verſari poſſe putaret, ſimulans ſe ad Tegularias deambulatum ire, per portam novam tranſiit, Helvetios & Cuſtodes ſuos præmiſit, & conſcenſo equo, Trapas ſe contulit, ubi noctem tranſegit ; poſtridie vero Autricum Carnutum venit.

Thuanus. Factioſi ſic rerum potiti, Baſtiliam & Caſtellum Vincennarum occupavêre, Præpoſitum Mercatorum deſtituerunt, aliumque delegere, aliaque multa mutavêre. Catharina vero Lutetiæ manſit, ſemper intenta negotiis, ad quæ tractanda animo tota ferebatur. Nihil magis optabat, quam ut ad duas contrarias partes conciliandas advocaretur : at ægre vidit Guiſium in doliari die plenam victoriam retuliſſe. Fortunæ beneficium totum penes Guiſium erat, prævidebatque illa ſe difficilius cum victore de componendis negotiis acturam eſſe.

Le même. Rex poſtquam Autricum Carnutum venerat, omnibus provinciarum Præfectis literas miſit, queis omnia Lutetiæ geſta indicabat : vel ipſa dicta ejus, timiditatis & ignaviæ argumenta erant, comprobabantque animum, conſilium, firmitatemque ipſi defuiſſe. Guiſius quoque literas per provincias ſcripſit, & triumphantis more loquebatur, Regem ipſum ſeditionum, doliaris moliminis cauſam fuiſſe dicebat : eoque loquebatur modo, ut plane videretur ipſum in re tam feliciter incœpta perſeveraturum eſſe.

Le même. Paulopoſt autem ſpectaculum ſeſe obtulit, quod ut Regi illuderetur ſuſceptum videbatur ; vel ut quidam putabant, ut quid in aula regia fieret deprehenderetur, utque Carnutum civitas ad defectionem & ad ſocietatem amplectendam induceretur. Rex Pœnitentium cœtum Lutetiæ conſtituerat, qui ſaccis induti in Proceſſionibus pergebant, ex factioſis multi ſic induti Autricum perrexere : at metuentes ne temeritatis ſuæ pœnas darent, ſecum adduxere Henricum Joüſam, qui in Capucinorum Ordinem ingreſſus, Frater Angelus Joüſa vocabatur, & prior in proceſſione incedebat. Hi vero ad pedes Regis proſtrati ſunt. Auctor Henrico erat Bironus, ut illos comprehendi & in carcerem trudi juberet ; ſed maluit ille hæc patienter pro more ferre.

A l'inſtigation de la Reine Mere, le Parlement envoia auſſi des Députez au Roi pour lui témoigner ſon déplaiſir de ce qui s'étoit paſſé à la journée des Barricades, ce qu'il n'auroit manqué d'empêcher s'il avoit pû moderer la fureur populaire. Le Roi répondit, qu'il étoit perſuadé de leur bonne volonté, & qu'il auroit pû châtier les Pariſiens, s'il n'avoit craint de deſoler ſa Ville Capitale. Que cependant ils exhortaſſent ce peuple, qu'il avoit toujours comblé de bienfaits, de ſe ranger à ſon devoir, & qu'autrement il avoit en main les moiens de leur faire ſentir les effets de ſa juſte indignation. Peu de jours après il envoia à Paris Dorron Maître des Requêtes, qui declara en plein Parlement, que le Roi vouloit bien oublier tout le paſſé, pourvû que les Pariſiens ſe remiſſent à leur devoir; que pour regler toutes choſes & s'aſſurer un ſucceſſeur à la Couronne, il avoit reſolu d'aſſembler les Etats Generaux de ſon Roiaume; & qu'afin que tout ſe paſſât tranquillement, il ordonnoit à tous les factieux de mettre bas les armes. 1588.

A la perſuaſion du Duc de Guiſe, qui ſe ſervoit toujours du nom du Cardinal de Bourbon, on preſenta une Requeſte au Roi, ſignée du même Cardinal, du Duc de Guiſe & de pluſieurs Seigneurs, où l'on proteſtoit d'abord qu'on n'avoit pris les armes que pour extirper l'hereſie: qu'on ſupplioit Sa Majeſté de leur faire vivement la guerre, & d'y emploier ſur tout le Duc de Guiſe. On le prioit enfin de chaſſer Epernon & la Vallette de ſa Cour comme fauteurs publics des Heretiques, & qu'on chargeoit encore d'un grand nombre d'autres accuſations. On prioit enfin le Roi de faire lui-même la guerre aux Huguenots en Guienne, & d'envoier contre eux le Duc de Maienne en Dauphiné. Après que la Requête eut été preſentée, les ennemis d'Epernon & de la Vallette publierent des Libelles diffamatoires contre eux. Ils y répondirent par d'autres non moins violens, où ils parloient avec beaucoup de vivacité contre l'ambition des Guiſes. Requête preſentée au Roi.

Le Duc d'Epernon étoit allé peu auparavant à Roüen prendre poſſeſſion de ſon Gouvernement de Normandie, & avoit tenté de tourner au parti du Roi le Gouverneur de la Citadelle de Caën, & le Gouverneur du Havre. Il y avoit réuſſi pour le premier, & n'avoit rien gagné ſur le ſecond. Il revint trouver le Roi à Chartres, & le voiant un peu refroidi à ſon égard, il prit ſagement ſon Le Duc d'Epernon ſe retire de la Cour.

Le même. Inſtigante Catharina, Curia Senatus ad Regem Deputatos miſit, qui ipſi teſtificarentur quanto cum dolore vidiſſent res illas in doliari die geſtas, quod ipſe Senatus impediturus erat, ſi populi furorem coercere potuiſſet. Reſpondit Rex ſibi perſpectum haberi ipſorum animum ad res probe gerendas pronum, ſeque potuiſſe Pariſinos plectere, niſi timuiſſet urbium Regni capiti hinc deſolationem inferendam fore. Intereaque ipſi populum hortarentur, quem ipſe ſemper beneficiis cumularat, ut ad officium debitum rediret, alioquin autem poſſe ſe, indigne exceptum, plebem, ſi in rebellione perſeveraret, variis modis plectere. Paucis vero poſtea diebus Dorronum Libellorum Supplicum Magiſtrum miſit, qui in Senatu declaravit velle Regem præteritorum oblivi ſci, dum Pariſini ad officium redirent; atque ut omnia componerentur, & quis ſucceſſor ſibi futurus eſſet declararetur, decreviſſe ſe omnes Regni Ordines congregare, utque omnia tranquille agerentur, præcipere Regem factioſis quibuſque ut arma ponerent.

Le même. Suadente Guiſio, qui Cardinalis Borbonii nomen ſemper uſurpabat, libellus ſupplex Regi oblatus eſt a Cardinale, a Guiſio & aliis primotibus ſubſcriptus, ubi ſtatim cum obteſtatione dicebatur aſſumta arma fuiſſe, ut hæreſis deleretur; hinc rogabatur Henricus Rex ut bellum Hæreticis aſperrime inferret, & ad id Guiſium maxime adhiberet; tandemque precibus urgebatur Rex ut Eſpernonium & Valletam hæreticorum fautores ex aula regia pelleret, qui de multis aliis criminibus exagitabantur, rogabaturque etiam Rex, ut ipſe Hugonotis in Aquitania bellum inferret, & Meduanium in Delphinatum mitteret. Poſtquam libellus ſupplex oblatus fuerat, Eſpernonii & Valletæ hoſtes libellos famoſos adverſus illos emiſere. Ipſi vero alios non minus violentos edidere, ubi Guiſiorum ambitionem vehementiſſime perſtringebant.

Le même. Eſpernonius qui paulo ante Rothomagum ſe contulerat ut Præfecturam Normanniæ exciperet, arcis Cadomenſis Præfectum & Portus Gratiæ Gubernatorem ad regias partes convertere tentaverat, prioreque reducto, poſteriorem vertere non potuerat. Regem poſtea Autrici verſantem adiit, quem ut ſe paulum faſtidire cognovit, prudenter ſuis rebus proſpexit, Præ-

1588. parti, il renonça au Gouvernement de la Normandie à condition qu'il ne seroit point donné à quelqu'un de ses ennemis, & le Roi le donna au Duc de Montpensier. Epernon ne se croiant pas en sureté à la Cour, partit pour se rendre à son Gouvernement de l'Angoumois & de la Saintonge. Après son départ le Roi envoia ses plus confidens dans les Provinces & dans les principales Villes, pour les empêcher de se tourner du côté des Ligueurs, qui n'avoient pas manqué d'envoier leurs émissaires de tous côtez. Les Roiaux gagnerent d'abord Troye en Champagne, & depuis plusieurs autres Villes.

Le Roi s'étant mis en chemin pour aller à Rouen, reçût à Vernon quelques envoiez de la Reine Mere, qui traitoit de la paix avec le Duc de Guise & les principaux Ligueurs. Elle alla le voir à Mante, & le sollicita de revenir à Paris. Ce qu'il refusa de faire. Il envoia Villeroi à Paris pour recevoir tous les articles de pacification qui lui furent apportez à Rouen. La necessité du tems le força de subir la loi que ses sujets lui imposoient. Il publia un Edit dont les principaux articles étoient; qu'il emploiroit jusqu'à sa vie propre pour extirper l'Heresie, & qu'il ne feroit jamais ni paix ni treve avec les Huguenots; il déclaroit qu'il ne favoriseroit aucun Prince du Sang qui fût Huguenot, exhortant ses sujets à ne reconnoître pour Roi aucun Prince Heretique; qu'il ne mettroit en Charge ni Militaire ni de Judicature, aucun de la nouvelle Religion; qu'il oublieroit entierement tout ce qu'on avoit fait contre lui, soit aux barricades, soit ailleurs. Le traité fait avec les Princes de la Ligue portoit encore; que le Roi & tous les Princes & Seigneurs jureroient d'observer l'Edit d'Union; qu'il envoiroit une armée en Poitou commandée par qui il voudroit, & une autre en Dauphiné sous la conduite du Duc de Maienne; que le Concile de Trente seroit reçû; qu'il donneroit pour sureté aux Princes liguez les Villes d'Orleans, de Bourges & de Montreuil. Il leur laissoit pour quatre ans celles qui leur avoient été accordées par le traité de Nemours.

Edit du Roi.

Tous souscrivirent à cet Edit hors le Duc de Nevers, qui voiant que le Roi de Navarre y étoit exclus de la Couronne de France, refusa longtems de donner sa signature; mais il se rendit à la fin. Cependant Lesdiguieres Chef des Reformez en Dauphiné, y faisoit la guerre avec succès, il prit plusieurs

---

fecturam Normanniæ abdicavit, illa conditione ut ne cuipiam inimicorum suorum daretur. Rex vero illam Monpenserio Duci dedit. Espernonius porro cum se in aula regia tuto versari non posse videret, inde profectus est ut Præfecturam suam Engolismensem & Santonensem adiret. Sub hæc Rex eos qui sibi magis fidi essent per provincias & in præcipuas urbes misit, ut impedirent quominus illæ ad factiosos societatis illius se converterent, qui factiosi emissarios circumquaque miserant. Statim illi delegati Trecas in Campania, posteaque alias civitates ad obsequentiam Regi præstandam induxere.

Thuanus. Cayet. Memoires pour l'histoire de France.

Rex cum Rothomagum iter capesseret, Vernonii aliquot Reginæ parentis deputatos excepit, quæ de pace cum Guisio & præcipuis factiosis tractabat. Regina parens Meduntam venit, Regem filium invisura, cui suadebat ut Lutetiam se conferret; verum abnuit ille. Villaregium Lutetiam misit qui pacis faciendæ capita exciperet, quæ postea Rothomagum allata sunt. Temporum infelicitas Regem eo deduxit ut subditorum leges subire cogeretur. Edictum vero publicavit, cujus hi præcipui articuli erant; quod vitam ipse suam ad exstirpandam hæresin adhibiturus esset; quodque nec pacem unquam nec inducias cum Hugonotis facturus; quod nullum ex sanguine regio Principem Hugonotum adjuturus esset, hortaturusque subditos suos ut nullum hæreticum Principem in Regem agnoscerent; quod nulli novam Religionem profitenti aliquod officium vel militare, vel judiciarium daturus esset; quod immemor futurus esset eorum omnium quæ contra ipsum patrata fuerant, tam in Doliari die, quam alibi; quod Rex omnesque Principes, Procereseque juraturi essent se Edictum *Unionis* esse servaturos; quod exercitum missurus esset in Pictonum regionem, illo duce quem ipse Rex vellet, & alium in Delphinatum duce Meduanio; quod Concilium Tridentinum recipiendum esset; quod Rex Principibus societate junctis ad securitatem daturus esset Aurelianum, Biturigas & Monasteriolum, & ad annos quatuor relicturus ipsis esset eas urbes quæ in pactione Nemorosii facta memorantur.

Omnes Edicto huic subscripsere, excepto Nivernensi Duce, qui cum videret Regem Navarræ a Corona excludi, diu negavit, sed cum aliis tandem subscripsit. Interea Diguierius Reformatorum dux in Delphinatu bellum prospere gerebat, multaque

places; mais il manqua Grenoble. La Vallette aiant eu nouvelle de l'Edit qu'on venoit de publier, de l'avis du Duc d'Epernon ſon frere, fit une ligue défenſive & offenſive avec Leſdiguieres. 1588.

Le Roi étant revenu à Chartres, la Reine Mere lui amena le Duc de Guiſe. Le Roi le reçût ſi gracieuſement, que pluſieurs crurent que la reconciliation étoit ſincere de part & d'autre. Cela ne ſe maintint pas long-tems en cet état. Une Lettre du Pape qui vint alors en France, où il élevoit juſqu'au ciel le Cardinal de Bourbon & le Duc de Guiſe, qu'il appelloit les ſoutiens de l'Egliſe, en les comparant aux Maccabées; cette Lettre, dis-je, fit un grand bruit, piqua le Roi de jalouſie, & le rejetta dans les ſoupçons précedens. Il avoit donné au Duc de Guiſe la Charge de Lieutenant General des armées, mais d'une maniere qui marquoit qu'il le faiſoit avec répugnance. De ſorte que le Duc de Guiſe penſa à ſe faire confirmer dans la Charge de Grand Maître de France par les Etats Generaux. Le Roi en eut le vent, & en fut ſi indigné, que l'on crut que ce fut une des principales cauſes qui le porta à chercher les moiens de les perdre.

Il donna la conduite de l'armée du Poitou au Duc de Nevers qui s'en défendit long-tems, & offrit au Roi de le ſervir comme volontaire durant trois ans avec cent Gentilshommes armez, qu'il entretiendroit à ſes frais. Mais le Roi le força d'accepter le commandement de cette armée, & parce qu'il lui repreſenta que ſi le Duc de Guiſe y venoit, il lui en pourroit ôter le commandement, comme Lieutenant General de Sa Majeſté; il lui donna une Déclaration particuliere, où il l'établiſſoit ſon ſeul Lieutenant General en cette armée.

La nouvelle vint en ce tems de la ſédition d'Angoulême, où le Duc d'Epernon avoit d'abord été reçû par le peuple, ſur les Lettres du Roi, qu'il montra à ſon arrivée. Villeroi ſon ennemi mortel, qui étoit à la Cour, perſuada au Roi d'écrire au Maire & aux principaux Bourgeois de ne point le recevoir; mais comme la Lettre arriva après coup, une ſeconde Lettre vint de la part du Roi, qui leur ordonnoit de ſe ſaiſir de lui. On perſuadoit aux Bourgeois & au peuple qu'Epernon favoriſoit les Huguenots, & tous ſe mirent ſous les armes. Le Maire avec une troupe de gens armez entra dans le Château où l'on ne

Sedition d'Angoulême.

---

oppida cepit; ſed Gratianopolim fruſtra tentavit. Valleta autem cum Edictum memoratum publicatum fuiſſe comperiſſet, de conſilio Eſpernonii fratris cum Diguierio omnimoda ſocietate junctus eſt.

Thuanus. Cayet. Cum Rex Autricum Carnutum rediiſſet, Catharina parens ipſi Guiſium adduxit, quem Rex ita comiter excepit, ut plurimi crediderint reconciliationem ſinceram fuiſſe; ſed non diu ſtetit reconciliatio. Summi Pontificis epiſtola, quæ tunc in Franciam perlata eſt, ubi Cardinalem Borbonium & Ducem Guiſium ad cælum uſque efferebat, ipſoſque Eccleſiæ columnas eſſe ac Macchabæis comparandos dicebat; hæc inquam epiſtola, cujus fama volavit, Regem æmulatione pupugit, atque in priores ſuſpiciones conjecit. Guiſium jam ille Præfectum Generalem exercituum deſignaverat; ſed tali modo ut videretur id invitus facere: quapropter Dux Guiſius ut Magni Franciæ Magiſtri munus ſibi ab Ordinibus Regni confirmaretur petere cogitabat; quæ res cum Henrico Regi innotuiſſet, uſque adeo indignatus eſt, ut creditum fuerit ipſum ea maxime de cauſa perniciem ejus molitum fuiſſe.

Les mêmes. Exercitûs ad Pictonas mittendi ducem conſtituit Nivernenſem. Diu ille repugnavit, & Regi offerebat ſe cum centum nobilibus armatis per triennium propriis ſumtibus bellum pro Majeſtate ſua ut voluntarium geſturum eſſe: verum Rex ipſum coëgit ad exercitûs ductum amplectendum; reponente autem Nivernenſi Guiſium ut Præfectum Generalem poſſe ab ſe hoc imperium auferre, Rex illi declarationem dedit, qua ipſum Præfectum Generalem iſtius exercitus ſtatuebat.

Thuanus. Cayet. Tunc temporis Engoliſmenſis ſeditionis nuncius advenit. Engoliſmæ Eſpernonius literis regiis munitus a populo libenter exceptus fuerat. Villaregius autem hoſtis ejus acerrimus, qui tunc in aula regia erat, Regi ſuaſit ut Majori & præcipuis civitatis datis literis mandaret, ut ne illum reciperent; ſed quia literæ poſtquam jam exceptus fuerat advenere; ſecundæ literæ Regis nomine datæ ſunt, queis jubebantur Engoliſmenſes Eſpernonium comprehendere Civibus ac plebi dicebatur Eſpernonium Hugonotis favere, omneſque pariter arma arripuere. Major urbis cum pugnatorum manu valida in caſtellum intravit, ubi

1588. ſe doutoit de rien, & dit qu'il avoit quelque choſe à repreſenter au Duc. Quand il fut arrivé à ſon anti-chambre, il cria, *Tuë*, *tuë*, & fit tirer des coups d'armes à feu. Le Duc & quelques Gentilshommes qui étoient avec lui coururent aux armes, repouſſerent les aggreſſeurs, tuerent le Maire & ſon frere, & ſe tinrent dans le Château. La populace ſe barricada devant, & prit la Dame d'Epernon comme elle ſortoit de la Meſſe. Le Duc fit avertir Tagens ſon couſin, qu'il avoit envoié quelques jours auparavant avec un corps de troupes. Il s'approcha de la Ville, & mit la terreur parmi le peuple. On compoſa alors & l'on convint de part & d'autre que l'affaire finiroit par un oubli du paſſé. Le Duc d'Epernon ſe plaignit de Villeroi : mais le Roi répondit qu'il n'avoit rien fait que par ſon ordre. Cependant peu de tems après le Roi chaſſa de ſa Cour Villeroi, Brulart & Pinars, qu'il avoit pour ſuſpects. Bellievre & le Chancelier furent auſſi éloignez.

Etats de Blois. L'ouverture des Etats de Blois ſe fit le dix-ſept Octobre. Le Roi y fit une fort belle & longue harangue où il expoſa les raiſons qui l'avoient porté à les aſſembler ; entre autres choſes il lâcha ces mots : *Aucuns Grands de mon Royaume ont fait des Ligues & aſſociations ; mais témoignant ma bonté accoutumée, je mets ſous le pied pour ce regard tout le paſſé.* Montholon qu'il venoit de nommer Garde des Sceaux, expliqua plus au long ce que le Roi avoit dit. Après quoi l'Archevêque de Bourges parla pour le Clergé ; le Baron de Seneſcey pour la Nobleſſe, & la Chapelle Marteau, ci-devant Prevôt des Marchands de Paris, pour le Tiers-Etat. Ce que le Roi avoit dit des Grands de ſon Roiaume, regardoit manifeſtement le Duc de Guiſe & ſes adherans : il s'en formaliſa, & mit auſſi aux champs le vieux Cardinal de Bourbon, lui faiſant entendre de quelle importance il leur étoit d'empêcher que cet article qui les touchoit ne fût imprimé. Ils en parlerent au Roi ; & quoique bien malgré lui, il conſentit qu'on imprimât ſa harangue ſans ces paroles.

A la ſeconde ſéance, le Roi fit jurer à tous ceux qui aſſiſtoient à l'aſſemblée, qu'ils obſerveroient l'Edit de l'Union comme une Loi fondamentale du Roiaume. Il promit publiquement d'oublier tout ce qu'on avoit fait contre lui, ſur tout en la journée des Barricades. Si la promeſſe fut ſincere, il faut qu'il ait eu de puiſſantes raiſons depuis pour porter ſon reſſentiment

---

nulla rei ſuſpicio erat. Major dixit ſe quidpiam Duci repræſentandum habere, Eſpernonio ad cubiculum exterius accedente, Major clamavit, *Macta*, *macta*. Eſpernonius & quidam Nobiles qui cum ipſo erant, ad arma accurrunt & aggreſſores repellunt, Majorem fratremque ipſius interficiunt, & in caſtello ad defenſionem parati ſe continent. Plebs doliis admotis ſeſe ante caſtellum communivit, Eſpernoniique uxorem, audita Miſſa ex Eccleſia exeuntem apprehendit. Eſpernonius Tajanum conſobrinum, quem ante cum pugnatorum manu emiſerat, advocari juſſit. Ille verſus urbem movit, & plebi terrorem incuſſit. Tunc ad pacta ventum eſt, & inter ambos convenit, ut rei geſtæ memoria deponeretur. Eſpernonius apud Regem de Villaregio queſtus eſt. Rex dixit juſſu ſuo Villaregium id egiſſe ; tamenque paulo poſt Villaregius ab aula regia pulſus eſt, necnon Brulartius & Pinarius, qui Regi ſuſpecti erant, Bellevræus etiam & Cancellarius amandati fuere.

Let mêmes. Comitia Ordinum Regni Blœſis cœperunt 17. Octobris. Rex elegantem & longam orationem habuit, dixitque qua de cauſa tantum cœtum convocaviſſet : inter alia hæc protulit, *Quidam proceres in Regno meo ſocietates inierunt ; ſed pro mihi innata clementia præterita omnia miſſa facio.* Montholonus, quem Sigillorum Cuſtodem nuper delegerat, quæ Rex dixerat pluribus explicavit ; poſteaque Archiepiſcopus Bituricenſis pro Clero verba fecit. Seneſcæus vero Toparcha pro Nobilitate, & Martellus Capella pro Tertio Statu loquutus eſt. Quod de Proceribus Regni ſui dixerat Henricus Rex, Guiſium & ſequaces ejus ſpectabat. Ille vero ea de re conqueſtus eſt, & Cardinalem Borbonium ſenem concitavit, ipſique dixit magni ſua intereſſe ut clauſula illa typis non daretur, Regem ea de re ambo alloquuti ſunt, qui etſi invitus permiſit ut oratio ſua his demtis verbis prælo ſubjiceretur.

In ſecundo conſeſſu Rex in Edicti ſui verba omnes jurare voluit, quaſi in legem Regni præcipuam, publiceque promiſit ſe res omnes contra ſe attentatas, maximeque in Doliari die oblivioni mandaturum eſſe. Si promiſſio ſincera fuit, vel majoribus innixus rationibus vindictam poſtea exercuit, vel novis of-

auſſi loin qu'il le porta, ou qu'il ait eu de nouveaux ſujets de mécontentement. 1588.

La nouvelle qui vint alors que le Duc de Savoie s'étoit ſaiſi du Marquiſat de Saluſſes, fut regardée comme un ſurcroît de malheurs. Le Duc voulant profiter de la conjoncture, & voiant toute la France en feu, reſolut de s'emparer de ce Marquiſat, qui étoit comme enclavé dans ſes Etats, & fort à ſa bienſéance. Il ſurprit Carmagnole, & le Château mal pourvû & mal défendu ſe rendit peu de tems aprés. Il y trouva quatre cens pieces de canon. Les autres places du Marquiſat furent priſes en moins de trois ſemaines. Le Roi crut que le Duc avoit fait cette entrepriſe d'intelligence avec le Duc de Guiſe & les autres Ligueurs. Les Hiſtoriens du tems aſſurent que cette priſe du Marquiſat de Saluſſes fut fort à leur gré. M. de Thou qui explique plus au long toute l'intrigue, dit, qu'au commencement des grands troubles le Duc de Savoie croiant que le Roiaume alloit être diviſé & mis en pieces, propoſa au Duc de Guiſe de lui laiſſer pour ſa part le Dauphiné, la Provence & le Marquiſat de Saluſſes; & que le Duc de Guiſe qui aſpiroit à s'emparer de tout le Roiaume, rejetta d'abord cette propoſition; mais qu'il s'accommoda depuis avec lui pour le Marquiſat de Saluſſes ſeulement, & qu'alors le Duc de Savoie prit les armes pour s'en ſaiſir.

Le Duc de Savoie ſe ſaiſit du Marquiſat de Saluſſes.

Le Roi envoia ſommer le Duc de rendre ce Marquiſat. Le Duc répondit, qu'il ne l'avoit pris que parce que Leſdiguieres Chef des Huguenots faiſoit la guerre ſur ſes terres, & qu'il avoit pris le Château Dauphin, qu'il garderoit ce Marquiſat pour le Roi, & qu'il en établiroit Gouverneur le Marquis de S. Sorlin qui étoit de ſa Maiſon, & ſujet de Sa Majeſté. Les choſes en demeurerent là.

Cependant le Roi de Navarre faiſoit la guerre avec ſuccès dans le Poitou. Il défit un Regiment du Duc de Mercœur, & prit Beauvoir ſur mer, après quoi il ſe rendit à la Rochelle. Les deux armées envoiées par le Roi ne firent pas de grands exploits. Celle de Dauphiné commandée par le Duc de Maienne, ne prit qu'une petite place & peu fortifiée. Le Duc de Nevers qui conduiſoit celle de Poitou, prit Mauleon & Montaigu, & aſſiegea la Ganache. Le Roi de Navarre y fit entrer du ſecours avant que le ſiege fût formé. Ce Prince étoit alors à la Rochelle, où il avoit fait aſſembler les Etats des Reformez de France, au

Progrés du Roi de Navarre dans le Poitou.

---

fenſionibus injuriiſve ad id agendum impulſus fuerit.

Les mêmes. Quod nunciatum tunc fuit, nempe Sabaudiæ Ducem Saluciæ Principatum occupaviſſe, novam dolorum materiam intulit. Sabaudus occaſionem captans, cum diſcordiarum incendiis totam Franciam conflagrare cerneret, tunc Principatum, in ditionis ſuæ terris quaſi incluſum, ſibi acquirere decrevit. Carmaniolam aſtu intercepit; caſtellum vero obſidioni ferendæ imparatum, paucis poſtea diebus deditum fuit, ibique quadringenta pyria tormenta reperit. Cætera autem oppida minus quam trium hebdomadarum ſpatio capta fuerunt. Putavit Rex Guiſium, alioſque factioſos cum Sabaudiæ Duce hac in re conſenſiſſe, hiſtoriæque Scriptores affimant id *Societati* admodum placuiſſe. Thuanus vero qui rem fuſius perſequitur, ait diſſenſionum tantarum initio Sabaudum cum putaret Regnum totum in partes diſcindendum fore, Guiſio propoſuiſſe, ut ſibi Delphinatum, Gallo-provinciam, & Saluciæ tractum occupanda relinqueret, Guiſium vero qui totum affectabat Regnum, id reſpuiſſe; ſed poſtea cum illo pro Saluciæ tractu tantum conſenſiſſe, tuncque Sabaudum, armis aſſumtis, Saluciæ tractum occupaviſſe.

Miſit Rex qui Sabaudo edicerent ut Saluciæ Principatum reſtitueret. Reſpondit ille ſe Saluciæ tractum occupaviſſe, quia Diguierius in terras ſuas bellum intulerat, & Delphinum caſtellum ceperat, ſe Saluciam pro Rege ſervaturum eſſe, & Sanſorlinium familiæ ſuæ Principem Regique ſubditum Præfectum conſtituturum eſſe. Neque ultra tunc proceſſum fuit.

Les mêmes. Inter hæc Navarrus in Pictonibus feliciter bellum gerebat, Ducis Mercurii cohortem profligavit, Bellovarium cepit, & poſtea Rupellam ſe contulit. Duo exercitus ab Rege miſſi non ita proſpere rem geſſerunt. Qui in Delphinatu erat, duce Meduanio, oppidulum tantum, neque ita munitum cepit. Nivernenſis vero qui in Pictonibus exercitum ducebat, Mauleonum ac Montem-acutum cepit, Ganachiamque obſedit: in hoc oppidum antequam obſideretur, Rex Navarræ auxilia induxerat. Tunc autem ille Rupellæ erat, & Reformatorum Ordines convocaverat. Dum Ca-

1588. même tems que ceux des Catholiques se tenoient à Blois. Les Reformez demandoient qu'on établît dans chaque Province un Protecteur, qui soutiendroit ses droits & ses interêts. Le Roi de Navarre jugeant bien qu'un tel établissement seroit une source de querelles & de divisions, & ce qui l'interessoit encore plus, que son pouvoir en seroit fort diminué, proposa d'établir des Chambres particulieres. Ce parti fut accepté : on établit ces Chambres. Mais l'an 1590. après qu'il fut monté sur le trône de France, il les cassa.

Etats tenus à la Rochelle.

Le Roi étoit bien plus embaraſſé aux Etats de Blois, qui animez secretement par les Seize, demandoient que leurs Sentences fussent non-seulement *déliberatives*, mais aussi *resolutives*, ce qui auroit comme anéanti la puissance Roiale. Le Roi qui n'avoit garde d'y consentir, fut encore plus surpris, quand ils presenterent Requête que le Roi de Navarre & ses descendans fussent à jamais exclus de la Couronne de France. Il demanda du tems pour faire exhorter le Roi de Navarre de se ranger au giron de l'Eglise Catholique. On ne voulut entendre parler d'aucun délai, & les Etats ordonnerent qu'il seroit exclus, & presenterent le cahier au Roi pour y souscrire, ce qu'il refusa de faire. Il y eut encore bien des contestations sur la reception du Concile de Trente, & sur beaucoup d'autres sujets.

Embarras du Roi aux Etats de Blois.

Le Roi bien certain que toutes ces tempêtes lui étoient susciteés par le Duc de Guise, dont l'ambition n'avoit point de bornes, resolut enfin de se défaire de lui. Le Duc de Maienne Prince fort moderé, qui voioit avec peine les desseins ambitieux de son frere, fit avertir le Roi de se garder de lui. Le Duc d'Aumale lui fit donner aussi le même avis. Mais le Roi ne regarda point ces conseils comme sinceres. Ce qui l'enflamma davantage fut un avertissement qu'il reçût que la Ducheſſe de Montpensier sœur du Duc de Guise, avoit dit que les cizeaux qui pendoient à sa ceinturure serviroient à tondre le Roi Henry pour l'enfermer dans un Monastere. Il eut encore plusieurs autres avis secrets & certains que le Duc de Guise cabaloit puissamment contre lui ; ce qui fit qu'il accelera le dessein de le perdre. Quelques-uns voulurent lui persuader de l'emprisonner, & de lui faire faire son procès ; mais il vit d'abord que ce parti étoit trop périlleux pour lui, & que les Ligueurs, sans respect pour sa qualité de Roi, auroient délivré le prisonnier, & l'auroient fait périr lui-même.

Avis donnez au Roi.

---

tholicorum Ordines Blœsis essent. Reformati petebant ut in singulis provinciis Protector quidam esset, qui ejus jura defenderet. Navarrus vero prospiciens hinc querelarum & dissensionum ansam fore ; quodque magis illum afficiebat, hinc potentiam suam multum imminui, *cameras* peculiares assignandas proposuit, quod acceptum, probatumque fuit. *Cameræ* illæ institutæ fuere : verum anno 1690. postquam Coronam Regiam Francicam adeptus fuerat, *cameras* illas de medio sustulit.

Les mêmes.

Multo majoribus difficultatibus implicatus Rex Francorum in comitiis Blœsensibus fuit. Ordines enim clam concitantibus illis Sextodecimanis Parisinis, petebant ut sententiæ suæ non modo *deliberativæ*, sed etiam *resolutivæ* essent, quod potestatem auctoritatemque regiam de medio pene sustulisset. Rex qui rem hujusmodi nunquam admissurus erat, longe magis impeditus fuit, cum Ordines libellum obtulere, quo petebant ut Rex Navarræ & posteri ejus a Corona Francica in perpetuum excluſi forent. Rex spatium temporis petiit, ut missi quidam ad Navarrum, ipsum ad Catholicam fidem amplectendam hortarentur. Moras ne quidem audire voluerunt Ordines ; sed illum excluſum fore statuerunt, codicemque Regi obtulerunt ut ipse subscriberet, quod ille negavit. Multæ quoque disceptationes fuere circa Concilium Tridentinum recipiendum, & circa alia plurima.

Rex gnarus hasce omnes tempestates sibi a Guisio concitari, cujus ambitio nullam metam norat, tandem illum de medio tollere decrevit. Meduanius moderatior Princeps, qui ægre fratris ambitiosos conatus ferebat, Regem moneri curavit ut ab illo sibi caveret. Albæmalæus quoque eadem ipsi monita dedit ; sed monita isthæc Rex non sincera esse putavit, multoque magis incensus Rex Henricus fuit, ubi didicit Monpensieriam Guisii sororem dixisse, Forfices ex zona sua pendentes ad Regis Henrici cæsariem tondendam, ut postea in Monasterium includeretur, adhibendos fore. A plurimis aliis submonitus Rex fuit, Guisium multa contra ipsum moliri. Quidam volebant ut Rex Guisium in carcerem conjiceret, & coram Judicibus sisteret ; sed vidit ille statim nimis periculosam sibi rem fore : nam factiosi sine ulla erga Regem reverentia, ex carcere illum eduxissent, imo Regem perdidissent.

Les mêmes.

Thuanus.

Il

Il appella ceux en qui il avoit le plus de confiance, & fit redoubler ſes Gardes. La maniere dont fut tué le Duc de Guiſe a été rapportée aſſez diverſement. Preſque tous conviennent de ce qui ſuit. Le 23 Decembre le Roi fit appeller le Duc de Guiſe, le Cardinal ſon frere, l'Archevêque de Lion, le Maréchal d'Aumont & pluſieurs autres Seigneurs, comme pour leur communiquer quelques affaires de conſéquence. Quoiqu'il gardât un grand ſecret, le Duc de Guiſe reçût des avis de differens endroits que le Roi en vouloit à ſa vie. Mais la préſomption étoit ſi grande, qu'il répondoit toûjours : *Il n'oſeroit.* Le Roi avoit auprès de lui les quarante-cinq Gentilshommes Gaſcons, que lui avoit donnez pour ſa garde & ſa ſureté le Duc d'Epernon ; le Chef deſquels étoit Longnac. Il en choiſit quelques-uns des plus déterminez, à qui il découvrit ſon deſſein, & les fit cacher près de ſa chambre, pour ſe jetter ſur lui, & le tuer lorſqu'il y viendroit. Il fait donc appeller le Duc de Guiſe. Ceux qui l'attendoient ſe jettent ſur lui, le percent de coups, il cria d'abord : *Hé mes amis. Hé mes amis.* Au dernier coup de poignard qu'il reçut dans les reins, il cria, *Miſericorde*, & alla tomber aux pieds du lit du Roi. Le Cardinal ſon frere qui n'étoit pas loin de là, entendit cette derniere parole, & ſe leva en diſant, *On tuë mon frere :* mais le Maréchal d'Aumont, qui étoit là de la part du Roi, le retint, & l'arrêta priſonnier lui & l'Archevêque de Lion. 1588.

Il fait tuer le Duc de Guiſe,

Le Roi fit ſaiſir auſſi le Cardinal de Bourbon, le Duc de Nemours & le Prince de Joinville fils du Duc de Guiſe, pluſieurs des Députez des Etats, & quelques Officiers du Duc pour être mis en priſon, ſans deſſein de faire mourir aucun de ceux-là. Mais aiant appris que le Cardinal de Guiſe ne ceſſoit de maudire le Roi, & de le menacer, il le fit expedier comme ſon frere. Les corps des deux freres furent brûlez & réduits en cendres. Après quoi le Nonce du Pape lui dit qu'il avoit encouru l'excommunication. Le Roi avoit auſſi donné des ordres pour prendre le Duc de Maienne ; mais averti de cela, il partit de Lion & s'en alla en Bourgogne, & fit tourner cette Province contre le Roi hors quelques petites places.

& le Cardinal ſon frere.

Le Roi de Navarre cependant faiſoit ſoliciter le Duc d'Epernon de ſe joindre à lui avec ſes troupes. Il ſurprit en ce même tems la Ville de Niort, & il

---

Thuanus, Cayet. Eos qui ſibi maxime fidi erant tunc Rex convocavit, cuſtodes duplicavit. Quomodo occiſus Guiſius fuerit diverſe tantiſper narratur. De ſequentibus quæ proferimus omnes conſentiunt. Decembris die vigeſima tertia Rex convocari juſſit Ducem Guiſium, Cardinalem fratrem, Arch. Lugdunenſem, Aumontium Mareſcallum, plurimoſque alios proceres, ac ſi conſulturus cum ipſis eſſet. Etſi rem admodum ſecretam tenebat, multi variis ex locis Guiſium monuere, Regem ipſius perniciem machinari ; ſed viri confidentia tanta erat, ut ſemper reſponderet, *Non auſurus eſt.* Penes Regem erant 45. illi Nobiles Vaſcones, quos ipſi Eſpernonius dederat, & quorum dux erat Longnacus. Ex illis vero audaciores delegit, propoſitumque ſuum ipſis patefecit, & juxta cubiculum abſconditos locavit, ut cum ipſe accederet, virum adorirentur & confoderent. Guiſium ergo evocari juſſit. Qui ad id deputati erant in ipſum inſiliunt, & gladiis cæſunt, clamante illo, *O amici, ô amici !* Cum ultimo in renibus confoſſus eſſet, miſericordiam exclamavit, & prope Regis lectum cecidit. Cardinalis Guiſius qui non procul erat, hanc poſtremam fratris vocem audiens, ſurrexit dicens, *Frater meus occiditur* ; ſed Aumontius Mareſcallus qui ex Regis juſſu aderat, ipſum compeſcuit, & apprehendit in carcerem conjiciendum cum Archiepiſcopo Lugdunenſi qui aderat.

Les mêmes. Rex comprehendi juſſit etiam Cardinalem Borbonium, Nemoroſii Ducem, Principem Joanvillæ Guiſii filium, aliquot ex Deputatis Ordinum, & ex Miniſtris Guiſii quoſpiam, nec tamen illorum quempiam interfici volebat ; ſed cum didiciſſet Cardinalem Guiſium Regem perpetuo maledictis & minis inceſſere, illum perinde atque fratrem occidi juſſit, amborumque fratrum corpora in ignem injecta, atque in cineres redacta ſunt ; poſteaque Nuncius Summi Pontificis dixit illi, quod excommunicationem incurriſſet. Juſſerat etiam Rex Meduanium comprehendi : verum ille, re comperta Lugduno profectus, in Burgundiam ivit, & Provinciam illam, exceptis quibuſdam oppidulis, contra regias partes convertit.

Inter hæc Navarrus Eſpernonium urgebat ut copias quas ipſe habebat cum ſuis jungeret. Niortium eodem tempore ex improviſo cepit, & cogitabat quo

1588. prenoit ſes meſures pour donner ſecours à la Ganache aſſiegée par le Duc de Nevers ; mais la garniſon ſe rendit enfin, & le Duc de Nevers s'en alla trouver le Roi. Son armée preſque toute compoſée de Ligueurs ſe diſſipa en ſorte qu'il lui reſta bien peu de monde.

1589. Peu de jours après la Reine Mere Catherine de Medicis, déja incommodée depuis quelque tems, frapée vivement par les ſanglans reproches que lui fit le Cardinal de Bourbon qu'elle alla voir, & par cette nouvelle ſcene, qui ſelon toutes les apparences alloit être ſuivie de grands malheurs, mourut enfin le 5 de Janvier, & par ſon teſtament elle laiſſa Charles d'Angoulême, fils naturel de Charles IX. heritier des grands biens qu'elle avoit dans l'Auvergne & dans le Languedoc.

Mort de la Reine Catherine de Medicis.

Son éloge.

Le caractere de cette Princeſſe eſt ſi extraordinaire, que je ne ſçai ſi l'Hiſtoire peut rien fournir d'approchant. Tous les Auteurs conviennent qu'elle avoit beaucoup d'eſprit, une adreſſe merveilleuſe, des projets qu'un autre n'auroit jamais imaginez. Elle étoit extrêmement ambitieuſe, & emploioit toute ſon induſtrie pour ſe maintenir dans le Gouvernement du Roiaume, & dans le maniement des principales affaires. Sa plus grande paſſion étoit de ſe rendre l'arbitre entre differens partis. La diſſention & les guerres civiles qui durerent pendant près de trente ans, lui donnerent lieu de vaquer ſouvent à cet exercice qu'elle aimoit tant.

Catherine ſe ſervoit de mille tours d'adreſſe pour réuſſir dans ſes traitez ; & comme elle n'avoit que peu ou point de Religion, elle n'étoit point ſcrupuleuſe ſur les moiens qu'elle y emploioit, ni ſur ſa facilité à promettre cent choſes qu'elle n'avoit nulle envie de tenir. Elle menoit toujours une troupe de jeunes Demoiſelles, qui aux dépens de leur honneur ſe mêloient avec les Princes & les Seigneurs traitans, pour découvrir leurs ſecrets, & les diſpoſer de ſe rendre aux volontez de la Reine.

Elle traitoit non pas pour le bien de l'Etat, ni pour procurer au Roiaume la tranquilité ; mais pour tirer le Roi regnant ſon fils de quelque mauvaiſe affaire ; bien entendu qu'après le traité fait & conclu, elle ne ſe mettoit guere en peine d'en faire garder les conditions. Ce défaut de bonne foi produiſoit de nouveaux troubles & des guerres civiles. Mais comme on remarque en

---

pacto Ganachiæ a Nivernenſi Duce obſeſſæ ferret opem : at oppidum illud tandem pacta conditione deditum fuit, & Nivernenſis Dux Regem adiit. Exercitus ejus, qui fere totus ex copiis Societati addictis conſtabat, diſſipatus fuit, ita ut pauci manerent.

Les mêmes. Paucis poſtea elapſis diebus, Catharina Medicea Regina parens, quæ jam morbo laborabat, hujuſce tragœdiæ, quæ innumera mala portendebat, dolore obruta ; atque a vituperiis quæ ipſi Borbonius Cardinalis, quem inviſerat, objecit admodum perculſa, tandem obiit 5. Januarii die, teſtamento ſuo hæredem relinquens Carolum nothum filium Caroli IX. Regis ; qui nothus magna hinc bona conſequutus eſt in Arvernis atque in Septimania.

Catharinæ indoles, mores & geſta, adeo ſingularia ſunt, vix ut parem in hiſtoriarum quarumlibet decurſu deprehendas. Concors eſt Hiſtoricorum omnium opinio ipſam ingenio multum valuiſſe, artibus & technis, quæ vix aliorum animum ſubiiſſent. Erat vero admodum ambitioſa, nihilque non moliebatur ut & Regni adminiſtrationem & maxime urgentium grandiumque negotiorum curam ſibi retineret. Id vero præſertim ipſi cordi erat, ut inter diſſidentes Principes pacem conciliaret. Bella autem civilia & diſſenſiones, quæ per annos ferme triginta Galliam turbavêre, ad eam rem, quam ſumme expetebat, illam frequenter advocavêre.

Nulla non calliditate utebatur ut pactiones hujuſmodi pro voto conficeret, & quia non Religione detinebatur, neque æqui bonique rationem ullam curabat, machinas omnes adhibebat, queis optata perficeret : omnia pollicebatur ſine ullo promiſſis ſtandi animo. Puellarum nobilium agmen ſemper ſecum ducebat, quæ nulla habita pudoris ratione inter Principes procereſque ſeſe admiſcerent, ut eorum ſecreta conſilia detegerent, ipſoſque eo deducerent ut Reginæ optatis obſequerentur.

Non ad bonum & tranquillitatem Regni Francorum pactiones illa faciebat ; ſed ut filium qui tunc regnabat, ex aliquo difficili periculoſoque negotio expediret ; verum poſt inita pacta de ſervandis conditionibus nihil curabat. Ex violatis porro fœderibus nova diſſidia bellaque civilia exoriebantur : verum ut in hiſtoriæ hujus decurſu ſæpe deprehendas, Ca-

pluſieurs endroits de cette Hiſtoire, Catherine ne craignoit rien tant qu'une profonde paix, où l'on n'auroit eu plus beſoin d'elle pour accorder les partis, & faire des traitez à ſa maniere. 1589.

Pour venir à ſes fins, elle emploioit tout ſans ſcrupule. Le poiſon étoit un de ſes moiens les plus ſurs & les plus ſecrets pour ſe défaire de ceux qui traverſoient ſes deſirs ou ſes deſſeins. On l'accuſa d'avoir enlevé par cette voie bien des Princes & quelques Seigneurs; François Dauphin fils aîné de François I. la mort duquel lui procura la qualité de Reine de France; Jeanne Reine de Navarre, qui pouvoit être un obſtacle à ſon grand projet de la S. Barthelemi; ſon propre fils Charles IX. qui ſe diſpoſoit à l'exclure du Gouvernement; le Maréchal de Bellegarde, qui s'oppoſoit à ſes deſſeins. Peut-être l'accuſa-t-on à faux ſur quelqu'un de ceux-là; mais peut-être auſſi en expedia-t-elle bien d'autres ſans qu'on s'apperçût qu'elle leur avoit fait donner quelque breuvage. Ses allures ſont d'ailleurs ſi connuës, qu'il n'y a rien là qui paſſe la vraiſemblance.

Il n'y eut jamais de Princeſſe ſi adonnée à la Magie, à la Necromantie & à toutes ſortes de preſtiges: & comme elle ne ſe cachoit guere ſur cet article, on en peut parler avec certitude. Catherine avoit toujours auprès d'elle des Magiciens & des Necromantiens, qu'on honoroit du nom de Philoſophes & d'Aſtronomes. Elle faiſoit venir d'Italie & d'ailleurs ceux qui avoient la réputation d'exceller dans cet art. Le nombre des Magiciens augmenta tellement de ſon tems en France, que l'an 1572. on y en comptoit juſqu'à trente mille, dit M. de l'Etoile dans ſes Memoires: ce qui paroît incroyable. Elle portoit ſur ſon corps des Taliſmans ou des pierres Magiques. M. l'Abbé Fauvel en fit graver un il y a quelques années avec cette note. Tome 1. page 219.

» Cette Princeſſe le portoit toujours ſur elle. Il étoit de la façon & fabrique » du ſieur Regnier fameux Mathematicien, & en qui elle avoit beaucoup de » confiance. Ce fut par ſon conſeil qu'elle fit conſtruire à l'hôtel de la Reine, » aujourd'hui l'hôtel de Soiſſons, la belle colonne qui s'y voit encore, où elle » alloit ſouvent avec lui pour y obſerver les aſtres.

» On prétend auſſi que la vertu de ce Taliſman étoit pour gouverner ſou» verainement, & connoître l'avenir; & qu'il étoit compoſé de ſang humain,

---

tharina nihil perinde timebat, atque ſolidam pacem, qua ſervata, nunquam ipſa evocanda foret ad congreſſus & pacta pro more ſuo renovanda.

Ut optata aſſequeretur ſine ſcrupulo omnia uſurpabat, eos quos vel optatis vel conſiliis ſuis obeſſe ſentiebat, certa ſecretaque ratione, veneno ſcilicet, de medio tollere ſatagebat. Illo utique modo Principes, Procereſque quoſdam ſuſtuliſſe accuſabatur, nempe Franciſcum Delphinum Franciſci I. primogenitum, quo mortuo, illa ad Reginæ Francorum dignitatem pervenit; Joannam Reginam Navarræ, quæ deſtinatæ Sanbartholomæanæ carnificinæ obeſſe poterat; Carolum IX. Regem filium, qui Catharinam matrem a rerum adminiſtratione ſubmovere parabat; Bellogardium Mareſcallum qui conſilia ſua interturbabat. Forte circa quempiam iſtorum falſo accuſata fuerit; ſed fortaſſis etiam alios eadem via tam ſecreto ſuſtulerit, ut res tecta manſerit, nec deprehenſa ſit. Tali certe indole erat illa, ut hæc a veriſimilitudine non abhorreant.

Nunquam Princeps femina Magicis artibus, Necromantiæ & præſtigiis quibuſlibet ita addicta fuit, ut Catharina. Quam rem illa tam aperte ſectabatur, ut ſine ullo dubio res affirmari poſſit. Semper illa ſecum ducebat Magos & Necromantes, qui Philoſophorum & Aſtronomorum nomine decorabantur. Ex Italia quoque ex aliiſque regionibus illos advocari ſtudebat, qui in Magica arte excellere putabantur. Magorum numerus in gallia Catharinæ tempore uſque adeo auctus fuit ut anno 1572. triginta mille Magi numerati ſint, inquit Stellæus in Diario ſuo, quæ res ſane vix credibilis eſſe videatur. Lapillos autem Magicos, quos *Taliſmanos* vocant, Catharina ſemper geſtabat, quorum unum D. Fauvelius aliquot ante annos cudi curavi cum hac nota.

» Iſthæc Princeps lapillum hunc ſemper geſtabat: » quem apparaverat Regnerius Mathematicus celebris, cui Catharina admodum fidebat. Iſtius conſilio in ædibus Reginæ, quæ hodie ædes Sueſſionenſes vocantur, elegans illa columna, quæ hodieque viſitur, erecta fuit, in quam conſcendebat » illa cum Mago, ut aſtra ſimul obſervarent.

» Narratur etiam hujus lapilli virtutem eo ſpectaviſſe, ut ſupremam illa rerum adminiſtrationem » ſervaret, & futura prænoſceret: compactumque » fuiſſe lapillum ex ſanguine humano, exque ſan-

1589. » de ſang de bouc & de pluſieurs ſortes de métal fondus enſemble ſous quel-
» ques conſtellations particulieres qui avoient rapport à la nativité de cette
» Princeſſe. L'Original de ce Taliſman qui fut trouvé & caſſé après ſa mort
» arrivée à Blois le 6 Janvier 1589. vint depuis au cabinet de Monſieur
» l'Abbé Fauvel.

Un monument en velin qu'on conſerve dans la Bibliotheque de l'Abbaye de S. Germain des Prez, nous apprend à ce ſujet une choſe des plus ſingulieres. Il y fut dépoſé en 1655. comme le marque cette note écrite au dos: *Copie d'une piece que Catherine de Medicis Reine de France portoit toujours ſur ſoi, & qu'on lui trouva après ſa mort, laquelle étoit écrite & figurée de ſon propre ſang. Bibliothecæ S. Germani à Pratis 1655.*

C'eſt une feüille de velin qui a environ un pied & demi de long & preſque autant de large, où l'on voit d'abord un quarré plein de figures geometriques & de noms extraordinaires: ſix cercles dont quelques-uns ont des figures de même, & les autres des croix; le tout entremêlé de noms inconnus. Tout le reſte eſt rempli de prieres en François, en Latin, en Hebreu, avec des expreſſions bizarres. On y voit ſur les côtez des noms d'Anges ou de Genies, comme Razael, Anthiel, Sideriel, Raphael & un grand nombre d'autres.

Le principal uſage que Catherine faiſoit de ces Magiciens & Necromanciens, étoit pour découvrir l'avenir, & ſur tout pour ſçavoir qui devoit regner en France, la ſuite future des Rois, & les années de chaque regne. Sur quoi l'on raconte une choſe la plus ſurprenante dont on ait peut-être jamais entendu parler, qui eſt qu'un Necromancien lui fit voir une aſſez longue ſuite de Rois qui devoient regner en France, & les années de leur regne. Mezerai l'a rapporté comme une choſe conſtante & connuë, quoique en peu de mots, lorſque parlant de la mort d'Henri IV. il dit » Lui même n'ignoroit pas que
» le nombre des années de ſon regne, ſelon qu'un Magicien l'avoit fait voir à
» la Reine Catherine de Medicis, étoit tantôt accompli. » Baile dans ſes queſtions & réponſes à un Provincial, & M. Godefroi dans ſes Editions de la Satyre Menippée & du Journal d'Henri III. en parle plus au long. Cette prédiction ſe trouve aujourd'hui entre les mains de bien des gens. La voici telle que je l'ai reçûë d'un bon endroit.

» guine hircino, ac plurimis metalli generibus, quæ
» liquata ſimul fuerant, obſervato ſiderum concurſu
» ad Catharinæ geneſim ſpectante. Hic vero lapillus
» poſt Catharinæ obitum, qui accidit anno 1589.
» 6 Januarii, repertus fractuſque fuit, ac demum
» in muſeum D. Fauvelii inductus eſt.

Monumentum membranaceum quod hodieque in Bibliotheca S. Germani a Pratis obſervatur, rem ſingularem ea de re nobis aperit. Depoſitum autem iſtic fuit anno 1655. ut in membranæ dorſo notatur his verbis, *Exemplar Chartæ, quam Catharina Medicea Regina Franciæ ſemper geſtabat, quæque poſt mortem ejus corpori ipſius harens reperta eſt, ipſius ſanguine ſcripta & delineata. Bibliothecæ Sancti Germani a Pratis 1655.*

Membrana eſt ſeſquipede longa & ejuſdem ferme latitudinis, ubi ſtatim viſitur quadratum ſchema geometricis figuris & ſingularibus nominibus plenum: deinde ſex circuli, quorum aliqui figuras ſimiles, alii cruces habent, cum verbis hinc inde & nominibus ignotis. Reliqua charta plena precibus eſt, Gallice, Latine vel Hebraïce ſcriptis, cum verbis ſæpe ineptis. Ad latera habentur nomina Angelorum, aut Geniorum, ut Razael, Anthiel, Sideriel, Raphael, multaque alia.

Magis autem & Necromantibus Catharina utebatur ut futura prænoſceret, maximeque ut ſciret quinam in Francia regnaturi eſſent, ſeriem futurorum Regum, & cujuſque Regni annos. Qua de re quidpiam narratur omnino ſtupendum, & fortaſſis hactenus inauditum; nempe Necromantem quemdam ſat longam ipſi Regum ſeriem oſtendiſſe, necnon Regni ſingulorum annos. Mezeræus rem quaſi certam narrat, etſi paucis verbis, cum de Henrici IV. morte loquens hæc ait: *Non ignorabat ipſe numerum annorum Regni ſui, ut Magus quidam Catharinæ Mediceæ oſtenderat, jam completum eſſe.* Bailius in quæſtionibus ad Provincialem, & Godefridus in Editis Satiræ Menippææ, & Diarii Henrici III. pluribus rem tractant. Hæc vaticinatio jam penes multos deſcripta habetur. Exemplar ejus, quale ex tuto loco accepi hic proferam.

» *Détail concernant ce qui s'eſt paſſé chez un Magicien conſulté par la Reine Cathe-* 1589.
» *rine de Medicis, ſur les Princes qui devoient regner en France.*

» Dans le tems que le Duc d'Anjou qui depuis a été notre Roi Henri III. » étoit prêt de partir pour ſe rendre en Pologne, où il avoit été élû Roi. » ſa mere Catherine de Medicis qui avoit pour lui une veritable prédilection, » & qui avoit ſouhaité de le voir regner en France, conſulta un Magicien » qu'elle avoit fait venir de Florence, pour apprendre par ſon art combien » Charles IX. avoit encore d'années à regner, & quels ſeroient ſes ſucceſſeurs. » Elle mena avec elle Dalegre Milhaud, à la fois homme de guerre & hom- » me de Lettres, & qui devoit accompagner Henri III. en Pologne pour lui » ſervir de conſeil.

» Le Magicien après les précautions ordinaires, dit à la Reine, que Char- » les IX. & ſes ſucceſſeurs juſques aux derniers tems de la Monarchie, alloient » paroître l'un après l'autre, & que chacun d'eux feroit autant de tours » autour d'une table longue qui étoit dans la chambre, que chacun d'eux » avoit d'années à regner, & qu'on verroit ſur chacun d'eux avant qu'il diſ- » parût, quelque ſigne du genre de mort par lequel il devoit finir.

» La premiere figure qui parut fut celle de Charles IX. Au ſecond tour » de table le phantôme parut couvert de goutes de ſang aux mains & au viſa- » ge, & puis diſparut. Henri III. vint enſuite à la grande ſatisfaction de Ca- » therine de Medicis, il diſparut après quinze tours, le pourpoint blanc qu'il » portoit enſanglanté vers la ceinture.

» Puis vint Henri IV. qui fit vingt & un tours, & diſparut, le pourpoint » enſanglanté à la hauteur du cœur, & lui ſucceda une mere menant par la » main un enfant de dix ans qui croiſſoit à chaque tour, & qu'elle abandonna » après ſix tours : c'étoit Louis XIII. il diſparut pâle & défait au trente-troiſié- » me tour.

» Vint enſuite une autre mere qui menoit un enfant encore plus jeune que » le precedent, & qu'elle abandonna au bout de quelques tours : c'étoit Louis » XIV. L'enfant tant en grandiſſant qu'en âge viril & en caducité, fit un ſi » grand nombre de tours, qu'on ne les comptoit plus. Enfin il diſparut étant

---

» *NARRATIO EORUM QUÆ GESTA SUNT apud Magum quempiam, Regina Catharina Medicea rogante, circa Principes, qui in Francia regnaturi erant.*

» Quo tempore Dux Andium, qui poſtea fuit » Rex Francorum Henricus III. ad iter in Poloniam, » ubi Rex electus fuerat, ſeſe apparabat; Mater ejus » Catharina Medicea, quæ ipſum maxime omnium » diligebat, cupiebatque ut in Francia regnaret, » Magum quemdam, quem Florentiâ evocaverat, adiit, » ut illius arte ediſceret, quot annis adhuc regnatu- » rus eſſet Carolus IX. & qui ſucceſſores ejus futuri » eſſent, ſecumque duxit Alegrium Millialdum, » bellicum & literatum virum, qui cum Henrico in » Poloniam iturus erat, ut ipſi a conſiliis eſſet.

» Magus poſt ſolitas cautiones Reginæ dixit, Ca- » rolum IX. & ſucceſſores ejus ad poſtrema uſque » Monarchiæ Francicæ tempora mox alius poſt alium » comparituros, totque gyros circa menſam quam- » dam oblongam, quæ aderat, facturos eſſe quot an- » nos eſſent regnaturi; atque antequam ſinguli abſ- » cederent ſignum quodpiam exhibituros eſſe circa » mortis genus quo obituri erant.

» Primus apparuit Carolus IX. qui ad ſecundum » circa menſam gyrum evanuit, guttas ſanguinis in » manibus & in vultu conſperſas habens. Poſt illum » Henricus III. viſus eſt, gaudente Catharina matre, » & poſt gyros quindecim abſceſſit, cum thorace al- » bo, quem geſtabat, ſanguine conſperſo circa zo- » nam.

» Poſtea venit Henricus IV. qui viginti & unum » gyros complevit, & deinde evanuit cum thorace e » regione cordis ſanguine conſperſo. Ipſi ſucceſſit » mater quædam, filium decennem manu ducens, » qui ad ſingulos gyros creſcebat, quemque illa poſt » gyros ſex deſeruit : ad trigeſimum tertium au- » tem gyrum ille pallidus, & attenuato vultu eva- » nuit.

» Alia ſubinde mater apparuit, puerum ducens » præcedenti juniorem, quem ipſa poſt aliquot gy- » ros deſeruit. Puer autem ille, ſive dum creſceret, » ſive dum in ætate virili eſſet, ſive dum ſeneſce- » ret, tot gyros fecit, ut non ultra numerarentur;

1589. » déja vieillard ; après la diſparution la table s'enfonça, & la chambre parut » remplie de chats & de rats.

» Il eſt fait mention de cette viſion dans l'abregé de Mezeray, à l'occaſion » des preſſentimens que Henri IV. avoit de ſa mort, mais aſſez ſuccintement.

» On prétend que d'Alegre Milhaud mit par écrit tout ce qu'il avoit vû ; » & qu'ayant été aſſaſſiné quelques jours après par le Baron de Viteaux Duprat, » les Officiers de Juſtice trouverent ce papier parmi les papiers dudit Alegre » Milhaud, lorſqu'ils les inventorierent. On dit que l'original de l'écrit de ce » ce Seigneur étoit, il y a environ ſoixante ans, entre les mains de Monſieur » Tardif Conſeiller au Châtelet.

» Il y a trois circonſtances qu'il ne faut pas obmettre. La premiere, c'eſt » que les figures qui paroiſſoient, changeoient d'habits en faiſant leurs tours » ſuivant les differentes modes qui devoient être en uſage pendant leur vie. » La ſeconde, que Catherine de Medicis voulut parler à une de ces figures, » & même la toucher ; le Magicien l'avertit qu'elles ne répondroient point, » & qu'il y avoit du riſque. Enfin lorſque les chats & les rats parurent, on lui » demanda ce que cela ſignifioit, & ſi on ne pouvoit voir rien de plus que ce » qui avoit paru, il répondit qu'il y avoit encore bien d'autres choſes que l'on » auroit pû voir, mais que l'apparition des chats & des rats étoit le ſigne que » le charme étoit fini, & que pour le moment preſent on ne pouvoit rien » voir davantage ; qu'au ſurplus la preſence de ces chats & de ces rats ne » marquoit aucune prédiction pour l'avenir, & que l'on n'en pouvoit tirer » aucune conſéquence.

» On dit que ce Magicien chez lequel ces choſes ſe ſont paſſées, demeuroit » au cloître de S. Germain l'Auxerrois, & que ce fut en plein jour qu'il fit » voir toutes ces figures ; mais pourtant dans une chambre dont les fenêtres » étoient fermées, & il n'y avoit que deux lumieres poſées ſur la table lon- » gue, qui étoit au milieu de la chambre.

* Charles IX. ne laiſſa qu'une fille legitime qui mourut fort jeune.

Bien des gens auront peine à croire une telle viſion, & regarderont cette hiſtoire comme faite après coup. Quoiqu'il en ſoit il ſemble que cette Princeſſe qui s'étoit ſignalée par tant de malefices, d'empoiſonnemens, de preſtiges, des violemens des traitez, ait attiré la malediction de Dieu ſur ſa famille. De ſes quatre fils les trois qui ont porté la Couronne, ont été fort malheureux pendant leur Regne, * & n'ont point laiſſé de poſterité legitime ; & le quatriéme

---

» tandemque jam ſenex evanuit. Poſteaque menſa de- » preſſa eſt, evanuitque, & conclave felibus, mu- » ribuſque plenum apparuit.

» Hujus viſi & portenti mentio habetur in Com- » pendio Mezeræi, ubi agitur de mox futuræ mor- » tis ſignis, quæ Henricus IV. præſenſerat ; ſed pau- » cis verbis.

» Narratur autem Alegrium Millialdum ea omnia » quæ viderat deſcripſiſſe : & cum poſtea a Vitelliano » Pratenſi occiſus fuiſſet, juſtitiæ Miniſtros inter » chartas Alegrii hoc reſcriptum inveniſſe : diciturque » ante annos ſexaginta iſtius reſcripti autographum » fuiſſe penes Tardivium in Caſtelleto Senatorem.

Les mêmes. Bellum ſimiliter in aliis provinciis gerebatur. In Arvernis Magnus Prior ab Rege miſſus inducias cum Sanſorlinio Marchione fecit. In Turonibus Contius Princeps Lavardinum in Vindocinenſi agro obſedit & cepit, munitioneſque ſolo æquari juſſit, alia quoque caſtella demolitus eſt. In Armorica Dumbarum Princeps bellum feliciter gerebat contra Mercurium Ducem, multaque oppida cepit. Dux ille Regis Hiſpaniæ opem imploravit, qui tria Hiſpanorum millia navibus vecta ipſi miſit. Mercurius Dux Armoricam ſibi ſervare cupiebat, dicebaturque Regem Hiſpaniæ illam ad ſe pertinere putare, ita ut ſi Dux Regios ex iſta provincia expuliſſet, ſibi cum Philippo Hiſpaniæ Rege de illius poſſeſſione contendendum fuiſſet.

Rex hoc ineunte anno Lotharingiæ Duci bellum denunciaverat, & quæcumque bona in Francia haberet, occupari ac detineri juſſerat. Præſidiarii Me-

1590. garniſon de Mets & ceux de Langres firent des courſes juſqu'à Nanci. Pour faire la recolte le Duc de Lorraine & le Gouverneur de Mets firent une treve pour trois mois, pendant laquelle S. Pol ſurprit Ville-Franche. Le Duc de Nevers y alla en diligence pour la reprendre ; mais S. Pol s'y étoit tellement fortifié, que le Duc fut contraint de s'en retourner à Châlon.

1591. Le 3. Janvier on forma à Paris le deſſein de ſurprendre S. Denis ſur les Roiaux. La ſaiſon étoit favorable, l'eau des foſſez étoit glacée, & les murs ſi bas en certains endroits, qu'ils n'excedoient guere la hauteur d'un homme.

Le Chevalier d'Aumale veut ſurprendre S. Denis. Le Chevalier d'Aumale ſe chargea de l'entrepriſe. Il partit la nuit & paſſa ſur les foſſez glacez, entra dans la Ville, ſe rendit maître d'une des portes, & marcha vers l'Abbayie. Au premier bruit on ſonna l'allarme ; le ſieur de Vic Gouverneur ſe rendit à cheval devant l'Abbayie. Sur l'avis qu'une porte étoit priſe, il envoia ſes Lanskenets avec ordre de ſe couler le long des murs, & de tâcher de reprendre la porte. Il marcha lui-même avec ſes gens, & rencontra dans la rue le Chevalier d'Aumale qui venoit avec ſa troupe ; il le chargea, & les Bourgeois ſe joignirent à lui. Au même tems les Lanskenets reprirent la porte & la fermerent. La nouvelle en vint aux Ligueurs qui étoient dedans, ils s'enfuirent pour ſe ſauver en ſautant les murailles, & abandonnerent le Chevalier d'Aumale qui fut tué ſur la place.

Eſt tué.

Le Roi revenu de Picardie apprit cette nouvelle. On lui communiqua en même tems un deſſein formé pour ſurprendre Paris, en y faiſant entrer la nuit par la porte S. Honoré, un grand nombre de chevaux chargez de farine, conduits par autant de gens armez déguiſez en payiſans, qui devoient être ſuivis d'un grand nombre de troupes. Le Roi n'étoit guere d'avis de faire une telle entrepriſe. Mais ceux qui l'avoient formée la regardoient comme ſi ſûre, qu'il y conſentit enfin. Une partie des troupes devoit ſuivre les conducteurs de la farine, & l'autre devoit marcher le long de la riviere alors ſi baſſe, que dix hommes pouvoient aller de front, ou ſur la greve, ou ſur les bords de l'eau. Les Pariſiens avertis du complot, avoient fait boucher de fumier & de terre la porte S. Honoré. Ceux qui conduiſoient la farine retournerent ſur leurs pas pour en donner avis au Roi, & lui demander s'ils devoient continuer en marchant ſur les bords de la riviere. Lui voiant que l'entrepriſe étoit découverte

Journée des Farines.

---

tenſes & Lingonenſes Lotharingiam Nanceium uſque incurſionibus infeſtam habuere. Ut libere meſſes peragerentur Dux Lotharingiæ & Præfectus Metenſis trimeſtres inducias fecere, quarum tempore Sanpaulus Villamfrancam ex improviſo cepit. Accurrit ſtatim Nivernenſis ut illam recuperaret, ſed ipſam Sanpaulus ita munimentis cinxerat, ut Nivernenſis Catalaunum redire compulſus ſit.

Les mêmes. Januarii 3. Lutetiæ ſuſceptum eſt oppidi S. Dionyſii intercipiendi conſilium. Ad id opportuna erat anni tempeſtas, aquatiles foſſæ glacie concretæ erant, & muri certis in locis hominis ſtaturam altitudine parum excedebant. Eques Albæmalæus hanc ſuſcepit expeditionem. Noctu profectus per glaciales foſſas in oppidum intravit, portam occupavit, & verſus Abbatiam contendit : ad primum ſtrepitum in oppido ad arma inclamatur. Vicus Præfectus eques ante Abbatiam venit. Cum audiſſet autem portam ab hoſte occupari, Germanos pedites miſit, qui clam ſecundummuros, quaſi repentes portam reciperent. Ipſe vero cum pugnatoribus ſuis & oppidanis armatis ingreſſos hoſtes, qui cum Albæmalæo veniebant adortus eſt. Eodem tempore Germani occupatam ab ſe portam clauſere : id cum Sociis ingreſſis nunciatum eſſet, fugam ipſi fecere, ut ſupra muros exſiliendo evaderent, Albæmalæo relicto, qui cæſus fuit.

Rex ex Picardia redux, rem geſtam comperit, ipſi- *Les mêmes.*
que conſilium inopinato capiendæ Lutetiæ aperitur. Noctu videlicet inducendo per portam Sancti Honorati equos magno numero farina onuſtos, quorum ſinguli ductorem ſuum haberent ſub ruſtica veſte arma geſtantem, quos ſequutura erat armatorum manus valida. Regi non admodum placebat, nec opportuna videbatur talis expeditio ; ſed qui id conſilii ſuſceperant, tam certum exitum futurum putabant, ut Rex tandem manus daret. Pars copiarum farinæ ductores ſequutura erat ; altera vero pars ad oram fluminis ventura, cujus aquæ tunc adeo demiſſæ erant, ut decem viri poſſent una ſerie incedere partim per arenam, partim per demiſſam aquam tuto veſtigio. Pariſini re comperta, Sancti Honorati portam congeſta terra vel fimo obſtruxerant. Qui farinam ducebant, retro converſi, id Regi nunciarunt, petentes an cœpta perſequi deberent, per oram fluminis incedendo. Ille vero detectam rem eſſe perſpi-

commanda

commanda à ſes troupes de ſe retirer. Ce jour fut depuis appellé *La Journée des Farines.* 1591.

Le Duc de Maienne à cette nouvelle, envoia à Paris un corps d'Eſpagnols & de Napolitains pour renforcer la garniſon. Cela plut fort aux Seize qui étoient de la faction Eſpagnole, & les encouragea à demander au Duc de Maienne le rétabliſſement du Conſeil general de l'Union ; ils lui preſenterent une longue Requête pareille à celle qu'ils avoient faite durant le ſiege de Corbeil. Mais le Duc de Maienne qui avoit des vûës fort oppoſées à celles des Seize, n'avoit garde de leur accorder une choſe qui tendoit à lui ôter ſon autorité. Les Seize écrivirent auſſi au Pape Gregoire XIV. il ſembloit que leur deſſein étoit de s'ériger comme en une eſpece de Republique.

Guerre dans les Provinces.

Les deux partis ſe faiſoient toujours la guerre dans preſque toutes les Provinces du Roiaume. La Châtre Gouverneur d'Orleans pour la Ligue, aſſiegea Aubigni, & battoit furieuſement la place : mais apprenant que la Nobleſſe du parti Roial s'aſſembloit pour venir contre lui, il leva le ſiege. Le Prince de Conti ſe ſignala dans l'Anjou & dans le Poitou, il prit pluſieurs places, & ſe rendit encore maître de Montmorillon & d'autres Villes & Châteaux. Le Maréchal de Biron prit Caudebec, Harfleur, Fécan ; en ſorte que toute la Normandie, hors le Havre, Roüen & Louviers, étoit ſous l'obéiſſance du Roi. Biron reçût les poudres & boulets envoiez d'Angleterre.

Siege & priſe de Chartres.

Le Roi vouloit aſſieger Chartres ; mais pour cacher ſon deſſein aux Ligueurs, il marcha du côté de Provins, & ils envoierent un renfort de troupes à cette Ville. Il vint après à Montereau Faut-yonne. Eux croiant qu'il en vouloit à Sens ou à Troie, renforcerent les garniſons de ces Villes. Il manda enfin au Maréchal de Biron qui étoit vers Mante, de ſe mettre en chemin comme pour le joindre, & d'aller tout d'un coup inveſtir Chartres : ce qu'il fit le 9 Fevrier. La Châtre Gouverneur d'Orleans envoia deux cens hommes avec ordre de ſe jetter dans cette Ville ; mais ils furent tous tuez ou pris. Le Roi s'y rendit, & y donna les ordres pour l'attaque. La Bourdaiſiere Gouverneur de la place pour la Ligue, ſe défendit vaillamment, & le ſiege tira en longueur. On fit enfin breche du côté de Gallardon. Châtillon Coligni trouva une invention d'un pont dont le haut étoit couvert, en ſorte qu'on pouvoit monter juſqu'au haut

---

ciens, armatos illos juſſit a cœpto deſiſtere. Dies autem ille deinde *Farinarum dies* appellatus fuit.

Les mêmes. Meduanius, re comperta, agmen Hiſpanorum & Neapolitanorum miſit, qui præſidium augerent. Res Sextodecimanis admodum placuit, qui Hiſpanicæ factionis erant, ipſiſque animos fecit, ita ut Meduanium rogarent conſilium Unionis reſtitueret, libellumque ſupplicem obtulere ipſi, ſimilem ei, quem in obſidione Corbolienſi concinnaverant : verum Meduanius, qui longe oppoſita Sextodecimanorum conſiliis machinabatur, rem nunquam conceſſurus erat, quæ ipſius auctoritatem de medio ſublatura eſſet. Sextodecimani etiam ad Gregorium XIV. literas miſerunt, videbanturque id propoſiti habere, uti ſe in Reipublicæ formam conſtituerent.

Les mêmes. Bellum inter ambas partes in omnibus pene Regni provinciis gerebatur. Caſtræus Præfectus Aurelianenſis pro Unione, Albiniacum obſedit, & tormentorum tempeſtate muros quatiebat ; ſed ubi comperit Nobiles Regios omnis circum regionis unà convenire, obſidionem ſolvit. Contius Princeps in Andibus & Pictonibus proſpere rem agebat, multa oppida cepit, etiamque Morillonis-montem expugnavit, necnon alia plurima caſtra & oppidula. Bironus Mareſcallus Caudebecum cepit, Harflorium, & Fiſcanum, ita ut Normannia tota, exceptis Rothomago, Portu-Gratiæ & Luparia ſub Regis poteſtatem caderent. Bironus etiam pulverem pyrium & globos recepit ab Angliæ Regina miſſos.

Les mêmes. Cogitabat Rex Carnutum obſidere ; ſed ut propoſitum ſuum Unioni occultaret, verſus Provinium movit. Socii vero pugnatorum agmen in oppidum illud miſerunt. Poſteaque Monaſteriolum ad Icaunam venit. Socii vero putantes ipſum vel Agendicum Senonum vel Trecas obſidere velle, urbium illarum præſidia auxere, tandemque Rex Birono Mareſcallo, qui prope Meduntam erat, mandavit, ut quaſi ad ſe adeundum iter carperet, & ſubito poſtea Carnutum cingeret, idque ille nono Februarii die fecit. Caſtræus Aurelianenſis Præfectus, pugnatores ducentos miſit, qui ſe in urbem conjicerent ; ſed omnes vel cæſi vel capti fuere. Rex illò venit, urbemque oppugnari juſſit. Burdeſerius pro Unione Præfectus, ſtrenue propulſavit hoſtem, & obſidio diuturna fuit, tandem pars muri verſus Galardonem collapſa eſt. Caſtellionæus Colinius machinam adinvenit pontis forma ſtructam ſuperne tectam, ita ut poſſent tuto pugnatores ad uſque ſupernam ruinæ partem aſcendere. Hæc

1591. de la breche ſans être vû. Cette machine effraia les aſſiegez qui capitulerent. La condition fut qu'ils ſe rendroient dans huit jours s'ils n'étoient ſecourus. Ils vuiderent la place le neuf d'Avril de cette année : le Gouvernement en fut donné au ſieur de Sourdis qui l'avoit eu auparavant.

Pendant que le Roi étoit occupé au ſiege de Chartres, le Duc de Maienne aſſiegea & prit Château-Thierri ; la Ville fut d'abord abandonnée par le Vicomte de Pinard qui en étoit Gouverneur, & il ſe retira au Château qu'il rendit d'abord. On le ſoupçonna fort d'avoir été d'intelligence avec le Duc de Maienne : d'autres diſoient qu'il n'avoit ſi-tôt rendu la place que pour conſerver les biens qu'il avoit dans la Ville & aux environs.

En ce même tems mourut de maladie le ſieur de Châtillon-Coligni, fils de l'Amiral, jeune Seigneur de grande eſperance, & qui s'étoit déja ſignalé en pluſieurs rencontres. Le Duc de Liney-Luxembourg arriva de Rome, & rapporta comme le Pape Gregoire XIV. induit par les Eſpagnols & par les Ligueurs, ſe préparoit à ſecourir puiſſamment l'Union, juſqu'à épuiſer pour cela les treſors du Vatican.

Guerre en Dauphiné & en Provence.

En Dauphiné Leſdiguieres qui tenoit depuis long-tems Grenoble inveſti, y entra enfin par capitulation, & obligea la Ville de lui donner ſoixante mille écus. Il y laiſſa pour Gouverneur le ſieur de la Broſſe, & partit diligemment pour ſe rendre en Provence, où la Vallette avoit beſoin de ſon ſecours. Le Duc de Savoie, qui, comme nous avons dit, avoit été declaré Protecteur dans la Ville d'Aix, entra dans Marſeille ; & y fut auſſi reconnu comme tel. De-là il alla en Eſpagne demander ſecours au Roi Philippe. Il laiſſa en Provence pour commander en ſa place, le Comte Martinengo avec mille chevaux & deux mille hommes de pied. Leſdiguieres joint à la Vallette obſervoient cette petite armée, qui jointe avec un certain nombre de Marſeillois, alla aſſieger Berre. Les deux Chefs des Roiaux avec un moindre nombre de troupes, mais plus aguerries, attaquerent les Savoiards, les défirent & diſſiperent. Il y eut cinq cens Cavaliers & quinze cens Arquebuſiers ou tuez ou pris. Les affaires du Duc de Savoie allerent depuis toujours de mal en pis dans la Provence. Il revint d'Eſpagne où il avoit obtenu de puiſſans ſecours.

& auprès de Geneve.

Ses armes ne furent gueres plus heureuſes du côté de Geneve. Sanci qui

---

vero machina præſidiarios terrore perculit, ita ut ad pacta deditionis ventum fuerit. Conditio fuit, ut niſi intra dierum octo ſpatium auxilia acciperent, urbem dedituri eſſent. Egreſſi autem ex urbe ſunt nono die Aprilis hujus anni. Præfectus urbis relictus fuit Surdiſius, qui antea hoc munus habuerat.

Thuanus. Cayet. Dum Rex Carnutum obſideret, Meduanius Theodorici caſtrum obſedit & cepit : oppidum ſtatim a Pinario Vice-comite deſertum fuit, atque in caſtellum ille ſe recepit, quod ſtatim dedidit, in ſuſpicionemque venit, quod cum Meduanio ſecreta pacta iniiſſet. Alii vero putarunt ipſum tam cito locum dediſſe, ut bona ſua conſervaret, quæ vel in oppido vel circum poſita erant.

Les mêmes. Hoc tempore ex morbo periit Caſtellionæus Colinii illius celebris Maris Præfecti filius, magnæ ſpei juvenis, qui jam frequentia ſtrenuitatis ſigna dederat. Dux Pinæus Luxemburgicus Roma profectus adveñit, nunciavitque Gregorium XIV. inſtigantibus Hiſpanis & Unionis Sociis, auxilia parare Unioni mittenda, & in eam rem gazam Vaticanam totam impendere.

Les mêmes. In Delphinatu Diguierius, qui a multo jam tempore Gratianopolin cinctam tenebat, pactione tandem facta in urbem eſt ingreſſus, & ab ipſa 60 millia ſcutorum exegit, Præfectum ibi reliquit Broſſium, maturavitque ut Galloprovinciam peteret, ubi Valleta ejus auxilio egebat. Dux Sabaudiæ, qui ut diximus Aquis-Sextiis Protector declaratus fuerat, Maſſiliam intravit, ubi parem conſequutus eſt honorem, indeque in Hiſpaniam ſe contulit, ut opem a Rege Philippo peteret. In Galloprovincia vicarium ſuum reliquit Comitem Martinengum cum equitibus mille & bis mille peditibus. Diguierius cum Valleta junctus, iſtam militum manum obſervabat, quæ cum Maſſilienſibus quibuſdam copiis juncta, Berram obſedit. Duces duo regii cum minore pugnatorum, ſed peritiorum, numero, Sabaudos ſunt adorti, & fugatos diſſipavêre. Ex iis quingenti equites, & mille quingenti ſclopetarii vel cæſi vel capti fuere. Exinde vero Sabaudi res in Gallo-provincia peſſum ire cœperunt. Ex Hiſpania ille rediit, ubi auxilia grandia impetraverat.

Les mêmes. Nec feliciore exitu contra Genevam bellum mo-

étoit allé en Suiſſe faire des levées pour le Roi, & qui avoit auſſi ordre de ſecourir ceux de Geneve, eut le bonheur de ſaiſir quelques Couriers du Roi d'Eſpagne, qui apportoient cent mille écus à Baſle pour faire des levées en Suiſſe. Cette ſomme lui vint à propos. Il leva des troupes, prit quelques fortereſſes du Duc auprès de Geneve, & battit les Savoiards en une renconrre. 1591.

Cependant le Pape Gregoire XIV. fit une réponſe des plus favorables aux Seize, qui lui avoient écrit comme nous diſions ci-devant. Cette Lettre de Sa Sainteté leur enfla tellement le cœur, qu'ils firent au Duc de Maienne des propoſitions bien plus impertinentes que celles du Memoire précedent. Le Duc n'avoit garde de leur accorder des choſes qui tendoient toutes à ſa propre ruine. Cependant la méfiance & la diviſion s'augmentoit toujours dans Paris, & tourna enfin, quoiqu'un peu tard, à l'avantage du Roi Henri.

Gregoire XIV. pourſuivoit vivement Alphonſe Piccolomini; il confiſqua le Comté de Montemarciano qu'il poſſedoit, & lui fit couper la tête. Il donna ce même Comté à ſon neveu deſtiné pour conduire l'armée, qu'il envoioit au ſecours de la Ligue. Il fit publier un Monitoire contre ceux qui ſuivroient le parti du Roi Henri IV. Pour faire cette expedition militaire, il prit le treſor du Château Saint Ange ramaſſé par le Pape Sixte V. qui l'avoit ſans doute deſtiné à d'autres uſages.

Gregoire XIV. envoie une armée au ſecours de la Ligue.

Le Roi envoia à la Reine Eliſabeth & aux Princes d'Alemagne, le Vicomte de Turenne, qui paſſa d'abord en Angleterre. Eliſabeth lui promit un promt ſecours, & permit à quelques particuliers de prêter de l'argent au Roi de France. Le Vicomte ſe rendit de là en Hollande & puis en Alemagne, où les Princes lui promirent un grand corps de troupes: mais comme ces Alemans ne marchoient pas facilement à moins qu'il n'y eût du comptant, il eut bien de la peine à obtenir que ce ſecours de ſix mille huit cens Reitres, & de dix mille Lanskenets partiroit inceſſamment pour venir en France. Le Duc de Maienne de ſon côté demandoit auſſi du ſecours au Duc de Parme qui ſe trouvoit bien empêché: il n'avoit pas même ce qu'il falloit de troupes pour reſiſter aux Hollandois, & pour revenir en France il lui falloit une permiſſion expreſſe du Roi d'Eſpagne. Tout ce qu'il put faire fut de prêter au parti de l'Union deux cens mille florins.

Le Vicomte de Turenne leve pour le Roi une armée en Alemagne.

---

vit. Sancius qui in Helvetiorum pagis milites Regi conſcribebat, & cui mandatum fuerat ut Genevenſibus auxilia ferret, forte fortuna curſores Hiſpaniæ Regis cepit, qui centum millia ſcutorum Baſileam ferebant ad Helvetios pugnatores conſcribendos. Hac ille ſumma uſus eſt ad milites colligendos, aliquot arces & caſtra Sabaudi, quæ circum Genevam erant, expugnavit, & Sabaudos ſemel fudit.

Les mêmes. Summus vero Pontifex Gregorius XIV. Sextodecimanis gratioſe admodum reſpondit, qui ut diximus, ad illum literas miſerant. Hiſce porro literis uſque adeo inflati Sextodecimani fuere, ut conditiones Meduanio offerrent ſuperioribus longe petulantiores & ineptiores. Dux vero ſibi cavebat ne quid concederet, quod in damnum ſibi futurum eſſet. Interea diffidentia & diſſenſio Lutetiæ ſemper augebatur, tandemque in Regis bonum, licet tardius, ceſſit.

Les mêmes. Gregorius XIV. ardenter agebat contra Alfonſum Piccolomineum, cui Comitatum Montiſmarciani ademit, & fiſco addixit, ipſumque Piccolomineum capite truncari juſſit; Comitatum vero illum fratris filio dedit, qui exercitus ab ſe Unioni mittendi dux declaratus fuit. Monitum vero publicum emiſit adverſus eos qui partes Henrici IV. Regis ſectarentur. Ad hujuſmodi expeditionem faciendam, gazam in Caſtello Sancti Angeli accepit, collectam a Sixto V. Papa, qui illam ad alios uſus deſtinaverat.

Les mêmes. Miſit Rex Turenium Vicecomitem ad Reginam Angliæ & ad Germanos Principes. In Angliam Turenius ſtatim trajecit. Eliſabetha promtum auxilium Regi pollicita eſt, & quibuſdam Anglis permiſit ut pecuniam Regi Francorum commodo darent. Vicecomes inde in Hollandiam tranſmiſit, indeque in Germaniam, ubi Principes quidam ipſi magnam pugnatorum manum polliciti ſunt; ſed quia Germani nonniſi prævia pecunia moveri ſolent, vix ille impetrare potuit ut auxilium illud ſex millium octingentorum equitum & decem millium peditum ſtatim proficiſceretur, ut Franciam peteret. Meduanius quoque opem poſtulabat a Parmenſi duce, qui cum vix ſat copias haberet ut Batavis obſiſteret, nec poſſet injuſſu Philippi Regis in Franciam venire, id ſolum contulit, ut 200. millia florenorum Unioni commodo daret.

1591. Après que le Roi eut pris Chartres, il s'en alla à Compiegne, ſur l'avis, diſoit-on, que le Marquis de Menelay, qui tenoit alors la Fere pour les Ligueurs, étoit diſpoſé à ſe mettre de ſon parti, parce qu'on vouloit la livrer aux Eſpagnols. Mais le Marquis fut tué par des gens appoſtez par l'Union, & la Fere fut depuis mis entre les mains des Eſpagnols. LeDuc d'Epernon étoit alors dans le Boulonnois, où il défit la Cavalerie qui étoit dans Monſtreuil, & prit le Gouverneur & quelques Seigneurs priſonniers. Il aſſiegea depuis Pierre-fons, où il fut bleſſé d'une arquebuſade, qui l'obligea de lever le ſiege. Le Roi fit à Mante le jour de la Pentecôte la Ceremonie de l'Ordre du Saint Eſprit.

La Fere livré aux Eſpagnols.

Les Roiaux ſurprirent en ce tems-ci Louviers, où ils entrerent par une intelligence : ils eurent quelque tems à combattre contre les gens de la Ville ; mais ils demeurerent enfin les maîtres. Le Roi ſe rendit à Dieppe, où il reçut un ſecours de cinq cens Anglois, & de quelques munitions. Une entrepriſe des Ligueurs ſur le Pont de l'Arche, fut découverte, & n'eut aucun effet. Il revint enſuite à Mante où ſon Conſeil vint le trouver pour déliberer ſur les affaires preſentes, & principalement ſur l'excommunication que le Pape Gregoire XIV. venoit de prononcer contre ceux qui tenoient ſon parti. Il fit un Edit où il confirmoit les Edits de pacification faits ci-devant. Il en donna un autre qui contenoit pluſieurs articles. Il proteſtoit & juroit qu'il ne ſouffriroit point qu'on fit aucun changement dans l'exercice de la Religion Catholique, Apoſtolique & Romaine. Il diſoit que le Pape Sixte V. s'étoit repenti d'avoir ſur les faux avis des Ligueurs fulminé contre lui ; & que le Pape Gregoire XIV. ſéduit par les mêmes, étoit devenu partial, & non pas pere commun ; que ſon Nonce Marſilio Landriano avoit jetté des Monitoires contre les Catholiques Roiaux, fondez ſur les faux rapports de l'Union. Il déclaroit qu'il ne deſiroit rien tant que d'être inſtruit, ou par un Concile, ou par une Aſſemblée de Prélats & de Docteurs. Enjoignoit aux Cours des Parlemens de proceder contre les entrepriſes du Nonce Marſilio Landriano, exhortoit le Clergé de s'aſſembler pour ſe pourvoir contre les cenſures de Gregoire XIV.

Plainte d'Henri IV. contre Gregoire XIV.

Cet Edit envoié à tous les Parlemens, y fut publié & enregiſtré. En conformité celui de Tours & celui de Châlon, publierent un Arrêt contre les Bulles Monitoriales de Gregoire XIV. Le Clergé de France s'aſſembla à Tours au

---

Les mêmes. Poſtquam Rex Carnutum ceperat, Compendium ſe contulit, quod nunciatum ipſi eſſet, ut fama erat, Menelæum Marchionem, qui Feræ pro Unione Præfectus erat, ad partes regias tranſire velle, quia Socii illam Hiſpanis tradere volebant ; ſed Marchio ille a quibuſdam ab Unione ſubmiſſis necatus fuit, & Fera poſtea Hiſpanis tradita fuit. Eſpernonius tunc in Bononienſi tractu erat, ubi equitatum qui Monaſterioli erat profligavit, ac Præfectum & aliquot alios cepit. Petræ fontem obſedit, ubi ſclopeti ictu vulneratus, obſidionem ſolvit. Rex in die Pentecoſtes Ordinis Sancti Spiritûs ceremoniam fecit.

Les mêmes. Hoc tempore Lupariam Regii, conſpirantibus oppidanis quibuſdam, intercepere, aliquo tempore cum oppidanis pugnavêre, tandemque oppidum obtinuere. Rex Dieppam venit, ubi quingentorum Anglorum auxilium & aliquot munitiones excepit. Socii vero ſeu Fœderati Pontem Arcuenſem intercipere fruſtra tentavêre. Rex Meduntam poſtea rediit, quo conſilium regium convenit ut de præſentibus negotiis deliberaretur, maximeque de *excommunicatione* quam Gregorius XIV. Papa pronunciaverat contra eos qui Regis partes ſequerentur. Edictum Henricus emiſit, quo Edicta pacis prius data confirmabat. Aliud quoque publicavit capitibus plurimis conſtans : cum ſacramento conteſtabatur ſe non paſſurum eſſe ut mutatio quævis in Religione Catholica, Apoſtolica & Romana fieret. Dicebat Sixtum V. Papam pœnituiſſe quod Sociis falſa referentibus, ſe Vaticano fulmine impetiiſſet, & Gregorium XIV. ab iiſdem ſubornatum, parti illi addictum, non patrem communem ſeſe exhibere. Ejus nuncium Marſilium Landrianum Monita contra Catholicos Regios emiſiſſe, falſis Unionis rumoribus inductum. Declarabat autem ſe nihil tam deſiderare, quam ut ipſe inſtrueretur vel in Concilio, vel in Antiſtitum & Doctorum cœtu, mandabatque Curiis Senatuum, ut contra Marſilii Landriani Nuncii acta procederent, Clerumque hortabatur ut unà conveniret, obſtituturus cenſuris Gregorii XIV.

Les mêmes. Edictum iſtud ad omnes Senatuum Curias miſſum, publicatum & in Actis poſitum fuit, eodemque modo Turonenſis & Catalaunenſis Curiæ decreta emiſere contra bullas & monita Gregorii XIV. Clerus Gallicanus Cæſarodunum convenit menſe Septembri,

mois de Septembre, & agit de même contre les dernieres Bulles, & le Parlement de Paris de ſon côté donna auſſi un Arrêt tout oppoſé à celui des deux autres Parlemens. Les Ligueurs étoient, comme nous avons déja vû, fort diviſez entr'eux; au lieu que les Politiques ou Roiaux avoient toujours été unis juſqu'alors, qu'il ſe forma un *tiers parti* de ceux qui vouloient bien qu'on reçût le Roi; mais qui demandoient qu'auparavant il ſe fit Catholique Romain. Le Cardinal de Bourbon, à l'inſtigation de Jean Touchard, Abbé de Bellozane, qui avoit été ſon Precepteur, s'intrigua alors pour ſe mettre le Chef de ce Tiers-parti, & ſe faire déclarer Roi. On en donna avis à Henri de pluſieurs endroits, & du Perron découvrit toute l'intrigue; ce qui fut la cauſe de ſon élevation. Un Auteur du tems dit que le deſſein de ce Tiers-parti étoit de tuer le Roi, le Prince de Conti & le Duc de Montpenſier. L'entrepriſe fut découverte, & le Cardinal en fut malade de déplaiſir. Le Roi alla le voir, *& le piquant au vif par ſes gauſſeries accoutumées, il lui dit: Mon Couſin, prenez bon courage. Il eſt vrai que vous n'êtes pas encore Roi, mais vous le ſerez poſſible après moi.* Mais ce parti qui ne fit pas grand bruit, accelera la converſion du Roi.

1591.

Le Tiers-parti ſe forme.

Le Tiers-parti veut faire Roi le Cardinal de Bourbon.

Il prit quelques petites places autour de Paris, & à la requête de la Nobleſſe de Picardie, il fit inveſtir Noyon par le Baron de Biron; il s'y rendit auſſi, & en forma le ſiege. La place étant de conſéquence, le Vicomte de Tavannes qui commandoit en ce payis pour l'Union, voulut y faire entrer ſucceſſivement deux Regimens qui furent taillez en pieces. Il y vint enſuite lui-même avec quatre cens Arquebuſiers & trois cens Cuiraſſiers, & arriva par des chemins détournez fort près de Noyon. Mais ayant rencontré les Chevaux-legers du Roi avec d'autres troupes, l'épouvante prit ſes gens qui s'enfuirent, & Tavannes fut bleſſé & fait priſonnier. Le Duc d'Aumale y envoia encore du ſecours qui mit d'abord quelque deſordre dans les Chevaux-legers du Roi: mais s'étant depuis remis, ſecourus par le Baron de Biron, ils défirent la troupe du Duc d'Aumale, & firent quantité de priſonniers.

Siege & priſe de Noyon par le Roi.

Le Duc de Maienne pour profiter de l'abſence du Roi, tenta de ſurprendre Mante; mais ſon entrepriſe aiant été découverte, il aſſembla toutes les troupes qu'il pût dans la Champagne & aux environs, & forma un corps de

---

Thuanus Memoires du ſieur de l'Etoile.

parique modo contra bullas egit. At Curia Senatus Pariſini decretum emiſit Catalaunenſi & Cæſarodunenſi contrarium. Unionis Socii, ut jam diximus, admodum inter ſe diſſidebant. Contra vero Politici ſeu Regii hactenus concordes fuerant; ſed tunc tertia factio exſurrexit eorum qui Regem quidem recipi volebant, ſed illa conditione ut antea Religionem Catholicam amplecteretur. Cardinalis Carolus Borbonius, tunc inſtigante Joanne Tuchardo Bellozanæ Abbate, qui Præceptor ejus fuerat, in factionem illam ſeſe immiſit, ut ejus Princeps eſſet, atque in Regem deligeretur. Id Regi nunciatum fuit a plurimis, & David Perronus molimina omnia ipſi patefecit, unde factum ut poſtea ad dignitates eveheretur. Scriptor quidam iſtius ævi dicit, tertiæ iſtius factionis conſilium fuiſſe, ut Rex Henricus, Princeps Contius & Monpenſerius occiderentur. Res detecta fuit, exque mœrore Cardinalis in morbum incidit. Rex illum inviſit, & pro more ſuo facete mordens illum dixit, Mi cognate, animum erige, nondum Rex es, ſed fortaſſis poſt me futurus es.

Rex poſtquam oppidula quædam circum Lutetiam ceperat, poſtulantibus Picardiæ Nobilibus, per Bironum filium Noviodunum cingi juſſit, poſteaque ipſe venit, urbemque obſedit. Cum autem urbs munita propugnaculis eſſet, Tavannus qui pro Unione his in partibus imperabat, cohortem unam, alteramque poſtea in urbem immittere voluit; ſed ambæ a Regiis cæſæ fuere. Venit etiam ipſe poſtea cum quadringentis ſclopetariis & trecentis loricatis, ac per flexuoſa itinera prope Noviodunum movit; ſed cum in levioris armaturæ equites regios, & in alias cohortes incidiſſet, pugnatores ipſius terror invaſit qui & aufugêre; ipſe vero vulneratus, captuſque fuit. Albæmalæus quoque Dux auxilia immittere voluit, & equites levioris armaturæ Regios initio turbavit; ſed cum illi poſtea in ordines ſe reduxiſſent, juvante ſe Birono filio, Albæmalæi agmen profligarunt, & multos ceperunt.

Meduanius abſentis Regis occaſione ſumta, Meduntam intercipere tentavit; ſed cum propoſitum ipſius detectum fuiſſet, quas potuit omnes copias collegit in Campania & circumvicinis locis, ita ut decem millium peditum, & bis mille quingentorum

Les mêmes.

1591. dix mille hommes de pied & de deux mille cinq cens chevaux. Le Roi qui n'en avoit pas tant devant Noyon, s'étoit rendu maître de l'Abbayie de S. Eloi, qui étoit hors des murs de la Ville & bien fortifiée. Le Duc de Maienne temporisant à son ordinaire, le Roi fit battre si furieusement la Ville, que la garnison demanda à capituler le 17 Août. Le Roi y entra le 20, & taxa la Ville à trente mille écus.

Après la prise de Noion, il fit investir Pierrefons, & en forma le siege. Le Comte d'Essex alla l'y trouver avec cinq cens chevaux & quatre mille Anglois que lui envoioit la Reine Elisabeth. Le plaisir qu'il reçût de ce secours fut troublé par la nouvelle qui arriva au même tems, de l'évasion de prison du Duc de Guise, & de la mort du brave & sage la Noüe : une autre qui le consola un peu fut la défaite des Orleanois.

Le Duc de Guise s'échappe de prison.

Le Duc de Guise qui avoit été mis en prison à Tours, aiant gagné quelques-uns de ceux qui le gardoient, trouva le moien de se sauver; mais d'une maniere fort extraordinaire. Il descendit d'une tour par une corde qu'on lui avoit fournie, gagna la greve, & passa par dessous l'arche d'un pont où il n'y avoit plus d'eau, il trouva des gens envoiez par la Châtre, qui étoient du complot, échappa à ceux qui le poursuivoient, & se rendit à Bourges. La nouvelle de son évasion donna une grande joie à ceux du parti de l'Union. Mais ils n'en tirerent pas tous les avantages qu'ils esperoient, comme nous verrons dans la suite.

Les Espagnols venus en Bretagne au secours du Duc de Mercœur, releverent son parti, qui avoit assez de peine à se soutenir. Il leur donna le port de Blavet; & ils se fortifierent si bien dans cette place, qu'on vit dès-lors que le Duc ne les en tireroit pas quand il voudroit. Le Prince de Dombes, qui commandoit en Bretagne pour le Roi, se trouvant le plus foible, après que le Duc eut reçû ce secours, le Roi obtint de la Reine d'Angleterre, qu'outre le puissant secours qu'elle lui avoit envoié, elle feroit passer trois mille Anglois en Bretagne. Le Roi y envoia aussi le sage la Noüe pour aider de ses conseils le Prince de Dombes. Après son arrivée ils assiegerent Lamballe. La

La Noüe tué.

Noüe alla reconnoître la place, il fut blessé, & mourut quelques jours après. Ce Chef également estimé dans les deux partis, fut extrêmement regretté du Roi & de tous les Roiaux.

---

equitum exercitum colligeret. Rex qui non tantum copiarum numerum ante Noviodunum habebat, Sancti Eligii Abbatiam, quæ extra urbem & munita erat, occupaverat. Cum autem Meduanius pro more suo tempus duceret, Rex tormentorum fulminibus urbem tam vehementer impeti jussit, ut præsidiarii decima-septima Augusti die ad pactionem venerint. Rex in urbem ingressus est vigesima-septima Augusti die, & oppidanos triginta millia scutorum numerare coegit. Post captum Noviodunum Rex Petrofundium cingi jussit & obsedit. Essexius vero Comes ipsum adiit cum equitibus quingentis & quater millibus Anglis peditibus, quos mittebat Elisabetha Regina. Auxilii novi gaudium turbavêre illa quæ tunc ipsi nunciata sunt, quod videlicet Guisius Dux ex carcere elapsus, quodque strenuus ille & sapiens Lanovius cæsus fuisset. Solatium tamen aliquod accepit cum edidicit Aurelianenses hostes cæsos fuisse.

Thuanus. Cayet. Guisius Dux, qui Cæsaroduni in carcerem conjectus fuerat, cum ex custodibus quosdam sibi devinxisset, elabendi modum invenit, & quidem singularem. Ex turri quadam descendit per funem sibi subministratum : ad oram fluminis per arenam & glaream incedens, sub arcu Pontis, ubi aqua defecerat, transivit, viroſque invenit a Castræo, qui rei conscius erat, missos, & a Regiis qui post se currebant elapsus, Biturigas se contulit. Evasionis illius fama Unionis Sociis gaudium ingens attulit, qui tamen non quanta sperabant inde bona consequuti sunt, ut videbitur.

Les mêmes. Hispani in Armoricam advecti ad opem Mercurio Duci ferendam, factionem illius, quæ vix ultra stare poterat, confirmavêre. Blavetum portum dedit illis, & ita illi locum munitionibus firmavêre, ut jam tum prospiceretur Ducem illos ex loco isto non pro lubito suo educturum esse. Princeps Dumbarum, qui in Armorica pro Rege imperabat, cum non ultra par esset bello contra Ducem viribus auctum gerendo, Regem monuit, qui ab Angliæ Regina impetravit ut præter auxilium sibi missum, tres mille Anglos in Armoricam mitteret. Rex etiam illò misit sapientem Lanovium, ut Dumbarum Principem consiliis juvaret. Post ejus adventum Lamballam obsedere. Progressus Lanovius ut locum observaret, vulnereque affectus, paulo postea diem clausit. Dux iste qui apud utramque partium multam sibi famam conciliaverat, apud Regem Regioſque magnum sui desiderium reliquit.

En ce même tems les Orleanois étant ſortis inconſiderément & contre les ordres du ſieur Comnene, pour attaquer les ſieurs d'Entragues & de Montigni, qui étoient à la tête de quelques troupes Royales, ils furent défaits & mis en fuite. Il y eut un nombre conſiderable de morts & de priſonniers. Les Roiaux eurent au même tems un bien plus grand avantage. Le Vicomte de la Guerche voulant recouvrer ſon Château de la Guerche que les Roiaux avoient pris, obtint du Duc de Mercœur un renfort de troupes, & cinq cens Eſpagnols. Il partit de Poitiers, & ſe mit en marche vers la Touraine. La Nobleſſe Roiale de la Province s'aſſembla & l'attaqua ſur ſa route. Le combat fut rude; & le Vicomte voiant déja trois cens des ſiens étendus ſur le carreau, prit la fuite, & alla ſe jetter dans un bac pour paſſer la Creuſe. La foule fut ſi grande que le bac coula à fond, & il fut noié. Sa troupe qui étoit de cinq cens Eſpagnols & d'un grand nombre d'autres, fut tuée, ou priſe, ou périt dans l'eau. Le Prince de Conti prit quelques places dans le Poitou; il avoit une intelligence dans Poitiers qui ne réuſſit pas. Il aſſiegea & prit, après quelque reſiſtance, Mirebeau, Ville & Château; mais le Gouverneur qu'il y mit ſe tourna depuis du côté de l'Union.

1591. Les Orleanois défaits.

Le Vicomte de la Guerche Ligueur périt avec ſa troupe.

Le Duc de Savoie aſſiegea Berre, qui fut bien défendu par Meſplez. Il le prit enfin dans le tems que Leſdiguieres étoit allé obſerver l'armée du Duc de Montemarcian: mais il ſe broüilla avec la Comteſſe de Saux, par les intrigues de laquelle il avoit fait tant de progrès dans la Provence, lorſqu'il lui refuſa de mettre à Berre le Gouverneur qu'elle lui propoſoit. Depuis ce tems ſes affaires déclinerent toujours. Il reçût en même tems un renfort de troupes venu d'Italie, & aſſembla une armée de ſept mille hommes de pied & de huit cens chevaux. Il avoit reſolu d'aſſieger Grenoble; mais il voulut auparavant prendre Moreſtel, & détacha une partie de ſon armée pour l'aſſieger.

Leſdiguieres qui avoit l'œil à tout cela, aſſembla auſſi des gens pour faire lever ce ſiege, & à cette nouvelle les aſſiegeans ſe retirerent ſans l'attendre. Il continua d'aſſembler des troupes pour donner ſur cette armée; & quand il ſe crut en état d'en venir aux mains, il s'avança vers les ennemis. La bataille ſe donna à la plaine de Pontchara. Les Savoiards firent peu de reſiſtance; ils furent mis en déroute, & perdirent deux mille cinq cens hommes.

Leſdiguieres défait l'armée des Savoyards.

Les mêmes. Eodem tempore Aurelianenſes cum inconſulto & injuſſu Comneni egreſſi eſſent, ut Interaqueum & Montiniacum, qui regias turmas ducebant, adorirentur, profligati & in fugam verſi ſunt, multi eorum capti, nec pauciores cæſi fuere. Regii eo ipſo tempore majus fortunæ beneficium experti ſunt. Guerchius Vicecomes, caſtellum ſuum Guerchium a Regiis captum recuperare volens, ab Duce Mercurii copias & Hiſpanos quingentos impetravit. Pictavio profectus verſus Turonas movit. Nobiles autem Regii iſtius Provinciæ in unum coacti, viam carpentem illum adorti ſunt. Acris pugna fuit; ſed cum Vicecomes jam trecentos ſuorum cæſos videret, in fugam verſus in pontonem ut Croſam trajiceret ſe conjecit. Tantus autem fugientium numerus in pontonem ſe immiſit ut omnes cum pontone demergerentur, agmen illius quingentorum Hiſpanorum aliorumque magno numero cæſum totum vel captum fuit, vel in aqua periit. Princeps Contius aliquot oppida in Pictonibus cepit Mirabellum etiam obſedit atque oppidum & caſtellum tandem cepit; ſed Præfectus, quem conſtituit, ad Unionem poſtea acceſſit.

Dux Sabaudiæ Berram obſederat. Meſplezius loci Præfectus hoſtem ſtrenue propulſavit, ſed oppidum captum fuit, quo tempore Diguierius exercitum Ducis Montis-Marciani obſervatum ierat: at Sabaudus diſſidium ſibi peperit cum Comitiſſa Saltuenſi, cujus artibus tot ille progreſſus in Gallo-provincia fecerat, cum petenti ſibi ut Berræ Præfecturam cuipiam daret, negavit ipſe. Ab illo autem tempore res illi male ceſſerunt. Tunc manum pugnatorum ex Italia validam accepit, atque exercitum collegit peditum ſeptem millium, & octingentorum equitum. Gratianopolin obſidere parabat; ſed antea voluit Moreſtellum capere, & partem exercitus ad oppidum obſidendum miſit.

Les mêmes. Diguierius qui iſthæc omnia obſervabat, armatos ipſe quoque collegit, ut Sabaudos ab obſidione removeret, qui re comperta abſceſſerunt, neque illum exſpectavêre. Ipſe vero novas ſemper copias cogebat, ut exercitum illum impeteret. Ubi autem ſe parem ad rem tentandam putavit, contra hoſtem movit. Pugna in Pontchara planitie commiſſa fuit. Sabaudi parum concertavêre & bis mille quingentos

1591. Deux mille Romains & Milanois qui s'étoient ſauvez dans le Château d'Avalon, furent obligez de ſe rendre à diſcretion, & les Roiaux en taillerent en pieces environ ſept cens, Leſdiguieres ſauva les autres, & les fit retirer le bâton blanc à la main, avec promeſſe de ne plus porter les armes contre le Roi de France. Les Roiaux ne perdirent pas dans cette bataille plus de quatre ou cinq hommes. Le pillage fut fort grand & eſtimé plus de deux cens mille écus.

L'armée du Duc de Montemarcian après avoir paſſé les Monts, traverſa la Franche-Comté, & arriva enfin à Verdun à demi ruinée par les maladies. Les Ducs de Lorraine & de Maienne s'y trouverent. Ils s'étoient rendus là pour empêcher que l'armée d'Alemagne qui venoit au ſecours du Roi, ne paſſât en France. Le Roi après la priſe de Noion, avoit fait aſſieger Pierrefons. Il partit pour aller joindre le Prince d'Anhalt qui lui amenoit ce grand ſecours d'Alemagne. Il laiſſa pour continuer le ſiege le Maréchal de Biron, qui y trouva tant de reſiſtance, qu'il fut obligé de lever le piquet, & s'en alla en Normandie. Le Duc de Montpenſier avoit pris la Ville d'Avranches après un long ſiege, pendant lequel ceux de l'Union ſurprirent Honfleur. Il vint enſuite joindre le Roi à Noion.

Le Roi va joindre l'armée Alemande

Le quinziéme de Septembre le Roi partit de Chauny pour aller joindre l'armée des Reitres accompagné de huit cens Cavaliers & de trois cens Arquebuſiers à cheval : il traverſa la Champagne & ſe rendit à Sedan, d'où il alla aux plaines de Vandi voir cette armée Alemande d'environ ſeize mille hommes commandez par le Prince d'Anhalt. Le Roi la fit marcher du côté de Verdun, où étoient les Ducs de Lorraine & de Maienne avec leurs troupes & l'armée Papale. Mais ils ne voulurent pas tenter le ſort d'une bataille. Il revint enſuite à Sedan, où ſe fit le mariage du Vicomte de Turenne, à qui il donna le Bâton de Maréchal de France, avec Charlotte de la Marc Ducheſſe de Boüillon. Le jour de devant les nôces le Vicomte ſurprit heureuſement Stenay. Les Lanskenets firent quelque tumulte, & l'on fut ſur le point d'en venir aux armes : mais on les appaiſa enfin.

Mort du Pape Gregoire XIV.

Gregoire XIV. Pape mourut le 15 Octobre de cette année, Innocent IX. élû en ſa place, ſe mit comme ſon prédeceſſeur du parti de l'Union. Mais

---

ſuorum amiſerunt. Bis mille ſeu Romani ſeu Mediolanenſes, qui in caſtellum Avalonem ſe receperant, ad arbitrium victorum ſeſe dedere compulſi ſunt. Regii ſeptingentos occiderunt ; cæteris Diguierius vitam concedi voluit, ipſoſque cum albo ſcipione emiſit, poſtquam polliciti fuerant ſe nunquam contra Regem Francorum arma ſumturos eſſe. Regii in hac pugna non pluſquam quatuor vel quinque ſuorum amiſerunt. Manubiæ ingentes fuere, precio, ut aiebant, pluſquam 200. millium ſcutorum.

Les mêmes. Exercitus Ducis Montemarciani cum Alpes ſuperaſſet, per Comitatum Burgundiæ Virodunum tandem advenit. Dimidia ferme ſui exercitus pars a morbis inſumta fuit. Ibi etiam erant Dux Lotharingiæ & Meduanius, eo animo, ut exercitui Germanico, qui ad Regis auxilium pergebat, aditum intercluderent. Rex poſtquam Noviodunum ceperat, Petrofundium obſideri juſſit, profectuſque eſt ut Anhaldinum Principem, qui hoc tantum ſibi auxilium ducebat, jungeret. Ad Petrofundii obſidionem Bironum Mareſcallum reliquit ; ſed præſidiarii ita fortiter conatus illius interpellavêre, ut obſidionem ſolvere coactus, in Normanniam ſe contulerit. Monpenſerius poſt longam obſidionem Abrincas ceperat ; ſed dum ille in obſidione pergeret, Unionis Socii Honflorium inopinato ceperant, poſteaque Monpenſerius Regem adiit dum Noviodun eſſet.

Les mêmes. Die decima quinta Septembris Rex Chaunio profectus eſt, ut Germanorum exercitum aditet, comitantibus ſe octingentis equitibus & trecentis ſclopetariis equo vectis, Campaniam trajecit & Sedanum, indeque ad planitiem Vandii venit, exercitum Germanorum juncturus, qui ſexdecim circiter millium virûm erat, imperante Anhaldino Principe. Rex cum hoc exercitu movit verſus Virodunum, ubi erant Dux Lotharingiæ & Meduanius qui pugnam committere noluere. Poſtea Sedanum rediit, ubi Vicecomitem Turenium, quem Mareſcallum Franciæ creavit, cum Carola Marchiana Bullonii Duciſſa connubio junxit. Pridie autem Turenius Stenæum feliciter interceperat. Germani pedites tumultum concitavêre, ita ut pene ad arma ventum fuerit, ſed tandem ſedati ſunt.

Les mêmes. Gregorius XIV. Papa obiit decima-quinta die Octobris anni hujus. Innocentius IX. in ejus locum electus, ut deceſſor ipſius, Unionis partes amplexus

il

il ne tint le ſiege que deux mois, & mourut au mois de Decembre. Dans les Provinces de France on n'entendoit parler que de priſes & repriſes de places. Cependant le parti Roial ſe fortifioit en certains endroits. A Orleans il y avoit une faction de Politiques ou Roiaux dont étoit l'Evêque, les plus riches du Clergé, & une bonne partie des Juges & des Capitaines; & une autre plus nombreuſe, qu'on appelloit la Faction du Cordon, qui étoit de la populace. Le Prince de Conti aſſiegea Celles, & le Duc de Nemours prit S. Pourcin, & voulut ſecourir Celles; mais il n'y fut pas à tems, la Ville ſe rendit, & fut depuis repriſe par ceux de l'Union. 1591.

Le Duc de Maienne avoit nommé le Duc d'Aiguillon ſon fils, Gouverneur de la Normandie, & le Marquis de Villars Lieutenant General de la Province. Celui-ci gouvernoit tout & Philippe Deſportes, fameux Poëte de ce tems, avoit beaucoup de credit ſur ſon eſprit. On diſoit qu'il avoit quelque correſpondance avec le Conſeil du Roi, & qu'il tournoit le Marquis de ce côté. Il demanda qu'on lui donnât main-levée de ſes revenus dans ſes Benefices qui ſe trouvoient dans les terres alors obéiſſantes à Sa Majeſté. Cela lui fut accordé; mais quand on en vint à l'execution, ceux qui joüiſſoient de ces terres, rejetterent cela bien loin. Deſportes ſe tourna alors entierement du côté de l'Union, & remit le Marquis dans les mêmes interêts.

Le Roi qui vouloit aſſieger Rouen, manda au Maréchal de Biron d'inveſtir la Ville. Au premier bruit le Marquis de Villars s'y tranſporta, y fit entrer des munitions en abondance, & une forte garniſon, arma la Bourgeoiſie, & fit abbattre les fauxbourgs. Biron avec les troupes Françoiſes & Angloiſes approcha de Rouen: ceux de la Ville firent une ſortie ſur lui, où le neveu du Comte d'Eſſex Anglois, fut tué. Pour ne laiſſer rien derriere qui pût incommoder l'armée, il prit Gournai & Caudebec. Le ſiege y fut mis le onziéme Novembre. Le Roi s'y rendit auſſi avec les troupes Alemandes. Nous en verrons le ſuccès. Siege de Rouen.

Le Duc de Maienne que la neceſſité des affaires avoit tenu long-tems abſent de Paris, fut obligé de s'y rendre bien vîte par les étranges ſcenes que les Seize y donnoient. Ils avoient chaſſé l'Evêque qui étoit tout porté pour le Roi Henri. Depuis que le Duc de Guiſe avoit recouvré ſa liberté, ils penſoient à le

---

eſt: verum duobus tantum menſibus ſedit, & in Decembri obiit. In provinciis Francicis modo captas, modo receptas urbes vidiſſes; intereaque Regiæ partes in quibuſdam locis viribus creſcebant. Aureliani factio erat Politicorum ſeu Regiorum, ex quorum numero erant Epiſcopus, ditiores Eccleſiaſtici, magnaque pars Judicum & Tribunorum. Altera factio numeroſior erat, quæ vocabatur *Cordonis* ſive funiculi quam plebs ſectabatur. Contius Princeps Cellas in Biturigibus obſedit, & Nemoroſius oppidum Sancti Porciani cepit, & Cellis opem ferre parabat, ſed tardius advenit, jamque oppidum ſeſe dediderat: verum ab Unionis Sociis poſtea receptum fuit.

Thuanus. Cayet. Meduanius Agullionium Ducem filium ſuum Normanniæ Præfectum & Villarium Marchionem in eadem provincia Vicarium Generalem conſtituit. Hic porro omnia adminiſtrabat, & Philippus Porta iſtius ævi Poëta celebris, apud Villarium gratia multum valebat. Quidam dicebant Portam cum conſilio regio conſentire, & Villarium ad illas partes flectere. Ab Rege autem petiit ut beneficiorum ſuorum proventus, qui tunc ſub Regis poteſtate erant, excipere ſibi liceret. Id ipſi conceſſum fuit: verum ii qui tunc terras illas occupabant, fructuſque percipiebant, id admittere noluerunt, qua repulſa offenſus Porta, Unioni ſe arctius adjunxit, & Villarium etiam ſecum reduxit.

Thuanus. Cayet. Rex qui Rothomagum obſidere volebat, Bitono mandavit ut urbem undique cingeret. Rumore nuncio, Villarius illò ſe tranſtulit, commeatum abunde in urbem invexit, atque præſidium grande, cives armavit & ſuburbia dirui juſſit. Bironus cum copiis Francorum & Anglorum propius acceſſit. Eruptionem fecere Rothomagenſes, in qua filius fratris Eſſexii Comitis Anglus, occiſus fuit. Bironus ut nihil pone ſe relinqueret, quod exercitui negotium faceſſere poſſet, Gornæum & Caudebecum cepit. Obſeſſa urbs fuit undecima die Novembris. Rex cum Germanorum copiis advenit. Rei exitum videbimus.

Les mêmes. Meduanius quem negotiorum neceſſitas diu extra Lutetiam detinuerat, ob tragicas Sextodecimanorum ſcenas, celeriter iſtuc ſe conferre compulſus fuit. Ii Epiſcopum qui pro Henrico Rege ſtabat expulerant. A quo tempore Guiſius libertatem receperat, ipſum Regem Francorum conſtituere cupiebant, & Hiſpa-

1591. faire Roi de France, & ils écrivirent au Roi d'Eſpagne, en lui marquant, mais en termes couverts, qu'ils ſouhaittoient de faire donner ce Roiaume à ſa fille, en la mariant à quelque Prince François; ils entendoient par là le Duc de Guiſe, & les Eſpagnols l'entendoient bien auſſi. Et comme le Duc de Maienne étoit fort oppoſé aux prétentions des Seize & de ſon neveu, ils avoient conçû une haine mortelle contre lui, & les Eſpagnols lui en vouloient auſſi.

Il arriva en ce même tems qu'un nommé Brigard aiant écrit à ſon oncle qui étoit à ſaint Denis, la lettre fut interceptée & apportée aux Seize, qui trouvant dans cette lettre quelques mots à double entente, firent ſaiſir Brigard, le mirent à la Conciergerie, & entre les mains de la Juſtice pour le faire punir de mort. La Cour voiant que ce n'étoit que par animoſité que les Seize pourſuivoient ce jeune homme, le renvoia abſous. Les Seize ſe porterent alors aux dernieres extrêmitez. Ils élurent à la pluralité des voix, un Conſeil ſecret de dix hommes pour juger & porter Sentence contre ceux qu'ils livreroient entre leurs mains, & ils ſaiſirent le Preſident Briſſon, & les Conſeillers Larcher & Tardif, que les dix condamnerent à être pendus. La Sentence fut executée, & les corps furent expoſez en place publique. Tous les gens ſages, le peuple même & les Eſpagnols eurent horreur d'une telle Tragedie.

Les Seize font pendre le Préſident Briſſon & deux Conſeillers.

Le Parlement, les bons Bourgeois, & un grand nombre de gens preſſoient continuellement le Duc de Maienne de venir à Paris pour mettre fin aux entrepriſes de ces furieux. Il y vint enfin accompagné de quelques troupes Françoiſes & Etrangeres. A la nouvelle de ſa venuë, les Seize s'aſſemblerent. Quelques-uns étoient d'avis de lui fermer les portes; d'autres diſoient qu'il falloit le poignarder: il y en eut même qui s'offrirent pour faire cette execution, & ils ſe ſéparerent ſans rien conclure. Le Duc fut averti de tout ceci. La plûpart des Seize allerent au devant de lui à la porte S. Antoine, aiant à leur tête le Docteur Boucher, qui n'avoit point eu de part à la ſcene paſſée. Il voulut parler au Duc de cette ſanglante tragedie: mais d'un air ſevere il renvoia l'affaire à une autre fois.

Il fut d'abord embaraſſé. Il ne ſçavoit ſi la garniſon Eſpagnole étoit de ce complot avec les Seize: quelques-uns diſent que des gens de bon ſens lui con-

---

Les Roiaux élurent auſſi leurs Députez, dont le chef étoit l'Archevêque de Bourges. Un bon nombre de Catholiques Roiaux ſouhaitoit fort que le Roi ſe convertît, & n'auroient jamais conſenti à reconnoître un Prince heretique; ce qui avoit donné occaſion à former, ou du moins à projetter *un Tiers-parti* de ceux qui ne vouloient ni le Roi d'Eſpagne, ni un Prince étranger, mais un Prince Catholique du Sang Roial de France. Monſieur d'O ſe chargea d'en faire la propoſition au Roi. Il le trouva déja perſuadé de la réalité du Corps de Notre-Seigneur dans l'Euchariſtie: mais il avoit encore des difficultez ſur l'invocation des Saints, ſur la Confeſſion auriculaire, & ſur l'autorité du Pape. Il s'offroit au reſte de ſe faire inſtruire ſur ce point, & témoignoit qu'il ne s'obſtineroit pas quand on lui apporteroit de bonnes raiſons. Le ſieur d'O en fit le rapport à l'Archevêque de Bourges, Chef des Députez.

On commença donc les Conferences de Surene. La premiere ſéance qui ſe tint le 29 d'Avril, ſe paſſa en embraſſades, en complimens, & à regler l'ordre & la maniere dont ces Conferences devoient ſe tenir. En la ſeconde Conferences de Surenne.

ſiones ſolvebant, contra congreſſus illos debacchati ſunt. Vigeſima quinta vero die Aprilis in aliquot quadriviis Pariſinis conteſtationem expoſuere ubi dicebant Regem Catholicum eligendum eſſe, Catholicoſque Regios nullam non machinam adhibuiſſe ut rem tam neceſſariam averterent, quoſdam Concionatores ſibi devinxiſſe, Sextodecimanos eorumque Concionatores inter & Lotharingos Principes diſſidia miſcuiſſe, magnam plebis partem ſubornaviſſe dicendo bellum non Religionis, ſed ambitionis eſſe; Regemque & Borboniam familiam, ſi a Corona excluderetur, ſemper bellum facturam & nunquam pacem futuram eſſe, Regemque Catholicam Religionem amplexurum, ipſamque conſervaturum eſſe.

Les mêmes. Illi contra dicebant, quæcumque Regii facerent ac dicerent, ea ad ducendum tempus fieri & dici, & pro Religionis ſecuritate neceſſario ad Regis electionem procedendum eſſe. Archiepiſcopum vero Lugdunenſem, ex Deputatis unum, nonniſi eloquentiæ oſtentandæ cauſa id muneris ſuſcepiſſe. Hac ratione concinnatum libellum edidere Ordinum cœtui offerendum.

Regii quoque Deputatos ſuos delegerunt, quorum præcipuus erat Archiepiſcopus Bituricenſis. Plurimi ex Catholicis Regiis cupiebant ut Rex Catholicam fidem amplecteretur, neque unquam hæreticum Principem admiſiſſent. Hinc efformata, ſaltemque propoſita vel apparata fuerat tertia factio eorum, qui nec Hiſpaniæ Regem, nec extraneum Principem volebant; ſed Catholicum Sanguinis Regii Francici Principem. Horum nomine id Regi propoſuit Ous Toparcha, qui jam Regem de Jeſu Chriſti præſentia in Euchariſtia perſuaſum invenit; ſed aliquid adhuc difficultatis habentem circa invocationem Sanctorum, confeſſionem auricularem, & auctoritatem Summi Pontificis: ſeque tamen paratum dicebat ad audiendos ea de re Doctores qui ſe inſtituerent, neque pertinaciter obſtiturum eſſe, cum rationibus nixi rei veritatem ſibi demonſtrarent. Id Ous retulit Archiepiſcopo Bituricenſi Deputatorum Principi.

Surenæ itaque congreſſus incœpere, & in primo congreſſu vigeſima nona Aprilis ſeſe mutuo prius amplexi, utriuſque partis Oratores & Deputati de ordine ſolum & modo quo colloquia miſcenda eſſent egerunt. In ſecundo etiam conſeſſu nihil actum eſt, *Thuanus. Cayet.*

1593. ſéance on ne fit rien non plus parce que quelques-uns voulurent attendre que le Duc de Maienne, qui étoit alors à Rheims, fût de retour à Paris. A la troiſiéme, on ne fit autre choſe qu'une ſurſéance d'armes entre les deux partis. A la quatriéme, l'Archevêque de Bourges qui parla le premier, s'étendit fort ſur les malheurs de la guerre; ſur la deſolation de la France, ſur le malheureux état où ſe trouvoit alors le Peuple, la Nobleſſe & l'Egliſe, & exhorta l'Aſſemblée à chercher les moiens d'établir une bonne paix. L'Archevêque de Lion prit enſuite la parole, à peu près ſur le même ton. Il remarqua en paſſant que ceux de l'Union n'avoient jamais mis le mot de paix dans leurs cahiers portez à l'Aſſemblée. M. de Bourges reprit encore après que l'Archevêque de Lion eut fini, & dit que pour établir cette paix ſi deſirée, il falloit reconnoître le Prince que le rang de ſa naiſſance appelloit au Trône Roial, que toute autre voie jetteroit dans des malheurs infinis, & que ce Prince étoit fort diſpoſé à ſe ranger à la Foi Catholique.

L'après-dinée du même jour, l'Archevêque de Lion ſollicité par les plus outrez du Parti de l'Union, parla contre l'Archevêque de Bourges, & dit qu'il ne falloit point ſe fier aux faux-ſemblans que le Roi de Navarre faiſoit de ſe rendre Catholique, & qu'on ne pouvoit le reconnoître ſans mettre la Religion en un extrême peril. Son diſcours fut fort mal reçû de quelques-uns de l'Aſſemblée. Le Comte de Chavigni l'interrompit; & après que l'Archevêque eut fini, il témoigna à l'Aſſemblée ſon mécontentement. L'Archevêque de Bourges refuta le même jour tout ce que l'autre avoit dit : & ainſi finit la quatriéme ſéance.

Le Jeudi cinquiéme de Mai ſe tint la cinquiéme ſéance où l'Archevêque de Lion s'étendit beaucoup contre ce que celui de Bourges avoit dit ; celui-ci lui repliqua. Tout le reſte du jour ſe paſſa en diſputes d'un côté & de l'autre. A la ſixiéme qui ſe tint le dixiéme Mai, l'Archevêque de Bourges dit qu'il falloit dès-lors travailler à la converſion du Roi, & qu'il ſe promettoit bien qu'après qu'il ſe ſeroit rangé à la Religion Catholique, tous les Partis voudroient bien le reconnoître. L'Archevêque de Lion répondit, que pourvû qu'il fût veritablement bon Catholique, & que le Pape le reconnût tel, il n'y auroit plus de difficulté. Les ſieurs de Chomberg & de Revol furent chargez d'en aller faire le rapport au Roi qui étoit alors à Mante. Le Roi les retint quelque tems

---

quia nonnulli exſpectare voluerunt donec Meduanius, qui tunc Remis erat, Lutetiam rediiſſet. In tertio colloquio armorum & hoſtilium omnium ceſſatio ſtatuta inter ambas partes fuit. In quarto colloquio Archiepiſcopus Bituricenſis, qui prior loquutus eſt; multa præmiſit de belli infortuniis & calamitatibus, de Regni Francici deſolatione, de miſera conditione populi, Nobilium & Eccleſiæ, cœtumque totum hortatus eſt ad remedia tot malis quærenda, ad pacem firmam faciendam. Hunc excepit Archiepiſcopus Lugdunenſis, qui ſimilia loquutus eſt, obiter autem obſervavit Unionis Socios, pacis ne nomen quidem in libello confeſſui oblato vel ſemel poſuiſſe. Reſumſit poſtea Bituricenſis, dixitque ad optatam illam pacem aſſequendam, Regem admittendum eum eſſe, qui natalium ordine ad ſolium regium vocabatur, quamlibet aliam viam & rationem infinita mala inducturam eſſe, Principemque cui Regnum competit ad Catholicam Religionem amplectendam paratum eſſe.

In pomeridiano confeſſu Archiepiſcopus Lugdunenſis, ab Unionis Sociis omnium ardentiſſimis concitatus, quæ Bituricenſis dixerat confutavit, nec fidendum Henrico dixit, ſe Catholicum velle fieri ſimulanti, neque admitti illum poſſe ſine extremo Religionis Catholicæ periculo. Sic ille nec ſine quorumdam offenſione loquutus eſt. Ipſum ſic loquentem intercepit Chavignius Comes, & poſtquam Lugdunenſis peroraverat, quam ſibi diſplicerent ſimilia dicta idem Comes teſtificatus eſt. Bituricenſis vero illius dicta eodem die depulit, ſicque deſiit quartus confeſſus.

Die Jovis quinto Maii quintus confeſſus habitus eſt. *Les mêmes.* Lugdunenſis contra Bituricenſis ſententiam plurima protulit; repoſuit Bituricenſis, ſicque per diem totum diſceptatum fuit. Decima die Maii ſextus confeſſus habitus eſt, in quo Bituricenſis dixit id curandum eſſe ut Rex ad veram fidem converteretur, ſperareque ſe ad Catholicam Fidem converſum illum, ab omnibus in Regem admittendum fore. Lugdunenſis vero dixit, dum vere Catholicus eſſet, & a Summo Pontifice admitteretur, omnem ſublatam difficultatem fore. Schombergius & Revolius rem nunciatum Henrico Regi, qui tunc Meduntæ erat, miſſi ſunt. Rex aliquantum illos detinuit, ut matu-

pour ſe déterminer, & déclara enfin qu'il vouloit ſe faire inſtruire. 1593.

Les deux Députez revinrent à Surene, & rapporterent à M. de Bourges les bonnes intentions de Sa Majeſté, & le deſir qu'il avoit de s'inſtruire de la Religion Catholique à deſſein de l'embraſſer après qu'il auroit connu la verité. L'Archevêque de Lion, & les plus zelez du parti de l'Union, ſe recrierent contre cette promte converſion, & apportoient des raiſons pour prouver qu'elle n'étoit pas ſincere. Cependant M. de Bourges donna à pluſieurs du Parti de l'Union des copies contenant le recit de ce qui venoit de ſe paſſer à l'Aſſemblée. Le Roi averti de tout, écrivit à pluſieurs Prélats & Docteurs, les invitant de venir l'inſtruire ſur le parti qu'il avoit à prendre pour être vrai enfant de l'Egliſe. Benoît Curé de S. Euſtache, Chavignac Curé de S. Sulpice, & Morenne Curé de S. Merri, ſe rendirent d'abord à Mante.

Le Roi ſe fait inſtruire.

Cela alarma les Seigneurs du parti Huguenot qui n'auguroient déja rien d'avantageux pour eux de ces Conferences, & ils en firent leurs plaintes au Roi qui leur répondit: *Si je ſuivois votre avis, il n'y auroit ni Roi ni Roiaume en peu de tems en France. Je deſire donner la paix à tous mes Sujets, & le repos à mon ame. Aviſez entre vous ce qui eſt de beſoin pour votre ſureté, je ſerai toujours prêt de vous faire contenter.* Sur la crainte qu'ils témoignoient d'avoir qu'on ne déclarât quelque choſe contre eux aux Conferences de Surene, les Princes & les Seigneurs Catholiques du Conſeil du Roi, leur donnerent par écrit une aſſurance du contraire. Quelques-uns de ces Reformez ne laiſſerent par d'écrire contre cette converſion du Roi. Mais la plûpart s'appaiſerent & demeurerent en paix, croiant que la neceſſité preſente l'avoit comme forcé à ce changement de Religion.

Les Huguenots s'alarment.

Cette nouvelle fit bien du mouvement dans le parti de l'Union. Un grand nombre d'entr'eux las d'une ſi longue guerre, n'attendoient que le tems où le Roi feroit cette démarche pour ſe tourner de ſon côté. Les Seize voiant ces mouvemens, vouloient à force qu'on diſcontinuât les Conferences. Ils ſe remuerent tant qu'ils obligerent le Duc de Maienne d'aller avec eux faire ſerment entre les mains du Légat, qu'ils ne reconnoîtroient point le Roi de Navarre, quand même il ſe feroit Catholique, à moins qu'ils n'en euſſent un ordre du Pape.

Cependant malgré les efforts des Seize, la ſeptiéme Conference commen-

---

rius deliberaret, tandemque dixit, ſibi cordi eſſe ut circa Religionem ipſe inſtitueretur.

Les mêmes. Ambo illi Deputati Surenam reverſi Bituricenſi retulere quam Rex bene affectus eſſet, & quam inſtitui in Fide optaret ad Catholicam Religionem amplectendam. Lugdunenſis & ardentiores Unionis Socii contra tam celerem converſionem clamavêre, nec ſinceram eſſe probare nitebantur. Interea Bituricenſis plurimis Unionis Sociis exſcripta dedit eorum quæ in congreſſu dicta geſtaque fuerant. Rex cui iſthæc omnia nota erant, Epiſcopis Doctoribuſque plurimis ſcripſit rogans venirent, ut ſibi ad Catholicam Eccleſiam aditum aperirent. Benedictus Curator Sancti Euſtachii, Chavigniacus Curator Sancti Sulpitii, & Marennus Curator Sancti Mederici ſtatim Meduntam venerunt.

Les mêmes. Hinc terror Hugonotorum partes invaſit, qui ex congreſſu mala ſibi portendi jam augurati fuerant. Apud Regem autem conqueſti ſunt, qui reſpondit ipſis: Si optata & conſilia veſtra ſequerer, nec Rex, nec Regnum Franciæ brevi foret. Pacem ſubditis meis omnibus conciliare cupio. Inter vos deliberate qua re ad ſecuritatem veſtram opus ſit, ut vobis fiat ſatis ſemper paratus ero. Cum porro timerent illi ne quid in congreſſibus Surenæ contra ipſos depromeretur, Principes & primores Catholici conſilii Regii, reſcriptum ipſis ſecuritatis dederunt. Aliqui ex Reformatis contra illam Regis converſionem ſcripſere: verum maxima pars quieti & in pace manſere, putantes rerum conditionem Regem ad mutandam Religionem compuliſſe.

Les mêmes. Hujuſce rei fama ad Unionis Socios perlata magnos concitavit motus. Illorum plurimi tam diuturnum bellum ægre ferentes, Regis converſionem exſpectabant, ut ad ejus partes accederent. Sextodecimani his conſpectis congreſſus intercipi & ceſſare omnino volebant. Meduanium autem coëgere ut ſecum in Legati manus juratum veniret, ſe Regem Navarræ in Regem Francorum admiſſurum non eſſe, etiamſi converteretur, niſi jubente Summo Pontifice.

Les mêmes. Tamenque nequidquam obſtantibus Sextodecima-

1593. Conference à la Raquete.

cée à Surene, fut continuée à la Raquete. L'Archevêque de Lion répondit à ce que l'autre Prélat avoit dit à Surene. Celui-ci lui repliqua. Ce n'étoient que des redites. Les Ligueurs s'en tenoient toujours à déclarer qu'ils ne reconnoîtroient point le Roi de Navarre quand même il se feroit Catholique, à moins qu'il ne fût admis par le Pape : & alors l'Archevêque de Bourges parlant plus librement dit ; qu'il falloit premierement reconnoître le Roi, s'il se faisoit Catholique, & puis envoier prier le Pape de l'absoudre, & que s'il le refusoit, les Evêques pourroient bien y pourvoir en France selon les privileges de l'Eglise Gallicane. On s'assembla encore à la Villette où l'on ne fit que rappeller ce qui avoit souvent été dit. Les Parisiens n'étoient pas fâchez de la repetition des Conferences, parce que cela leur procuroit une plus longue treve qui finit à l'avantage du Roi. Il assiegea ensuite & prit la Ville de Dreux, & obligea le Château de se rendre.

Propositions des Espagnols

Le parti de l'Union vouloit à force proceder à l'élection d'un Roi, & l'on fit pour se disposer à cela une Procession generale. Les Ministres d'Espagne avant que de faire la proposition du Roi leur Maître aux Etats, jugerent à propos d'en parler dans des Assemblées particulieres pour sonder la volonté & les desseins des Ligueurs. Ils demandoient que l'Infante d'Espagne fût déclarée Reine de France, & disoient que le dessein de Philippe étoit de la marier avec l'Archiduc Ernest frere de l'Empereur. Cette demande déplut à tous les François, & même aux Seize, qui dirent, que tout ce qu'on pouvoit faire étoit de la déclarer Reine en la mariant avec un Prince François. Les Espagnols persuadez que la premiere proposition ne passeroit jamais, se reduisirent à offrir qu'elle épouseroit un Prince François, mais au choix du Roi Philippe son pere.

Les Députez des Seigneurs Catholiques Roiaux qui avoient assisté aux Conferences, écrivirent une longue lettre aux Députez de l'Union, se plaignant de ce qu'ils vouloient faire passer la Couronne de France à un Prince étranger, & le Parlement de Paris donna un Arrest où il défendoit de proposer un Prince ou une Princesse étrangers pour être établi Roi de France. On crut que cela s'étoit fait de concert avec le Duc de Maienne, ou du moins qu'il n'en fut pas fâché, quoiqu'il fît semblant de l'être. Il savoit que le Prince François à qui

---

nis septimus confessus Surenæ cœptus, Raquetæ continuatus est. Lugdunensis respondit iis quæ Bituricensis Surenæ dixerat. Hic Lugdunensi reponit : & sic quæ jam dicta fuerant repetebantur. Unionis Socii semper dicebant se Regem Navarræ non admissuros esse, etiamsi converteretur, nisi admitteretur a Summo Pontifice. Tuncque Bituricensis liberius loquens dixit, primo Regem esse admittendum si Catholicus fieret, & postea rogandum Papam fore, ut illum absolveret. Si vero id Papa negaret, tunc Episcopos in Francia posse huic rei prospicere secundum privilegia Ecclesiæ Gallicanæ. Ad Villetam etiam postea conventum est, ubi quæ jam dicta fuerant in memoriam revocata fuere. Parisini colloquia sic repeti non ægre videbant, quoniam inde longiores induciæ erant, & hæ in Regis commodum cesserunt, qui Drocum obsedit & cepit, castellumque ad deditionem compulit.

Thuanus. Cayet. Unionis factio Regem eligi omnino volebat ; ad eamque rem suscipiendam Processio generalis facta est. Hispaniæ Ministri antequam Regis sui propositum Ordinibus Regni proferrent, in peculiaribus cœtibus isthæc exponenda esse putavêre, ut optata & vota Sociorum agnoscerent. Petebant illi ut Regis Hispaniæ filia Regina Francorum declararetur, dicebantque Philippum in proposito habere, ut illam cum Ernesto Archiduce Imperatoris fratre connubio jungeret. Id Francis omnibus, etiamque Sextodecimanis summe displicuit, qui dicebant posse tantum illam declarari Reginam, si alicui Franco Principi nuberet. Hispani cum viderent primam conditionem nunquam admittendam fore, proposuere demum illam nupturam Principi Franco, sed quem Philippus deligeret.

Les mêmes. Deputati Regiorum Procerum Catholicorum, qui congressibus interfuerant, prolixam epistolam scripsere Deputatis Unionis, querentes quod ad extraneum Principem Coronam Francicam traducere vellent. Curia vero Senatus scitum emisit, quo prohibebatur ne Princeps extraneus seu vir seu femina in Regem Francorum proponeretur, creditumque fuit illud annuente Meduanio factum fuisse ; vel saltem ipsum id non ægre tulisse, etsi iram simulabat ; non ignorabat enim Principem Francum, quem ad ducendum

on

on vouloit faire épouſer l'Infante, étoit le Duc de Guiſe ſon neveu ; à quoi il n'auroit jamais pû ſe reſoudre. Pour éluder la pourſuite des Eſpagnols, il differoit toujours & faiſoit naître des incidens, pour renvoier cette affaire aux Calendes Greques. 1593.

Il étoit ſur le point de faire une treve avec le Roi. Le Légat menaça qu'il ſe retireroit de Paris ſi l'on parloit de paix ou de treve. Cela ne fit qu'arrêter la choſe pour fort peu de tems. Et le Légat voiant qu'on remettoit cette treve ſur le tapis, que l'Union & le Tiers-Etat même inclinoient fort à la faire, & qu'il n'y avoit que le Clergé qui s'y oppoſât ; de concert avec les Eſpagnols, il propoſa au Duc de Maienne que ſon neveu le Duc de Guiſe ſeroit déclaré Roi en épouſant l'Infante. Les Eſpagnols montrerent les Lettres de créance qu'ils avoient du Roi d'Eſpagne. Le Duc de Maienne fit ſemblant d'en être bien aiſe. Mais il demanda d'être dédommagé & recompenſé de tant de frais & de tant de peines qu'il avoit ſouffert pour le parti de l'Union. Les Eſpagnols lui accorderent tout ce qu'il voulut. Il fallut mettre l'affaire en déliberation. Mais Baſſompierre Procureur du Duc de Lorraine, de concert avec le Duc de Maienne, s'y oppoſa, diſant que cela ne ſe pouvoit faire ſans le conſentement de ſon Maître. Le Duc de Maienne, l'Archevêque de Lion, & tous les Seigneurs de ce Parti, y mirent auſſi oppoſition. Le menu peuple du parti de l'Union étoit fort diviſé ; les uns étoient pour le Duc de Maienne ; les autres pour le Duc de Guiſe. Il y en avoit auſſi qui tenoient pour le Duc de Nemours. Et comme Anne d'Eſt Ducheſſe de Nemours, étoit mere du Duc de Maienne, & en ſecondes nôces du Duc de Nemours, & grand-mere du Duc de Guiſe, quelques-uns l'appelloient la Reine Mere.

On propoſe le mariage du Duc de Guiſe avec l'Infante.

Ceux qui étoient pour le Duc de Guiſe ſe déchaînerent contre le Duc de Maienne, & animerent leurs Prédicateurs, qui le déchiroient en pleine chaire. Malgré tout cela le Duc fit une treve avec le Roi. Le Légat & les Eſpagnols, qui avoient manqué leur coup, furent comme forcez de l'accepter.

Le Roi prit ce tems de treve pour ſe faire inſtruire. Il alla à S. Denis où ſe trouverent l'Archevêque de Bourges, Grand Aumônier de France, les Evêques de Nantes & du Mans, & M. du Perron nommé à l'Evêché d'Evreux. Il y a apparence qu'il avoit déja pris ſon parti avant que d'y aller. Les Conferen-

---

filiam Hiſpaniæ Regis proponebant, eſſe Guiſium Ducem fratris ſui filium, cui rei nunquam ille aſſenſum dediſſet. Ut Hiſpanorum autem molimina eluderet, tempus ducebat, & obices comminiſcebatur ut ad Calendas Græcas rem mitteret.

Les mêmes. Inducias cum Rege facere meditabatur. Legatus vero cum minis edixit, ſe Lutetia diſceſſurum eſſe ſi vel de pace vel de induciis ageretur. Hinc autem tantum accidit ut res tantiſper differretur. Legatus vero de induciis frequenter agi videns, atque Unionem, tertiumque Ordinem ab illis non abhorrere, ſolo repugnante Clero, cum Hiſpanis conſentiens Meduanio dixit filium fratris ſui Guiſium filiam Regis Hiſpaniæ ducendo Regem declarandum fore. Hiſpani vero Regis ſui annuentis literas monſtrabant. Meduanius ſe libenter rem audire ſimulavit ; ſed petebat ut tantorum ſibi ſumtuum, tantorum ſudorum quæ Unionis cauſa ſuſtinuerat, merces daretur. Hiſpani optata omnia ipſi offerebant. De re illa deliberatum fuit, ſed Baſſompetra Lotharingiæ Ducis Procurator, connivente Meduanio, interceſſit dicens, non poſſe rem perfici, niſi advocato & conſentiente hero ſuo. Meduanius etiam, Archiepiſcopus Lugdunenſis & proceres multi obſtitere. Plebs Unioni addicta diviſa erat ; alii enim Meduanio, alii Guiſio favebant. Quidam etiam pro Nemoroſio Duce ſtabant. Quia vero Anna Eſtenſis Nemoroſia mater erat Meduanii, & ex ſecundo conjuge etiam Nemoroſii, & avia quoque Guiſii Ducis, quidam illam Reginam matrem appellabant. *M. de l'Etoile.*

Qui Guiſio favebant contra Meduanium inſurrexere, & Concionatores contra illum excitavêre, qui illum in concionibus publicis traducebant. His nihil obſtantibus Meduanius, inducias cum Rege pepigit. Legatus & Hiſpani, qui optata aſſequuti non fuerant, illas admittere compulſi ſunt.

Hoc induciarum tempore Rex ſe in Religione inſtituendum curavit. Ad Sanctum Dionyſium venit, ubi erant Archiepiſcopus Bituricenſis, Magnus Franciæ Eleemoſynarius, Epiſcopi Namnetenſis & Cenomanenſis, & Perronius, qui ad Epiſcopatum Ebroicenſem nominatus fuerat. Veroſimile autem eſt Regem antequam illò veniret, jam ad rem peragendam paratum fuiſſe. Colloquia diuturna non fuere, tan- *Les mêmes.*

1593. ces ne furent pas longues; il ſe rendit enfin bon Catholique Romain. Le Cardinal Légat fit ſon poſſible pour détourner les Pariſiens d'aſſiſter à la converſion du Roi. Il eut beau faire; la foule y fut fort grande. Cette converſion ſe fit avec toute la ſolemnité poſſible. Le Roi ſe confeſſa. Tout ce qui ſe paſſa à cette action celebre, eſt rapporté fort en détail par les Auteurs du tems. Il envoia à tous les Parlemens des Lettres où il donnoit avis de ſa converſion. Il écrivit auſſi au Pape une Lettre pleine de ſoumiſſion, où il lui diſoit comment il s'étoit réduit au giron de l'Egliſe.

Le Roi ſe convertit à la Religion Catholique.

Cependant le Duc de Maienne fit renouveller le ſerment que ceux de l'Union avoient déja fait, & fit auſſi publier le Concile de Trente. Cette converſion du Roi fit une grande revolution dans le parti de l'Union. Pluſieurs furent bien-tôt diſpoſez à le reconnoître: nous en verrons bien-tôt les effets. Le Roi alla à Melun, il fut averti par le Pere Seraphin Jacobin, que Pierre Barriere étoit venu à cette Ville pour le tuer. Barriere fut ſaiſi & mis à la queſtion, où il déclara pluſieurs complices de ſa damnable entrepriſe. Il fut enfin condamné à être tenaillé & puis roüé tout vif & à expirer ſur la roüe. La Sentence fut executée.

Pierre Barriere veut tuer le Roi, eſt executé.

Le Duc de Savoie qui venoit de reprendre les places que Leſdiguieres avoit priſes en Piémont, hors le Château de Caours, fut compris dans la treve, & l'accepta de bon cœur. Le Duc de Nemours ne fut pas ſi heureux. Les Lionnois mécontens de lui, & perſuadez qu'il vouloit ſe rendre Souverain de Lion & du payis des environs, s'armerent contre lui, l'aſſiegerent dans ſa maiſon, le prirent & le mirent en priſon au Château de Pierre-Enciſe. On ſoupçonna le Duc de Maienne d'avoir excité ſous main les Lionnois contre lui: mais il s'en juſtifia par un écrit qu'il fit publier.

Le Duc de Nemours mis en priſon.

Le Roi envoia le Duc de Nevers à Rome pour obtenir l'abſolution du Pape. Mais il fut fort traverſé dans ſa négociation par les Eſpagnols & par le Cardinal de Joyeuſe & Seneſcei Députez de l'Union. Il eut pourtant audience de Sa Sainteté, quoique peu favorable pour le Roi. Malgré les ordres qu'il reçût du Pape de ſortir de Rome, il trouva moyen de s'y tenir juſqu'à l'année ſuivante, où nous parlerons encore de ſa négotiation.

La treve étant finie, ceux du parti de l'Union & le Duc de Maienne en

---

demque ſe ille Catholicum Romanum eſſe profeſſus eſt. Legatus nihil non egit, ut cohiberet ne Catholici Regis converſioni adeſſent: ſed fruſtra, frequentia enim populi ingens fuit. Hæc Regis converſio cum quanta poterat ſolennitate celebrata fuit. Henricus peccata confeſſus eſt. Quidquid hic geſtum fuit, ſingulatim a Scriptoribus iſtius ævi recenſetur. Rex ad omnes Senatuum Curias literas miſit, queis converſionem ſuam nunciabat. Summo etiam Pontifici ſcripſit literas obſequentiæ pleniſſimas, ſe ad Eccleſiæ gremium reductum teſtificantes.

Les mêmes. Interea Meduanius ſacramentum ab Unione præſtitum renovari juſſit, & Tridentinum Concilium publicari. Regis converſio in Unionis partes magnam invexit mutationem. Multi ad ipſum in Regem admittendum cito reducti fuerunt, ut mox videbitur. Rex Melodunum ſe contulit, & a P. Seraphino Dominicano ſubmonitus fuit, quod Petrus Barrerius Regis occidendi cauſa iſtuc veniſſet. Sceleſtus ille comprehenſus tormentis ſubjicitur, multoſque ſibi conſcios declarat, hinc forcipibus laceratur, demum rotæ impoſito vivo membra franguntur, ſicque ex Judicum ſententia donec exſpiraret manſit.

Les mêmes. Sabaudus, qui oppida a Diguierio capta receperat, uno excepto Cauortii Caſtello, in partem induciarum venit, quas libenter admiſit. Nemoroſius non ita feliciter rem geſſit. Lugdunenſes ipſi infenſi, cum perſuaſum haberent id moliri ipſum ut Lugduni & vicinæ regionis ſe ſupremum dominum conſtitueret, armis aſſumtis illum in domo ſua verſantem obſedere, captumque in caſtellum Inciſæ-petræ conjecere cuſtodiendum. In ſuſpicionem venit Meduanius quod Lugdunenſes ad id agendum concitaſſet. Verum ille, ſcripto edito, hac de re ſeſe purgavit.

Les mêmes. Rex Nivernenſem Ducem Romam miſit, qui Summi Pontificis abſolutionem impetraret: ſed illi admodum obſtitêre Hiſpani, necnon Cardinalis Joüſa & Seneſcæus ab Unione miſſi, tamenque in Pontificis conſpectum admiſſus fuit, etſi pro Regis cauſa parum profecit. Juſſus a Papa excedere Roma, nihilominus ibi manſit uſque ad ſequentem annum, ubi illum adhuc negotiantem videbimus.

Les mêmes. Cum induciarum tempus tranſactum eſſet, Unionis Socii & Meduanius prorogari illas petiere. Vide-

demanderent la continuation. Il ſembloit que c'étoit l'intereſt du Roi de faire la guerre pour ſerrer Paris & l'affamer. Cependant il accorda la prolongation de la treve, & l'experience fit voir qu'elle étoit plus à l'avantage du Roi que du Duc de Maienne & des Eſpagnols. Dans ces allées & venuës que les Pariſiens faiſoient à la Cour du Roi, pluſieurs ſe tournoient de ſon côté. Sa converſion avoit levé tous les obſtacles. Boiſrozé qui s'étoit revolté contre le Marquis de Villars, vint le premier ſe donner au Roi, avec deux places de la Normandie, Fécan, & l'Iſlebonne. 1593. Treve prolongée.

Le Roi ſe rendit à Dieppe, où la Dame de Balagni vint le trouver au nom de ſon mari, & traita avec lui à cette condition, qu'il mettroit Cambrai & le Cambreſis ſous la protection du Roi, que Balagni auroit Cambrai & le Cambreſis à titre de Prince Souverain, en reconnoiſſant pourtant Sa Majeſté, & qu'il ſeroit fait Maréchal de France. Le Roi monta ſur mer à Dieppe, & alla aborder à Calais, & puis à Boulogne, pour une Conference qu'il devoit avoir avec des gens de la Reine d'Angleterre : mais elle aiant manqué à ſa parole, il revint à Mante. Le ſieur de Vitri Gouverneur de Meaux, ſe remit vers la fin de cette année ſous l'obéiſſance du Roi, & porta les Habitans de Meaux à faire de même. Ils prirent tous l'écharpe blanche le jour de Noel, & le 27 de Decembre le Roi declara que la treve étoit finie, offrant pourtant de la continuer, ſi l'on vouloit traiter de la paix. Le Duc de Maienne donna ordre à pluſieurs Chefs des Politiques Roiaux de ſortir de Paris. Le Roi continua la treve avec le Duc de Lorraine ſeulement. Meaux réduit ſous l'obéiſſance du Roi.

Malgré les efforts des Seize & des plus zelez Ligueurs, la converſion du Roi porta les Villes & les Peuples à ſe remettre comme à l'envi ſous l'obéiſſance du Roi. Le Duc de Maienne voiant le ſieur de Belin Gouverneur de Paris, fort enclin à la paix, & à ſe ſoumettre au Roi, lui ôta le Gouvernement & le donna à Briſſac, malgré les prieres que lui firent les Politiques Roiaux qui augmentoient tous les jours en nombre, de conſerver dans ſa Charge le ſieur de Belin, qui fut caſſé, & alla ſe rendre au Roi. Le Duc de Maienne recevoit de tous côtez des avis des Gouverneurs qui lui marquoient qu'ils ne pouvoient plus contenir le peuple. Le ſieur de Villars Gouverneur de Rouen, lui envoia dire que dans l'état preſent des choſes il ne pouvoit ſe diſpenſer de 1594. Le ſieur de Villars traite avec le Roi.

---

batur certe Regi magis utile fore, ſi bellum induceret, & Lutetiam arctius cinctam fame ad deditionem compelleret : at ille inducias conceſſit, atque experimento comprobatum fuit opportuniores illas Regi, quam Meduanio & Hiſpanis fuiſſe. Ex Pariſinis enim multi, qui ad aulam regiam ventitabant, ad partes ejus ſeſe vertebant; converſio enim illius obices omnes amoverat. Boſcoroſæus qui in Villarium rebellaverat, primus Regi ſeſe deditum venit, cum duobus Normanniæ munitis oppidis Fiſcanio & Inſula-Bona.

Les mêmes. Dieppam Rex ſe contulit, quo Balanii uxor viri ſui nomine ipſum convenit, & cum ipſo Rege hanc pactionem iniit, quod Balanius Cameracum & Cameracenſem tractum ſub Regis protectione poneret, quodque Balanius urbem & tractum Principatûs titulo retineret, Regemque tamen ut Dominum ſuum agnoſceret, ac Mareſcallus Franciæ crearetur. Rex Dieppæ mare conſcendit, Caletumque appulit, & poſtea Bononiam, ut cum quibuſdam a Regina Angliæ mittendis colloquia miſceret : ſed cum illa non miſiſſet, Rex Meduntam venit. Vitrius Meldarum Præfectus, ad Regis obſequentiam ſe convertit & Meldenſibus ut idipſum facerent auctor fuit, omneſque faſciam albam in die Natali Domini aſſumſere. Vigeſima-ſeptima vero die Decembris declaravit Rex induciarum ſpatium finiiſſe, ſeque tamen ad illas prorogandas paratum dum de pace ageretur. Meduanius juſſit plurimos Politicorum regiorum Primipilares Lutetia egredi. Rex inducias cum Duce Lotharingiæ tantum prorogavit.

Fruſtra obnitentibus Sextodecimanis, & ardentioribus Sociis, Regis converſio urbes & populos certatim ad regias partes reduxit. Meduanius vero cum videret Belinum Lutetiæ Præfectum erga Regem eſſe propenſum, ſubmoto illo Briſſacum Præfectum conſtituit, nihil obſtantibus Politicorum precibus, quorum numerus in dies augebatur, quique Belinum in munere ſervari peroptabant. Ille vero deſtitutus Regi ſe ſe ſtatim dedidit. Meduanius autem undique Præfectorum monita accipiebat, queis indicabant illi non poſſe populos ne Regi ſeſe dederent contineri. Villarius Rothomagi Præfectus, miſit qui Meduanio dicerent ſe in præſenti rerum conditione ad tractan- *Les mêmes.*

1594. traiter avec le Roi. Le Duc lui répondit qu'il fit comme il l'entendroit. Les Députez d'Orleans vinrent auſſi lui dire, que puiſqu'ils n'avoient pû obtenir la treve ils alloient traiter avec Roi; il les pria inſtamment, mais inutilement, de ſe tenir fermes dans l'Union; ils firent leur traité pour le Duché d'Orleans & de Berri.

Les Lionnois qui, comme nous avons dit, avoient enfermé le Duc de Nemours dans Pierre-Enciſe, firent avertir le Colonel Alfonſe d'Ornano, Gouverneur pour le Roi en Dauphiné, de ſe rendre près de leur Ville avec des troupes pour les aider à ſe mettre en l'obéiſſance de Sa Majeſté. Il n'y manqua pas, & les Lionnois prirent les armes. On cria vive le Roi par tout; on chanta le *Te-Deum* en réjouiſſance. Dans toutes les ruës on brûloit les armes d'Eſpagne, de Savoie, de Nemours & l'Effigie de la Ligue peinte en Sorciere. Le ſieur de la Châtre remit auſſi Orleans ſous l'obéiſſance du Roi, & Bourges ſuivit ſon exemple. Cependant le Pape intimidé par les Eſpagnols, étoit toujours inflexible aux prieres du Duc de Nevers, qui fut enfin obligé de prendre congé de Sa Sainteté, & de s'en retourner en France.

Reduction de Lion.

Le 27 Fevrier de cette année, le Roi alla ſe faire ſacrer & couronner à Chartres. La Sainte Ampoule qui étoit alors à Marmoutier, y fut apportée par un Religieux de l'Abbaye. Ce fut l'Evêque de Chartres qui fit la Ceremonie. Les douze Pairs de France y firent leur fonction; le Prince de Conti pour le Duc de Bourgogne; le Comte de Soiſſons pour le Duc de Normandie; le Duc de Montpenſier pour le Duc d'Aquitaine; le Duc de Piney de Luxembourg pour le Comte de Toulouſe; le Duc de Rais pour le Comte de Flandres; le Duc de Vantadour pour le Comte de Champagne; l'Evêque de Chartres pour l'Archevêque de Reims; l'Evêque de Nantes pour l'Evêque Duc de Laon; l'Evêque de Digne pour l'Evêque Duc de Langres; l'Evêque de Maillezais pour l'Evêque Comte de Beauvais; l'Evêque d'Orleans pour l'Evêque Comte de Châlon; l'Evêque d'Angers pour l'Evêque Comte de Noion. Tout s'y paſſa en la maniere accoutumée; & après la ceremonie, le Roi fit un grand feſtin aux Princes, aux Seigneurs & aux Dames.

Sacre du Roi.

Cependant le Duc de Maienne étoit à Paris bien embaraſſé du parti qu'il avoit à prendre. Après s'être attiré la haine des Seize & des Eſpagnols, pour

---

dum cum Rege neceſſario compelli. Reſpondit Meduanius, pro lubito ſuo ageret. Aurelianenſes Deputati venere, Meduaniumque adiere, dicentes ſe cum inducias impetrare non potuiſſent, cum Rege tractaturos eſſe. Rogavit ille in Unione perſtarent, ſed fruſtra: ipſi namque cum Rege pro Ducatibus Aurelianenſi & Bituricenſi pacti ſunt.

Thuanus. Cayet. Lugdunenſes, qui ut diximus, Nemoroſium in caſtello Petræ-inciſæ incluſerant, Alfonſum Ornanum in Delphinatu pro Rege Præfectum monuerunt, ut prope urbem ſuam cum copiis accederet, ſibique auxilio eſſet Regi ſe ſubdere volentibus. Venit ille, & Lugdunenſes arma arripuere. Per totam urbem, *Vivat Rex* clamatum eſt, & Canticum, *Te Deum laudamus* præ gaudio publice emiſſum. In vicis omnibus comburebantur inſignia Hiſpaniæ, Sabaudiæ, Nemoroſii & effigies Unionis, veneficæ formæ depictæ. Caſtræus etiam Aurelianum ſub Regis obedientiam reduxit, & Bituricæ Aureliani exemplum ſequutæ ſunt. Interea Summus Pontifex, cum Hiſpani minis additis obſiſterent, Nivernenſis precibus flecti non potuit, qui tandem Papæ valedicere coactus, in Franciam eſt reverſus.

Les mêmes. Vigeſima-ſeptima die Februarii iſtius anni Rex Autricum Carnutum ſe contulit, ut ibi inungeretur, Rexque coronaretur. *Sacra Ampulla*, quæ tunc in majori Monaſterio prope Cæſarodunum erat, iſtuc allata fuit. Epiſcopus Carnotenſis ceremoniam celebravit. Duodecim Franciæ Pares ſua obiere munera. Princeps Contius pro Duce Burgundiæ adfuit; Comes Sueſſionenſis pro Duce Normanniæ; Dux Monpenſerius pro Duce Aquitaniæ; Dux Pinæus Luxemburgicus pro Comite Toloſæ; Dux Radeſius pro Comite Flandriæ; Dux Ventadurius pro Comite Campaniæ; Epiſcopus Carnotenſis pro Archiepiſcopo Remenſi; Epiſcopus Namnetenſis pro Epiſcopo Duce Laudunenſi; Epiſcopus Dinienſis pro Epiſcopo Duce Lingonenſi; Epiſcopus Maleacenſis pro Epiſcopo Comite Bellovacenſi; Epiſcopus Aurelianenſis pro Epiſcopo Comite Catalaunenſi; Epiſcopus Andegavenſis pro Epiſcopo Comite Noviodunenſi. Omnia pro conſuetudine geſta fuere, & poſt ceremoniam Rex Principes, Proceres, feminaſque Nobiles magnifico convivio excepit.

Les mêmes. Interea Meduanius Lutetiæ erat, quid conſilii caperet vix reperire valens. Poſtquam Sextodecimano-

ſe ſoutenir contre eux il avoit été comme forcé de favoriſer les Politiques ou Roiaux qui s'étoient merveilleuſement accrus en nombre & en puiſſance. Mais le but de ceux-ci étoit de donner entrée au Roi dans Paris. Ils n'avoient juſques-là ſoutenu le Duc de Maienne qu'à cette intention, & pour ſe défendre contre les Seize & les Eſpagnols. Le Duc ſe voiant donc entre deux partis, dont aucun ne lui étoit favorable, jugea à propos de ſe retirer à Soiſſons, & dit pour pretexte qu'il alloit joindre le Comte de Mansfeldt qui entroit en France avec une armée du côté de la Picardie. 1594.

Le ſieur de Briſſac qu'il avoit mis Gouverneur en la place du ſieur de Belin, fut d'abord ſuſpect aux Pariſiens Roiaux. Mais quand ils l'eurent ſondé, ils le trouverent tout diſpoſé à donner entrée au Roi dans la Ville. Ils prirent leurs meſures enſemble, & convinrent que la nuit de l'execution de leur projet, ils ſe ſaiſiroient de la porte Neuve, de celles de S. Honoré, de S. Denis & de S. Martin, & y mettroient des corps de garde à leur devotion. Ils en donnerent avis au Roi. Le jour marqué pour l'execution fut le 22. Mars. Briſſac eut l'adreſſe de faire marcher une partie des troupes du Duc de Feria pour aller couper un convoi qui venoit, diſoit-il, de Palaiſeau à S. Denis. Le Duc de Feria qui ſe méfioit de lui, avoit mis à ſa ſuite quelques Capitaines & Soldats Eſpagnols pour l'accompagner dans ſes rondes, avec ordre de le tuer s'ils voioient quelque mouvement en faveur du Bearnois. Il s'en débaraſſa quoique avec peine. Reduction de Paris.

Les troupes du Roi ſous la conduite de Vitri, entrerent par la porte S. Denis, & ſuivant l'ordre du Roi, il ſe ſaiſit des ramparts de ce côté. Les autres entrerent par la porte Neuve ou par la porte S. Honoré. Il y eut un corps de garde de vingt-cinq Lanskenets qui firent reſiſtance; mais ils furent tous ou tuez, ou jettez dans la riviere. Le Roi entra lui-même dans Paris; & ſur le bruit que firent ces Lanskenets, il ſe fit armer. Il ne trouva aucune reſiſtance dans la Ville. Il fit dire au Duc de Feria & aux Eſpagnols, qu'il leur donneroit un paſſeport pour ſe retirer avec armes & bagage, pourvû qu'ils ſe tinſſent en repos: ce qu'ils accepterent volontiers. Après cela tout étant en paix, le Roi alla entendre la Meſſe à Notre-Dame. Le Roi entre dans Paris.

On crioit par tout *vive le Roi*. Crucé & quelques autres Ligueurs firent

---

rum & Hiſpanorum ſibi odium peperterat, ad Politicos ſive Regios declinare coactus fuerat, qui numero & poteſtate mirum in modum aucti erant. Horum ſcopus erat Regem in urbem inducere. Illa ſolum de cauſa Meduanio hactenus opem tulerant, utque contra Sextodecimanos & Hiſpanos tuti manerent. Dux ergo ſe inter duas partes poſitum videns, quarum neutra ipſi favebat, Auguſtam Sueſſionum ſe recepit, obtentum proferens ſe Mansfeldium Comitem junctum adire, qui tunc in Franciam per Picardiam cum exercitu intrabat.

Les mêmes. Briſſacus, quem in Belini locum Lutetiæ Præfectum conſtituerat, ſtatim Pariſinis Regiis ſuſpectus fuerat; ſed poſtquam intima illius animi ſenſa percepere, ipſum ad Regem in urbem inducendum pronum deprehenderunt. De modo autem cum illo convenerunt; ut ſcilicet qua nocte res ageretur, portam novam ipſi occupaturi eſſent, itemque portas Sancti Honorati, Sancti Dionyſii & Sancti Martini, & armatorum ſuorum cuſtodias in illis poſituri. Illud Regi nunciavêre, dieſque ad rem exſequendam indictus fuit vigeſimus ſecundus Martii, quo die Briſſacus aſtu uſus partem copiarum Fetiæ Ducis extra urbem miſit, ut commeatum interciperet, qui, ut dicebat ille, Palatiolo in oppidum Sancti Dionyſii veniebat. Dux tamen Feriæ qui Briſſaco non fidebat, cum ipſo aliquot duces & milites Hiſpanos ire juſſerat, dum urbis loca luſtraret, juſſos illum occidere, ſi quid in Benearni gratiam facere deprehenderetur, quod ille tamen nec ſine ſolicitudine vitavit. *M. de l'Etoile.*

Regis copiæ, duce Vitrio, per Sancti Dionyſii portam intravêre. Vitrius vero, ut Rex juſſerat, propugnacula muroſque circum occupavit. Alii vel per portam novam, vel per S. Honorati portam intravêre. Erat cuſtodia quædam viginti quinque Germanorum peditum, qui obſtitere intrantibus, ſed omnes vel cæſi; vel in flumen conjecti ſunt. Rex ipſe Lutetiam intravit, & audito Germanorum tumultu, armis ſeſe obtexit. Neminem ſibi obſiſtentem in urbe reperit, & Duci Feriæ, Hiſpaniſque edici juſſit, ſe illis ſecuritatem daturum eſſe ut cum armis & ſarcinis exirent, dum quieti manerent & nihil turbarent; quam illi conditionem libenter admiſere. Poſtea cum omnia in pace eſſent, Rex ad Eccleſiam Beatæ Mariæ Miſſam auditurus properavit. *Les mêmes.*

Per totam urbem clamabatur, *Vivat Rex*. Crucæus *Les mêmes.*

1594. un tumulte ; mais cela fut bien-tôt appaiſé. Le Cardinal de Pellevé furieux Ligueur, qui étoit au lit malade, à cette nouvelle entra d'abord en freneſie, & mourut peu de tems après, en diſant : *Qu'on le prenne, qu'on le prenne.* En moins de deux heures Paris fut en paix, les boutiques furent ouvertes. Le Gouverneur de la Baſtille nommé du Bourg, fit braquer ſon artillerie, & tira quelques volées de canon, faiſant mine de vouloir faire reſiſtance; mais il rendit la place le Samedi après. Le jour de ſon entrée, le Roi après avoir dîné au Louvre, alla à la porte Saint Denis pour voir ſortir le Duc de Feria & Dom Diego d'Ibarra avec les Eſpagnols. Ils le ſaluerent avant que de partir, & le Roi leur dit : *Je me recommande à votre Maître; mais n'y revenez plus.* A ſon arrivée le Roi créa Maréchal de France le ſieur de Briſſac.

PL. LI. L'entrée d'Henri IV. dans Paris fut gravée au burin dans le tems même, telle que nous la donnons. Le Roi & ſes gens armez avec le caſque viennent d'entrer par la porte neuve le long de la riviere. La troupe qui ſuit le Roi continuë d'entrer. On voit ici Henri IV. fort reſſemblant, à cheval, armé de cuiraſſe, aiant ſur la tête un chapeau orné d'un plumet. Ceux qui vont à la tête défont ces vingt-cinq ou trente Lanskenets, les tuent ou les jettent dans la Seine. Ces Lanskenets portent des chapeaux de forme particuliere. Quelques-uns diſent que le Roi entra par la porte S. Honoré, & paſſa par la ruë de même nom, pour ſe rendre à Notre-Dame. Le Samedi après la Baſtille & le Château de Vincennes ſe rendirent. Le Roi donna une abſolution generale pour tous ceux qui avoient auparavant agi contre lui, & recompenſa bien ceux qui l'avoient ſervi dans une affaire ſi importante. La Semaine Sainte il toucha ſix à ſept cens malades des écroüelles, & l'on dit que pluſieurs en guerirent. On ajoute que les Eſpagnols fort ſujets à ce mal, l'avoient apporté dans Paris, & que la maladie ceſſa après leur départ.

La converſion du Roi avoit ébranlé beaucoup de gens du parti de l'Union, qui las d'une ſi longue & pernicieuſe guerre civile, eſperoient en le reconnoiſſant, de mettre fin à tant de miſeres. Mais après la réduction de Paris, les Villes, les Gouverneurs de Provinces, & les autres Chefs vinrent comme à l'envi traiter avec le Roi pour ſe réduire ſous ſon obéiſſance aux meilleures conditions qu'ils pourroient. Les peuples qui pendant la treve avoient com-

---

& quidam alii Socii tumultum excitavêre; ſed cito turba ſedatur : Cardinalis Pellevæus, qui Unioni ad furorem uſque addictus erat, tunc ægrotus decumbebat. Re audita in freneſim incidit, obiitque dicendo, *Comprehendite, comprehendite illum.* Minus quam duarum horarum ſpatio Lutetia in pace fuit; tabernæ, officinæque omnes apertæ ſunt. Baſtiliæ Præfectus, Burgus nomine, tormenta direxit & quædam exploſit, quaſi obſiſtere vellet; ſed Sabbato ſequenti arcem illam dedidit. Eodem die quo ingreſſus Rex eſt, poſtquam in Lupara pranſerat, ad Sancti Dionyſii portam ſe contulit, ut egredientes Ducem Feriam & Didacum Ibarram cum Hiſpanis videret. Ipſum vero Regem antequam proficiſcerentur ſalutavêre, qui dixit illis, *Domino veſtro me commendo, ſed ne huc revertaminii* : qua die advenit Rex Briſſacum Mareſcallum Franciæ creavit.

Ingreſſus Henrici IV. Lutetiam eo ipſo tempore in tabula ænea inſculptus fuit, qualem hic proferimus. Rex & armatorum galeam geſtantium turma, per portam-novam ingreſſi, juxta fluvium gradiuntur. Quæ Regem ſequitur turma poſt illum ingreditur. Hic Henricus IV. viſitur optime repræſentatus, lorica armatus, petaſum pluma ornatum capite geſtans. Qui primi in Regia turma incedunt, viginti-quinque vel triginta Germanos illos vel occidunt, vel in flumen conjiciunt; qui Germani petaſos formæ ſat ſingularis geſtant. Quidam tamen narrant Regem per S. Honorati portam ingreſſum, per vicum ejuſdem nominis, in Eccleſiam Beatæ Mariæ ſe contuliſſe.

Sabbato ſequenti Baſtilia & Caſtellum Vincennenſe ſeſe Regiis dedidere. Rex abſolutionem omnibus, qui ſibi hactenus adverſati fuerant, dedit, eoſque qui ſe in tanta re juverant, muneribus cumulavit. In hebdomada ſancta ſexcentos ſeptingentoſve qui ſtruma laborabant tetigit, & plurimi convaluere. Narratur autem Hiſpanos quorum plurimi hac ægritudine ſunt affecti, illam Lutetiam importaviſſe, eamque deſiiſſe poſtquam illi receſſerant. *Thuanus. Cayet.*

Converſio Regis multos Unioni addictos commoverat, qui tam diuturno & pernicioſo bello civili defatigati, ſperabant ſe Regem admittendo miſeriarum finem viſuros eſſe; ſed poſt Lutetiæ reductionem, urbes & Præfecti provinciarum quaſi certatim ad Regem venerunt, ut quam melioribus poſſent conditionibus admitterentur. Populi qui induciarum *Les mêmes.*

ENTRÉE D'HENRY QUATRE DANS PARIS.



mencé à gouter les fruits de la ceſſation d'hoſtilitez, n'aſpiroient qu'après une paix ſolide qui mît fin à tant de maux.

1594. Tumulte des Tard-aviſez.

Il y eut pourtant du tumulte en certaines Provinces; dans le Limoſin, dans le Querci, dans l'Angoumois, ils ſe plaignoient que la Nobleſſe les pilloit & les ruinoit. Ils prirent les armes dans le tems où l'on ne parloit que de la paix dans tout le Roiaume. Cela fut cauſe qu'on les nomma les Tard-aviſez. Ils appelloient les Gentilshommes, les Croquans, parce que, diſoient-ils, ces gens ne penſoient qu'à excroquer & à piller leurs biens. Mais la Nobleſſe rejetta ſur eux ce ſobriquet; enſorte qu'on les appella depuis eux-mêmes les Croquans. En Perigord ils s'attrouperent juſqu'à trente-cinq ou quarante mille hommes. Mais le Maréchal de Matignon & d'autres qui s'en mêlerent, conduiſirent ſi ſagement cette affaire, que tout fut appaiſé ſans effuſion de ſang.

Reduction de Rouen & d'autres villes.

Le ſieur de Villars envoia Philippe Deſportes au Roi pour traiter de la réduction de Rouen, du Havre de Grace, de Harfleur & de pluſieurs autres Villes & places de la Normandie & du voiſinage. Il demandoit entre autres choſes, que la Charge d'Amiral de France que lui avoit donné le Duc de Maienne, lui fut conſervée. Le Roi lui accorda tout. Mais comme il avoit déja donné cette Charge à Biron, celui-ci reſiſta quelque tems; il y conſentit enfin, & fut fait Maréchal de France. Toute la Normandie fut ainſi réduite. Il ne reſtoit plus qu'Honfleur, où le Chevalier de Grillon Gouverneur, ne voulut pas ſe remettre ſous l'obéiſſance du Roi, avec le ſieur de Villars. Mais bientôt après il ſuivit ſon exemple. Les Villes de Troye & de Sens, & en Guienne Agen, Marmande & Villeneuve, envoierent en même tems faire leur ſoumiſſion au Roi.

Priſe de la Capelle par Mansfeld & de Laon par le Roi.

Au Printems de cette année le Comte Charles de Mansfeldt avec une armée de dix mille hommes aſſiegea la Capelle. Biron fut envoié pour ſecourir la place; mais elle fut priſe avant qu'il y arrivât, après quoi par ordre de Sa Majeſté, il inveſtit Laon. Le Roi s'y rendit après, & en forma le Siege. Le Comte de Mansfeldt voulut y faire entrer deux grands convois, qui furent défaits, & Laon fut obligé de ſe rendre par capitulation. Les grands progrès que faiſoit d'un autre côté le Prince Maurice, qui obligeoit les Eſpagnols de partager leurs forces, ne contribuerent pas peu à ce bon ſuccès des armes du

---

tempore per hoſtilium ceſſationem quietis fructus decerpſerant, nihil magis optabant, quam firmam pacem quæ miſerias tolleret.

Les mêmes. Tumultus tamen fuere in quibuſdam populis, in Lemovicibus, in Cadurcis, in Engoliſmenſi tractu. Querebantur enim ſe a Nobilibus diripi & ſpoliari. Arma vero ſumſere quo tempore per totum Regnum de pace agebatur; ideoque Tarde-conſulentes nominati ſunt. Nobiles autem illi Crocanos vocabant; quæ vox Expilatores ſignificat; ſed Nobiles in plebem illam hoc ridiculum cognomen injecit, qui Crocani poſtea appellati fuere. In Petrocoricis ad triginta quinque vel quadraginta millia convenere; ſed Matignonus Mareſcallus & alii quidam tam dextere ac prudenter rem tractavêre, ut ſine ſanguinis effuſione ſedatus tumultus fuerit.

Les mêmes. Villarius Philippum-Portam Regi miſit, qui de reductione Rothomagi, Portus-Gratiæ, Harflorii, aliorumqne oppidorum cum illo ageret. Inter alia vero poſtulabat ille ut Præfecti maris munus, quod Meduanius dederat, ſibi ſervare liceret; ſed quia munus illud Birono datum fuerat, hic aliquamdiu obſtitit, tandemque conſenſit Bironus, & Mareſcallus Franciæ creatus eſt. Sic tota Normannia reducta fuit, uno excepto Honflorio, cujus Præfectus Eques Grillonius cum Villario noluit ad regias partes accedere. At brevi poſtea ille ejus exemplum ſequutus eſt. Trecæ quoque & Agendicum Senonum, atque in Aquitania, Aginnum, Marmanda & Villa-nova, eodem tempore ad Regem miſerunt, ut in obſequentiam ipſi præſtandam admitterentur.

Les mêmes. Verno hujuſce anni tempore, Carolus Mansfeldius Comes cum exercitu armatorum decem millium Capellam obſedit. Bironus jubente Rege, ut oppido ferret opem profectus eſt; ſed antequam illò perveniret oppidum captum fuerat. Deinde juſſu Regis Bironus Laodunum cinxit. Rex illò venit & obſedit urbem. Mansfeldius Comes duos commeatus in urbem immittere tentavit; ſed illi intercepti fuere, & Laodunum, pacta conditione, deditum Regi fuit. Principis Mauritii geſta, qui bellum ex altera parte contra Hiſpanos feliciter gerebat, & ad copias ſuas dividendas impulerat, Regem ad proſpere agendum non parum juverunt. Antequam Laodunum dedi-

1594. Roi. Avant que Laon fut rendu, Poitiers d'un côté, & Château-Thierri d'un autre, ſe remirent ſous ſon obéiſſance; & après la capitulation de Laon, Amiens, Peronne & Beauvais, ſuivirent les autres, & Dourlans prit le même parti.

La faction des Seize diſſipée.

Les mêmes. Menſe Martio Rex profectus eſt; vixque Lutetia egreſſus erat, cum Præfecti Cratumni & Rupefortii in Andibus, & Mirabelli in Pictonibus, qui antea pro Mercurio ſtabant, venientes Regi dixêre, ſe ad Regiæ Majeſtatis dominium oppida illa reducturos eſſe. Ubi comperit Mercurius Regem in Armoricam iter inſtituere, atque iſthæc tria oppida, quæ diu, ut ſperabat ille, Regi obſtituta erant, jam in illius poteſtatem redacta eſſe; cumque aliunde ſciret, oppida & caſtella, quæ ipſe in Armorica tenebat, ad partes regias inclinare, de facienda pace cogitare cœpit, miſitque Mariam Luxemburgicam uxorem cum Deputatis, qui de conditionibus agerent, poſtulabantque ut Rex ipſi Armoricæ Præfecturam concederet, quod certe ſperandum nullo modo erat. Oblatus autem illi fuit centum millium librarum reditus annuus, dummodo ipſe in poſterum in aula regia maneret. Uxor ejus, quæ altum ſapiebat, his non contenta, Regem Andegavum adire voluit; ſed repulſam tulit ipſa talem, quæ ſuperbiam ejus admodum remiſit, & ad obſequium promtiorem effecit. Gabriela Eſtræa quæ connubium Cæſaris, ſui ex Rege ſuſcepti filii, cum unica filia Mercurii Ducis peroptabat, ab Rege impetravit ut Maria Luxemburgica in Regis conſpectum audienda admitteretur. Cum magna honoris ſignificatione excepta illa ab Rege fuit. Rex illi connubium hujuſmodi propoſuit. Illa repugnans licet manus dedit, & conditiones optimas impetravit, necnon grandes pecuniæ ſummas.

Sic Armorica tota in Regis poteſtatem redacta eſt, excepto Blaveto, quod tenebant Hiſpani. Rex ad Namnetas, poſteaque ad Rhedonas ſe contulit, ubi per aliquod tempus manſit, ut hujus provinciæ negotia perficeret, quod probantibus plaudentibuſque Britonibus bene ceſſit.

Apud Namnetas autem Reformati querimonias ſuas in medium attulere, multaque poſtulavêre, in-

Thuanus Hiſt. de la Paix.

1598. bien des demandes, & entre autres de leur laiſſer la joüiſſance des dixmes pour paier leurs Miniſtres; ce que le Roi ne pouvoit faire ſans s'attirer les plaintes de tout le Clergé de France, & ſans ſe faire de nouvelles affaires avec Rome. Pour les ſatisfaire en quelque maniere, il leur aſſigna des ſommes ſur le Treſor de l'Epargne, & fit en leur faveur ce fameux Edit de Nantes. Il leur laiſſa des places de ſureté, & leur accorda bien des choſes, forcé par la conjoncture du tems. On tenoit des Conferences pour la paix, & il craignoit que quelque revolte des Religionnaires, ou ne la rompît, ou ne l'obligeât à la faire moins avantageuſe.

Edit de Nantes.

Pendant que tout ceci ſe paſſoit en Bretagne, la paix ſe traitoit à Vervins. Le Pape & pluſieurs autres Princes s'y intereſſoient beaucoup, & ſollicitoient le Roi Henri & le Roi d'Eſpagne à la faire. Philippes II. à qui ſon grand âge & ſes infirmitez annonçoient une mort prochaine, ſouhaittoit cette paix. Le Roi de France qui voioit ſon Roiaume à demi ruiné par tant de guerres & de troubles, y étoit encore plus porté; mais par bienſéance il vouloit que ſes Alliez la Reine d'Angleterre & les Etats de Hollande y fuſſent compris. La Reine Eliſabeth n'en auroit pas été éloignée, ſi elle n'avoit craint que les Etats de Hollande ſes Alliez, & qu'elle avoit interêt de ſoutenir, ne ſe trouvaſſent leſez par cette paix. Ces Etats ne vouloient pas même en entendre parler, perſuadez qu'elle donneroit infailliblement quelque atteinte à la liberté qui leur avoit coûté tant de ſang & tant de peine à acquerir. Conjointement avec la Reine d'Angleterre, ils firent beaucoup d'inſtance auprès du Roi pour le détourner de cette paix, juſques là même que la Reine Eliſabeth l'accuſoit d'ingratitude & de peu de reconnoiſſance des bienfaits qu'il avoit reçû d'elle.

Paix de Vervins.

Malgré tout cela le Roi fit pourſuivre le traité de paix. Les Députez du Duc de Savoie y apporterent quelques difficultez qui n'empêcherent pas qu'on ne conclût enfin. Les principaux articles du traité furent: Que le Roi Henri rétabliroit Philippe Roi d'Eſpagne dans la joüiſſance du Comté de Charolois, & que le Roi d'Eſpagne lui rendroit les places qu'il tenoit en France, Calais, Ardres, Monthulin, Dourlens, la Capelle, le Catelet, & Blavet en Bretagne, dans deux mois, à compter du jour de la date, qui

---

terque alia ut decimarum ſibi uſus relinqueretur ad ſolvenda Miniſtrorum ſtipendia, id quod ſi Rex conceſſiſſet, totius Gallicani Cleri querelas clamoreſque concitaſſet, Romanamque Curiam offendiſſet. Ut illis tamen aliquo modo faceret ſatis, ſummas aſſignavit illis ex ærario regio ſolvendas, Edictumque illud celebre Namnetenſe emiſit. Ad ſecuritatem urbes oppidaque ipſis conceſſit, & multa alia quæ temporum neceſſitas exigebat. Jam enim ad congreſſus pro facienda pace ventum erat, metuebatque Rex ne rebellantibus Hugonotis, pax illa vel rumperetur, vel minus opportuna & commoda fieret.

Les mêmes. Dum hæc in Armorica gererentur, de pace Vervinii agebatur. Summo Pontifici aliiſque Principibus pax iſthæc admodum cordi erat, & ſollicite Henricum atque Philippum Regem Hiſpaniæ urgebant illi ut in concordiam venirent. Philippus II. ſenio ægritudineque confectus, inſtareque mortem videns, pacem optabat. Henricus quoque qui Regnum ſuum tot bellis civilibus & tumultibus pene exhauſtum cernebat, majori ad pacem ſtudio ferebatur; ſed decori cauſa cupiebat, ut Regina Angliæ & Batavorum Ordines ad pacis conditiones venirent. Eliſabetha quoque Regina ad pacem inclinaviſſet, niſi timuiſſet Ordines Batavicos, queis illa ſui commodi cauſa fovendis advigilabat, pace hujuſmodi lædendos fore. Ordines autem illi pacis ne nomen quidem ferre poterant, certum habentes pacem illam libertati ſuæ, quam cum tanto labore & ſanguinis effuſione adepti erant, noxiam fore. Ordines igitur cum Eliſabetha conjuncti vehemenrer inſtitere, ut Henricum a pace facienda adverterent, ita ut etiam Eliſabetha Regem ingrati animi accuſaret, ut tot ab ſe præſtitorum beneficiorum immemorem.

His non obſtantibus Rex congreſſum ad pacem faciendam pergere voluit. Deputati Sabaudiæ Ducis difficultates quaſdam injecere, tamenque pax facta publicataque fuit, cujus præcipuæ conditiones erant; quod Rex Henricus Philippo Hiſpaniæ Regi Caroleſii Comitatus uſum-fructum reſtituturus eſſet; quodque Rex Philippus Henrico redditurus eſſet oppida quæ in Francia tenebat, Caletum, Ardram, Monthulinam, Durlanium, Capellam, Caſtelletum & Blavetum in Armorica; poſt duos menſes, numeran- *Les mêmes.*

étoit le 2. Mai 1598. & dans trois mois pour Blavet ſeulement ; que l'on donneroit des ôtages de part & d'autre pour la ſeureté ; qu'on executeroit pour le reſte le traité de paix fait en 1559. qu'on nommeroit des Députez pour déterminer à l'amiable les bornes de la Picardie & du Boulonnois qui étoit au Roi, & de l'Artois qui appartenoit aux Eſpagnols. 1598.

Le Roi d'Eſpagne voulut que le Duc de Savoie fut auſſi compris dans la paix. On convint qu'il rendroit au Roi la Ville de Seure, & que pour les autres differens qui étoient entre lui & le Roi, on s'en rapporteroit à la déciſion du Pape Clement VIII. On donna des ôtages. Ceux de l'Eſpagne furent Charles de Croui Duc d'Arſcot, l'Amiral d'Arragon, le Comte d'Aremberg & Louis Velaſco. Le Roi les reçût très-bien, & ſur tout le Duc d'Arſcot qui ſe trouva ſon parent du côté d'Albret. Il l'appelloit mon couſin ; & en ſa faveur il érigea en Duché la Terre de Croui, ſituée entre Amiens & Abbeville.

Après que la paix fut publiée, ſe fit le mariage de l'Archiduc Albert d'Auſtriche, qui dépoſa le Cardinalat, avec Iſabelle Claire Eugenie, fille de Philippe II. Roi d'Eſpagne, qui lui aſſigna en dot les Pays-bas, la Franche-comté, & le Comté de Charolois, à la charge que ces Etats reviendroient au Roid'Eſpagne, ſi ſa fille mouroit ſans enfans.

Les Etats, qui par leurs ſollicitations n'avoient pû empêcher le Roi de France de faire ſa paix avec l'Eſpagne, malgré les belles offres que leur faiſoit l'Archiduc Albert, s'ils vouloient le reconnoître, de laiſſer en leur place ceux qui étoient en charge, & d'y continuer même leurs enfans, s'ils en étoient capables ; informez par des Lettres interceptées qui venoient de Madrid, que l'intention des Eſpagnols étoit toute contraire à ces propoſitions, qui n'étoient qu'un leurre, déclarerent qu'ils ne vouloient ni paix ni treve avec l'Archiduc, & ſe liguerent plus étroitement avec la Reine d'Angleterre, qui leur donna de puiſſans ſecours. Ils continuerent ainſi la guerre avec ſuccès.

Le 3. Septembre de cette année mourut à l'Eſcurial Philippe II. Roi d'Eſpagne, après avoir ſoutenu une longue maladie, qui le conſuma peu à peu, ſans lui ôter ni la connoiſſance ni la raiſon. Lorſqu'il ſentit que ſa fin étoit proche, il fit appeller Philippe ſon fils aîné, & lui donna pluſieurs belles

Mort de Philippe II. Roi d'Eſpagne.

---

do a die qua pactum editum fuit, qui dies erat ſecundus Maii anni 1598. & poſt tres menſes pro Blaveto tantum ; quod in reliquis capitibus pax anno 1559. facta rata haberetur ; quod Deputati utrinque mitterentur, qui amice Picardiæ & Bononienſis tractus, qui Regis, & Arteſiæ, quæ Hiſpanorum erat, determinarent.

Les mêmes. Voluit Hiſpaniæ Rex ut Dux Sabaudiæ in pactione comprehenderetur, conventumque fuit, ut Dux Regi Sevreum oppidum reſtitueret, & cætera de quibus contendebatur ad Summum Pontificem Clementem VIII, decidenda referrentur. Obſides utrinque dati ſunt : ab Hiſpanis in obſides deputati ſunt Carolus Croius Dux Arſcotanus, Arragoniæ Navarchus, Comes Arembergius, & Ludovicus Velaſcus. Rex benigniſſime illos excepit, maximeque Arſcotanum Ducem quem ratione Leporeteæ ſtirpis cognatum ſibi comperit, & cognatum appellare ſolebat, in ejuſque gratiam Croiam, quæ inter Ambianum & Abbatisvillam ſita erat, in Ducatum erexit.

Les mêmes. Poſtquam pax publicata fuit, connubio juncti ſunt Albertus Auſtriacus Archidux & Iſabella Clara Eugenia filia Philippi Hiſpaniæ Regis, qui in dotem aſſignavit illi Belgicas provincias, Burgundiæ Comitatum & Comitatum Caroleſium, illa conditione ut hæ omnes provinciæ & tractus ad Regem Hiſpaniæ reverterentur, ſi filia ipſius ſine prole decederet.

Les mêmes. Ordines Batavici, qui quantumvis inſtitiſſent non potuerant Henricum a pace cum Hiſpanis facienda avertere, etiamſi Albertus illis multa & opportuna offerret, ſi illum nempe Dominum ſuum admittere vellent, quod videlicet ii qui munera & officia occuparent, in ſuo officio manſuri eſſent, & filios ſuos ſucceſſores relicturi ; cum ex interceptis quibuſdam Madrito miſſis literis comperiſſent hæc blandimenta ſolum eſſe iis, quæ Hiſpani meditabantur, prorſus contraria ; declaravêre ſe neque inducias neque pacem cum Archiduce facere velle, & arctius ſe cum Regina Eliſabetha ſocietate junxere, quæ ipſis auxilia grandia ſuppeditavit, ſicque bellum ipſi cum proſpero exitu denuo geſſerunt.

Les mêmes. Tertia die Septembris hujus anni in Eſcuriali mortuus eſt Philippus II. Rex Hiſpaniæ, poſtquam diuturno morbo attenuatus conſumtuſque fuerat, qui nec mentem ipſi nec rationem ademit. Cum adeſſe vitæ finem ſenſit Philippum primogenitum filium

1598. inſtructions. Il mourut âgé de 72. ans après en avoir regné 42. & 9. mois. Son Regne fut entremêlé de bons & de mauvais ſuccès. Les Eſpagnols comparoient Charles V. ſon pere à David, & Philippe II. à Salomon le pacifique, parce qu'il n'avoit preſque jamais fait la guerre par lui-même.

Le Cardinal de Medicis Légat en France, étant ſur le point de partir pour s'en retourner en Italie, le Roi accompagné de Silleri alla le voir, & lui parla de la diſſolution de ſon mariage avec Marguerite de Valois. Le Légat l'écouta volontiers ſur cet article. Après quoi le Roi lui fit confidence du deſſein qu'il avoit d'épouſer Gabrielle d'Etrées. A ces paroles le Légat devint froid comme glace, & lui répondit d'un ton ſevere en prenant congé de lui. Le Roi ſe repentit de lui avoir fait cette confidence. Et en effet le Cardinal avant que de partir, en prenant congé des Princes & des plus grands Seigneurs, les exhorta de détourner le Roi d'un ſi pernicieux conſeil.

Quelque tems après les Députez du Clergé de France s'étant aſſemblez à Paris avec la permiſſion du Roi, pour quelques affaires de l'Egliſe, firent une remontrance à Sa Majeſté, aiant à leur tête l'Archevêque de Tours. La ſubſtance de leur remontrance étoit, 1. Qu'ils ſupplioient Sa Majeſté de faire recevoir le Concile de Trente ſous les modifications qui concernent les libertez de l'Egliſe Gallicane. 2. Que les penſions des Laïques ſur les Benefices fuſſent abolies. 3. Que les charges & impoſitions ſur les Benefices fuſſent ôtées. Tout roulloit ſur ces articles.

Le Roi leur fit une réponſe auſſi courte que plaiſante, telle que nous la donnons ici.

Réponſe du Roi à l'Aſſemblée du Clergé.

» A la verité je reconnois que ce que m'avez dit eſt veritable : mais je ne » ſuis point auteur des innovations : les maux étoient introduits avant que » j'y fuſſe venu. Durant la guerre j'ai couru au feu le plus allumé pour l'é» touffer. Je ferai maintenant ce qui ſe doit au tems de paix. Je ſçai que la » Religion & la Juſtice ſont le fondement & les colonnes de cet Etat, qui ſe » conſerve par pieté & juſtice. Mais quand elles n'y ſeroient pas, je les y » voudrois établir pied à pied, comme je fais toutes choſes. Je ferai, Dieu » aidant, en ſorte que l'Egliſe ſera auſſi-bien qu'elle étoit il y a cent ans, tant » pour la décharge de ma conſcience, que pour votre contentement. Mais Paris » ne fut pas fait tout en un jour. Faites par vos bons exemples que le peuple

---

advocavit, cui multa pia pulcraque monita dedit. Mortuus eſt ætatis 72. annorum, poſtquam annis 42. & novem menſibus regnaverat. Regnum ejus proſperis & infelicibus eventibus mixtum fuit. Hiſpani Carolum V. Davidi, & Philippum II. Salomoni pacifico comparabant, quia hic bellis fere nunquam præſens fuerat.

Les mêmes. Cum Cardinalis Mediceus in Francia Legatus reverſurus in Italiam eſſet, Rex illum comitante Sillerio inviſit, & de connubio ſuo cum Margarita Valeſia ſolvendo loquutus eſt. Hac de re autem Legatus illum libens audivit, poſteaque Rex arcanum propoſitum ſuum ipſi confidenter inſinuavit, quod ſcilicet Gabrielam Eſtræam uxorem ducere cuperet. His auditis Legatus frigida fronte, ſeveraque voce illum excepit, ipſique valedixit. Cardinalis vero diſceſſurus Principes & proceres hortatus eſt ut Regem a tam pernicioſo propoſito averterent.

Les mêmes. Sub hæc cum Deputati Cleri Gallicani, Rege permittente, Lutetiæ unà conveniſſent pro quibuſdam Eccleſiaſticis negotiis, Regi monita dedere, duce cœtus Archiepiſcopo Turonenſi, quorum præcipua hæc erant. 1°. Regi ſupplicabant ut Concilium Tridentinum recipi juberet, quibuſdam illo modo acceptis, ut non poſſent Eccleſiæ Gallicanæ libertates lædere. 2°. Ut penſiones Laïcorum in Beneficia tollerentur. 3°. Ut impoſitiones & vectigalia in Beneficia abolerentur. Cætera omnia fere hæc reſpiciebant. Reſponſum autem Rex dedit perinde breve atque facetum quod hic referimus.

Les mêmes. » Certe novi id quod dixiſtis eſſe verum ; ſed ego » novitatum auctor non ſum ; hæc inducta mala » fuerant antequam venirem. Belli tempore accurri » ut incendium exſtinguerem ; pacis vero tempore » quod conſentaneum erit faciam. Scio Religionem » & Juſtitiam Regni columnas eſſe ; ſed ſi illa non » adſint, ea paulatim inducere velim ut in omnibus » facere ſoleo. Deo juvante ita me geram ut Eccle» ſia eodem in bono ſtatu ſit, quo erat ante annos » centum, tam ut conſcientiæ meæ, quam ut vobis » faciam ſatis : ſed Lutetia non uno die ſtructa fuit. » Vos autem id curetis ut exemplo veſtro populus ita

» ſoit

» ſoit autant exhorté à bien faire, comme il a été ci-devant détourné. Vous » m'avez exhorté de mon devoir, je vous exhorte du vôtre. Faiſons donc bien » & vous & moi: allez par un chemin & moi par l'autre; & ſi nous nous ren- » controns, ce ſera bien-tôt fait. Mes prédeceſſeurs vous ont donné des paroles; » mais moi avec ma jaquete griſe, je vous donnerai des effets : je ſuis tout d'or » au dedans. J'écrirai à mon Conſeil pour voir vos cahiers, & vous pourvoirai » le plus favorablement qu'il me ſera poſſible. 1598.

Au commencement de l'an 1599. ſe fit le mariage de Catherine de Bourbon, ſœur du Roi, avec Henri de Lorraine Marquis du Pont à Mouſſon, Duc de Bar. Elle avoit été élevée dans la Religion Reformée. Le Roi la preſſa fort de ſe faire Catholique, & ne put obtenir cela d'elle: elle conſentit ſeulement qu'on lui donneroit des gens doctes pour l'inſtruire ſur la vraie Religion. Le Roi avertit ſa ſœur d'écarter certaines femmes qui étoient auprès d'elle, & qui la maintenoient dans l'attachement pour cette Religion Prétenduë Reformée. Ils furent mariez par l'Archevêque de Roüen dans le Cabinet du Roi. 1599. Mariage de Catherine ſœur du Roi avec le Duc de Bar.

Ce ne fut pas ſans beaucoup de contradiction de la part des Agens du Clergé & du Recteur de l'Univerſité que le Roi fit publier l'Edit de Nantes en faveur des Reformez. On tâcha de rétablir l'exercice de la Religion Catholique dans la Rochelle & dans d'autres Villes où les Huguenots l'avoient entierement abolie.

Henri de Joyeuſe, qui comme nous avons dit ci-devant, avoit quitté l'habit de Capucin par diſpenſe du Pape, à condition pourtant qu'il reprendroit le même habit dans un certain tems, & ſe remettroit dans la profeſſion qu'il avoit embraſſée, touché d'un ſermon d'un habile Prédicateur, ou averti ſous main de la promeſſe qu'il avoit faite de retourner à ſon Ordre, reprit enfin ſon habit & ſa profeſſion de Capucin, & fut appellé le Pere Ange de Joyeuſe comme auparavant. Il ſe mit d'abord à la prédication, & fut fort ſuivi, ſurtout de la populace, frappée d'entendre prêcher un Maréchal de France revenu à l'état de Capucin.

En ce même tems Silleri envoié à Rome pour l'affaire du Marquiſat de Saluſſes, dont par le Traité de Vervins le Pape étoit le médiateur ; avoit auſſi ordre d'agir pour la diſſolution du mariage du Roi avec Marguerite de Valois. Le Pape qui voioit les funeſtes ſuites de cette affaire, étoit bien empêché ; car

---

» ad bonum trahatur, ut antehac avocatus fuit. Ad » officium meum me hortati eſtis, ad veſtrum vos » hortor: bonum autem nos omnes ſequamur: vos » via veſtra, ego mea ibimus, & ſi concurramus, » cito omnia perfecta erunt. Deceſſores mei verba » dedere vobis, ego vero cum ſagulo meo cinereo » opera dabo. Totus aureus intus ſum. Conſilio meo » ſcribam, ut regiſtra veſtra luſtret, & rebus veſtris » quam melius potero providebo.

Thuanus. Hiſtoire de la paix. Initio anni 1599. Catharina Regis ſoror connubio juncta eſt cum Muſſipontino Marchione & Barrenſi Duce Henrico Lotharingo. Illa vero in Religione reformata educata fuerat. Hortatus illam Rex eſt ut Catholica fieret, & licet inſtaret, id impetrare non potuit, idque admiſit illa tantum ut ſibi docti viri darentur, qui ipſam de vera Religione inſtituerent. Rex ſororem monuit, ut mulierculas quaſdam ab ſe amoveret, quæ illi ut in Religione reformata perſtaret ſuadebant. Ab Archiepiſcopo Rothomagenſi in Regis conclavi matrimonium celebratum fuit.

Edictum Namnetenſe in Reformatorum gratiam datum, publicatum fuit, contradicentibus licet Cleri Gallicani Deputatis & Rectore Univerſitatis. Poſtea vero de reſtituendo Rupellæ & in aliis urbibus ubi Hugonoti Catholicos expulerant, veræ Religionis exercitio actum eſt.

Les mêmes. Henricus Joüſa, qui ut ſupra diximus, Capucini veſtem exuerat, diſpenſante Summo Pontifice, illa conditione tamen, ut quodam elapſo tempore eamdem veſtem & profeſſionem reſumeret, vel a quodam perito Concionatore motus, vel fortaſſe ſubmonitus a quopiam quod in ordinem priſtinum ſe reverſurum eſſe pollicitus eſſet, Capucinorum demum vitam & habitum reſumſit, & P. Angelus Joüſa vocatus fuit ut antea. Concionatoris vero munus poſtea ille ſuſcepit, plebiſque frequentiam concitavit, perculſam quod Mareſcallum Franciæ concionantem videret, ad Capucini ordinem reductum.

Les mêmes. Eodem tempore Sillerius Romam miſſus ad Saluciæ Marchionatus negotium tractandum, ex Papæ arbitrio ſecundum Vervinienſem pactionem decidendum, de connubio Regis cum Margarita Valeſia ſolvendo agere juſſus fuerat. Summus Pontifex, qui hujus negotii funeſtum exitum proſpiciebat, quid conſilii caperet

1599. ce mariage étant rompu, le Roi alloit épouſer Gabrielle d'Etrées Ducheſſe de Beaufort; & proceder enſuite à la légitimation de ſes trois enfans nés d'adultere, ce qui pouvoit cauſer de grands troubles. Mais un accident ſubit trancha le nœud de cette difficulté. Etant groſſe & ſur le point d'accoucher, elle partit de Fontainebleau, vint à Paris le Lundi de la Semaine Sainte, & logea chez Zamet grand richard; & le Jeudi Saint comme elle ſe promenoit dans un jardin, elle fut tout d'un coup frappée d'apoplexie. On la tranſporta chez Madame de Sourdis au Cloître Saint Germain de l'Auxerrois, où après être revenuë du premier accident, elle ſouffrit des douleurs étranges, & eut des ſyncopes & des pamoiſons; enſorte que les Medecins & les Chirurgiens ne connoiſſant rien à ſon mal, n'oſerent lui donner aucun remede. Elle mourut le matin du Samedi Saint, & devint fort hideuſe après ſa mort. La plus commune opinion fut qu'on lui avoit donné quelque breuvage. Le Roi en fut très affligé, & les Courtiſans pour ſe conformer au Prince, donnerent auſſi des marques de deüil, mais peu ſinceres.

Mort de Gabrielle d'Eſtrées.

Un fameux duel attira au même tems l'attention de toute l'Europe. Le ſieur de Crequi, qui faiſoit avec Leſdiguieres ſon beau-pere la guerre en Savoie, s'étant rendu maître du Fort des Barraux, y trouva une très-belle écharpe dont il ſe ſervit depuis. Cette écharpe appartenoit à Dom Philippin de Savoie frere bâtard du Duc. Philippin lui fit demander ſon écharpe, qu'il lui refuſa. Quelque tems après Crequi fut fait priſonnier dans un combat, & amené à Turin; Philippin lui dit alors quelques paroles offenſantes, & Crequi remis en liberté l'appella en duel. Philippin vint au champ; il fut bleſſé, mis à terre, & demanda la vie à Crequi, qui la lui accorda, & lui fit après tout l'honneur poſſible. Le Duc de Savoie averti de l'affaire, fit dire à Philippin ſon frere, qu'il ne le verroit plus, juſqu'à ce qu'il auroit effacé la honte d'un tel combat; la Ducheſſe lui parla encore avec plus de vehemence. Philippin, quoique bien malgré lui, fit appeller en duel Crequi. Le lieu du combat fut auprès de Grenoble, où Philippin fut tué: & ainſi ſe termina l'affaire.

Duel du ſieur de Crequi & de Philippe de Savoie.

Le Roi qui vouloit ſe ménager toujours avec la Reine d'Angleterre & les Etats de Hollande, indignez contre lui à cauſe de la paix qu'il avoit faite ſans eux avec l'Eſpagne, s'entremit en ce tems-ci pour faire un Congrès des trois;

---

neſciebat; nam iſto ſoluto connubio, Rex Gabrielam Eſtræam ducturus erat, & poſtea tres filios filiaſve ex adulterio natos legitimos reddere conaturus erat, quod turbarum ingentium cauſa fore poterat; ſed inopinatus caſus difficultatem ſolvit. Gabriela cum pregnans & partui proxima eſſet, ex Fontebellaqueo profecta Lutetiam venit feria ſecunda hebdomadæ Sanctæ, & apud Zametum ditiſſimum hominem habitavit, atque in ſacra Feria quinta cum in horto quodam ambularet, derepente apoplexia correpta fuit. Apud Dominam Surdiſiam tranſlata in clauſtro Sancti Germani Antiſſiodorenſis, a primo caſu paulum reſpirans doloribus ſummis vexata, in animi deliquia incidit, ita ut Medici & Chirurgi mali naturam ignorantes, remedium afferre auſi non ſunt. Mortua autem eſt Sabbato Sancto matutinis horis, & poſt mortem deformis omnino evaſit. Vulgo creditum fuit illam veneno ſublatam fuiſſe. Indoluit Rex & Aulici quoque ſigna doloris, forteque ſimulata præ ſe tulerunt.

Les mêmes.

Singularis quædam pugna tunc Europæ toti ſpectaculo fuit. Crequius qui cum ſocero ſuo Diguierio bellum in Sabaudia gerebat, cum Barralium arcem cepiſſet, faſciam pulcherrimam invenit, qua deinceps uſus eſt, quæ ad Philippinum Ducis Sabaudiæ fratrem nothum pertinebat. Philippinus a Crequio faſciam repetiit, quam ille ſe daturum negavit. Paulo poſt Crequius in quadam pugna captus Taurinum adductus fuit. Tunc Philippinus ipſum aſperis & contumelioſis verbis excepit. Crequius vero libertatem adeptus, Philippinum ad ſingularem pugnam provocavit. In campum ille venit, vulneratus, in terramque decuſſus, vitam a Crequio poſtulavit, qui & pepercit & honorifice illum excepit. Dux Sabaudiæ re comperta Philippino mandavit ne in conſpectum ſuum unquam veniret, donec facti turpitudinem levaſſet. Uxor Ducis cum majore etiam vehementia loquuta eſt. Philippinus etſi invitus ad ſingularem pugnam Crequium provocari curavit. Locus pugnæ fuit prope Gratianopolin, ubi Philippinus occiſus eſt, & hic rei exitus fuit.

Rex qui Reginam Angliæ & Batavorum Ordines placare volebat, indignatos quod pacem cum Hiſpanis ſolus feciſſet, hoc tempore interceſſit ut congreſſum inter Hiſpanos, Anglos & Batavos fieret, & pax inter illos ſi fieri poſſet iniretur, a tribus illis impe-

Les mêmes.

des Eſpagnols, des Anglois & des Etats, & négocier entr'eux un Traité de paix s'il ſe pouvoit. Il engagea les trois à envoier des Députez. Le lieu indiqué pour l'aſſemblée fut Bologne. Les Conferences s'y tinrent pendant les mois de Mai & de Juin. Mais il s'y trouva tant de difficultez ſur les ſûretez que demandoient la Reine d'Angleterre & les Etats, qui vouloient retenir les Villes conquiſes, qu'ils ſe ſéparerent ſans rien faire. 1599. Conferences de Bologne ſans effet.

Le vingt quatre Mai de cette année, le Parlement de Paris donna un Arrêt contre une fauſſe poſſedée nommée Marthe Broſſier. Son pere Jacques Broſſier de Remorantin, homme de bas lieu, mais ſubtil, adroit, apparemment par vûë d'intérêt, publia que ſa fille étoit poſſedée du Diable, & l'inſtruiſit ſi bien à faire ce perſonnage, qu'elle le perſuada à bien des gens. Il l'amena à Orleans, & la préſenta au Theologal, qui l'interrogea en Grec, & elle lui répondit pertinemment en François. Sur cela le bruit ſe répandit qu'elle entendoit toute ſorte de Langues; le Theologal y fut lui-même trompé. On l'amena enſuite à Angers, où l'Evêque l'aiant bien examinée, reconnut la fourberie; enſorte qu'ils furent chaſſez de la Ville. Le pere la ramena à Orleans, où elle fut examinée par l'Official, qui s'apperçut de l'impoſture. La place n'étant plus tenable, Broſſier mena ſa fille auprès de Paris, où pendant près d'un an ils allerent de village en village, & furent partout admirez par les Villageois. Ils vinrent enfin à Paris, où le peuple toujours prompt à recevoir ces ſortes d'impreſſions, crioit *à l'exorciſme*. L'Evêque avant que de proceder à l'examen de la poſſedée, voulut avoir l'avis des Theologiens & des Medecins: ces derniers furent partagez; quelques Capucins croioient qu'elle étoit véritablement poſſedée. Il y en eut même qui en parlerent dans leurs Sermons, dont quelques-uns furent mis en priſon. Enfin par l'avis des plus ſages, la prétenduë poſſedée fut miſe en priſon & menée au Parlement, où elle avoüa tout, & promit qu'on n'entendroit plus parler d'elle. Le Parlement donna ordre à Rapin de ramener le pere & la fille à Remorantin, avec défenſe d'en ſortir, ſous peine de punition corporelle. L'affaire ne fut pas finie: la fauſſe poſſedée alla ſe montrer ailleurs, & enfin en Italie, où la fourberie fut entierement découverte. Hiſtoire d'une fauſſe poſſedée.

Sur la plainte que fit l'Ambaſſadeur d'Eſpagne au Roi, que pluſieurs François, contre le Traité de paix, étoient au ſervice des Etats de Hollande, il dé-

---

travit ut Oratores Bononiam ad Oceanum mitterent. Menſe Maio & Junio congreſſus fuere; ſed tot intervenere difficultates, cum Regina Angliæ inſtante & favente, Ordines urbes & oppida quæ ceperant retinere nollent, ut re infecta Oratores abſceſſerint.

Les mêmes. Vigeſima-quarta Maii hujus anni Curia Senatus Pariſini decretum emiſit contra Martham Broſſeriam, quæ ſe a dæmone poſſeſſam fingebat. Jacobus Broſſerius Romorantini natus, infimæ ſortis, ſed aſtutus, quæſtûs cauſa, ut videtur, publicavit filiam ſuam a dæmone vexari, & ad eam ferendam perſonam ita illam inſtituit, ut multis ita ſe rem habere ſuaderet. Aurelianum illam duxit, ubi a *Theologali* Græce interrogata, Francico idiomate appoſite reſpondit. Hinc rumor ſparſus eſt illam omnia linguarum genera intelligere, ipſeque Theologalis deluſus ita exiſtimabat. Hinc Andegavum adducta eſt, ubi Epiſcopus cum accurate illam examinaſſet, fallaciam detexit, ita ut pater & filia ex urbe pulſi fuerint. Pater illam Aurelianum reduxit, ubi illâ interrogatâ, *Officialis* fraudem agnovit. Cum non ultra in iſta urbe conſiſtere poſſet Broſſerius, filiam prope Lutetiam duxit, ac fere per annum ambo a vico in vicum pergebant, atque a ruſticis in admiratione habebantur. Tandem Lutetiam venerunt, ubi populus ſemper ad ſimilia ſpectanda paratus, *ad exorciſmum* clamabat. Epiſcopus antequam ad Marthæ examen procederet, Theologorum & Medicorum ſententiam excipere voluit, Medici inter ſe diſſentiebant. Quidam Capucini vere poſſeſſam credebant: aliqui etiam ea de re in concionibus loquuti, in carcerem conjecti ſunt. Tandem ex ſagaciorum conſilio Martha in carcerem truſa fuit, & in Curiam Senatus adducta, omnia confeſſa eſt, promiſit de ſe nihil ultra ſimile audiendum fore. Curia Senatus Rapino mandavit ut patrem filiamque Romorantinum adduceret, prohibitumque iplis fuit, pœna corporea indicta ut ne inde diſcederent. In alia tamen loca illa perrexit, imo in Italiam ubi fallacia detecta fuit.

Cum quereretur Hiſpaniæ Orator, Francos multos contra pacis conditiones, pro Ordinibus Batavorum militare, Rex prohibuit ſubditis ſuis omnibus, ne *Les mêmes.*

1599. fendit à tous ſes Sujets d'aller ſervir le Prince Maurice, & donna ordre à ceux qui y étoient de revenir dans ſix ſemaines, ſous peine de confiſcation de leurs biens. Il fit auſſi un Edit portant défenſe de faire entrer en France des draps d'or, d'argent & de ſoie ; mais cet Edit fait à la requête des Marchands & des Ouvriers en ſoie de Tours, fut révoqué l'année d'après, par l'oppoſition qu'y mirent les Banquiers & les Marchands de Lyon.

Mariage du Roi avec Marguerite de Valois déclaré nul.

La grande affaire de la déclaration de nullité du mariage du Roi avec Marguerite de Valois, fut enfin terminée. Elle n'avoit refuſé de concourir avec le Roi pour obtenir du Pape cette Déclaration, que parce qu'elle craignoit que le Roi n'épousât la Ducheſſe de Beaufort. Mais cette crainte étant levée à la mort de cette Dame, elle voulut bien conſentir à la caſſation du mariage, & envoia une Requête au Pape, où elle déclaroit: *Que contre ſa volonté ſon frere le Roi Charles IX. & la Reine ſa mere l'avoient mariée : auquel mariage elle n'avoit apporté d'autre conſentement que la parole & non le cœur ; que le Roi & elle étant au troiſiéme degré de parenté, elle ſupplioit ſa Sainteté de déclarer le mariage nul.* Le Roi fit auſſi une ſemblable déclaration, & par les ſoins du Cardinal d'Oſſat & du Sieur de Silleri, la Cauſe fut rapportée au Conſiſtoire. Le Pape donna commiſſion d'examiner & de conclure l'affaire à trois Prélats, qui s'aſſemblerent à Paris, & qui prononcerent le mariage nul.

Affaire du Marquiſat de Saluſſes.

Cependant l'affaire du Marquiſat de Saluſſes ſe traitoit à Rome. Le Pape avoit été nommé Arbitre au traité de paix de Vervins entre le Roi & le Duc de Savoie. Les Députez de part & d'autre expoſerent à Sa Sainteté le droit de leurs Princes. Les François lui montrerent huit Titres des hommages faits par les Marquis de Saluſſes aux Dauphins de Viennois ; preuve manifeſte que ce Marquiſat étoit de la dépendance du Dauphiné. Le Député de Savoie fit imprudemment au Pape une propoſition, que s'il prononçoit en faveur de ſon Maître, il pourroit quand il voudroit avoir ce Marquiſat pour un de ſes neveux. Le Pape indigné de cela lui dit: *Mandez à votre Maître que je n'ai jamais penſé à cela ; & que pour en ôter le ſoupçon, je ne me mêlerai ni du dépôt, ni de l'arbitrage.* De ſorte que cet arbitrage ſe trouva ainſi rompu.

Le Duc de Savoie voiant qu'il n'y avoit plus rien à faire à Rome, crut qu'il trouveroit mieux ſon compte en s'abouchant avec le Roi. Il lui fit de-

---

pro Mauritio Principe arma geſtarent, juſſitque illos qui tunc ipſi militabant, intra ſex hebdomadarum ſpatium reverti in Franciam, indicta pœna privationis bonorum fiſco addicendorum. Edictum quoque emiſit quo prohibebat ne quis pannos aureos, argenteos, ſericeos in Franciam induceret ; ſed Edictum illud a Mercatoribus & Artificibus ſericei panni Turonenſibus impetratum, anno ſequenti revocatum fuit, Nummulariis nempe & Lugdunenſibus Mercatoribus obſiſtentibus.

Thuanus. Hiſtoire de la Paix. Magnum illud negotium quo declararetur connubium Regis cum Margarita Valeſia nullum eſſe, terminatum tandem fuit ; ideo namque Margarita illam declarationem a Papa impetrandam cum Rege poſtulare noluerat, quia metuebat ne Rex Gabrielam Eſtræam uxorem duceret ; ſed hoc metu per Gabrielæ mortem ſublato, tunc conſenſit illa ut matrimonium ſolveretur, & libellum ſupplicem Summo Pontifici miſit, quo declarabat, contra voluntatem ſuam Regem Carolum IX. fratrem ſuum & Reginam matrem ſuam ſe connubio junxiſſe, cui connubio illa ore tantum non corde conſenſerat, & cum præterea Rex & illa in tertio gradu cognati eſſent, rogabat illa Sanctitatem Suam ut connubium nullum eſſe declararet, ſimilem quoque declarationem Rex fecit : curantibuſque Oſſato Cardinali & Sillerio, in conſiſtorium res allata fuit. Negotium examinandum commiſit Papa tribus Epiſcopis, qui Lutetiæ unà convenerunt, & connubium nullum eſſe declaraverunt.

Les mêmes. Interea Saluciæ negotium Romæ agitabatur. Summus Pontifex in pactione Vervinienſi inter Regem & Sabaudum rei arbiter declaratus fuerat. Deputati utrinque Summo Pontifici jura Principum ſuorum explanarunt. Franci Papæ monſtravêre, acta octo hominiorum a Marchionibus Saluciæ Delphinis Viennenſibus præſtitorum, unde probabatur Saluciam a Delphinatu pendere. Orator Sabaudus Papæ imprudenter rem propoſuit, quod ſi in favorem Domini ſui ſententiam ferret, poſſet quando vellet Saluciam pro aliquo nepotum ſuorum obtinere. Indignatus Pontifex reſpondit ; *Domino tuo ſcribe id mihi nunquam in mentem veniſſe, meque ut ſuſpicionem omnem mittam, & depoſitum & arbitratum deponere* ; ſicque nullus arbiter fuit.

Les mêmes. Sabaudus videns nihil ultra Romæ ſibi agendum eſſe, ſperavit ſe cum Rege præſente melius rem eſſe

mander permiſſion de venir le joindre, & de ſon agrément il ſe rendit à Lion, d'où il vint à Orleans, & alla trouver le Roi à Fontainebleau le 13 Decembre. Il y fut reçû avec toute la magnificence poſſible. Pendant quelques jours ce ne furent que feſtins & réjoüiſſances. Les deux Princes vinrent à Paris, où ils donnerent l'affaire à traiter à leurs Miniſtres. Au premier jour de l'année 1600. le Roi & le Duc de Savoie s'entrefirent de beaux preſens. Le Duc en fit auſſi aux grands Seigneurs de la Cour. On remarqua que le Maréchal de Biron ne voulut pas recevoir quelques chevaux que le Duc lui envoia pour étrenes. Ce qu'il fit pour mieux couvrir ſon jeu ; car il conſpiroit dès-lors avec ce Prince contre l'Etat, & Lafin ſon Agent parla ſouvent au Duc & à ſes gens. Quelques-uns diſoient même que le Duc avoit eu avis de cette conſpiration avant que de partir de la Savoie, & que ce fut la principale cauſe de ſon voiage.

1600. Le Duc de Savoie vient à la Cour de France.

Le Roi continuant toujours de donner au Duc des marques d'amitié; il le mena un jour à ſon auguſte Parlement de Paris, & ils s'y arrêterent pour voir plaider une cauſe, & prononcer la Sentence. Le Duc fut également charmé de l'habileté des Avocats & de l'équité des Juges. Cependant le Roi parmi toutes ces careſſes diſoit quelquefois au Duc qu'il entendoit bien qu'il lui rendroit ſon Marquiſat de Saluſſes. Ce qui fit comprendre au Duc, que malgré ſon habileté, il ne tireroit pas de ſon voiage en France le fruit qu'il avoit eſperé. On convint enfin qu'on nommeroit des Commiſſaires de part & d'autre pour traiter de cette affaire. Les Députez du Duc demandoient un échange pour le Marquiſat, & ſe plaignoient que le Roi donnoit ſa protection à Geneve qui n'étoit point compris dans la paix. Les Députez du Roi répondirent que le Roi vouloit ſon Marquiſat, & que les Genevois étoient compris dans le traité de paix comme alliez des Suiſſes. Le Duc fit propoſer auſſi au Roi qu'il donnât l'inveſtiture du Marquiſat à un de ſes enfans. Ce qui fut rejetté. Le Roi lui dit enfin que pour conſerver ſon amitié, il vouloit bien ſe contenter d'un échange.

Négotiation pour le Marquiſat de Saluſſes.

Il n'eſt pas croiable de combien de tours d'adreſſe & de ſubtilitez le Duc uſa pour ſe tirer d'intrigue, & pour ſe conſerver le Marquiſat ſans contre-échange. Il ſe détermina enfin, ou fit ſemblant de ſe déterminer à ſigner un

---

tractaturum, Regemque rogavit ſibi liceret ipſum adire: annuente Rege ipſe Lugdunum venit, indeque Aurelianum poſteaque ad Fontembellaqueum Regem adiit decima-tertia die Decembris. Magnifice autem a Rege exceptus fuit; dies aliquot in conviviis & oblectamentis inſumti fuere. Ambo autem Principes Lutetiam venere, ubi rem Miniſtris ſuis tractandam commiſerunt. Primo die anni 1600. Rex & Dux Sabaudiæ magnificis ſe donis mutuo cohoneſtarunt. Dux etiam aulæ regiæ proceribus munera obtulit, obſervatumque fuit Bironum Mareſcallum equos ſibi a Duce oblatos accipere noluiſſe. Id quod ille egit ut molimina ſua tegeret; jam enim ille cum Duce contra Regem conſpirabat, & Lafinius qui pro illo rem gerebat, ſæpe Sabaudum & ſuos alloquebatur. Quidam etiam dicebant Ducem antequam ex Sabaudia proficiſceretur conſpirationem illam notam habuiſſe, atque hanc præcipuam fuiſſe itineris illius cauſam.

Les mêmes. Rex amicitiæ ſigna quotidie Sabaudo dans, aliquando duxit illum in Curiam Pariſini Senatus, & ſedentes cauſam aliquam agitari & ſententiam a Judicibus ferri viderunt. Dux perinde Advocatorum peritiam & Judicum æquitatem miratus eſt. Interea Rex dum gratioſis verbis Ducem exciperet, identidem dicebat illi, ſperare ſe ut ſibi ille Saluciam reſtitueret, indeque intellexit Dux ſe per induſtriam ſuam non quantum ſperaverat fructum ex itinere Francico decerpturum eſſe. Conventum tandem fuit ut ex utraque parte Deputati delegarentur, qui hoc negotium tractaturi eſſent. Deputati Ducis petebant ut pro Saluciæ Marchionatu alias terras Rex admitteret, & querebantur quod Rex Genevenſibus, qui in pacis conditionibus non comprehendebantur; auxilia mitteret. Deputati Regii reſpondere Regem Marchionatum ſuum velle, & Genevenſes in pactionibus Vervinienſibus comprehendi, utpote Helvetiorum ſocios. Dux etiam Regi proponi curavit, ut Marchionatus *inveſtituram* daret alicui ex filiis ſuis, idque negatum fuit. Rex tandem Duci, ſe ad amicitiam ejus ſervandam alias terras in commutationem accepturum eſſe dixit.

Les mêmes. Vix credi poſſit quot technis & artificiis uſus fuerit ut ſibi Salutiam aliaſque terras ſervaret, tandemque decrevit, vel ſe decernere ſimulavit pactioni ſub-

1600. traité, où il promettoit de rendre au Roi le premier jour de Juin ſuivant, ou le Marquiſat de Saluſſes, ou en échange le payis de Breſſe. Ce traité fut ſigné par le Roi & par le Duc le 27. Fevrier de l'an 1600.

Peu de jours après le Duc prit congé du Roi, qui le mena juſqu'au pont de Charenton, & lui donna pour l'accompagner le ſieur de Pralin & le Baron de Lux. Par les propos que le Duc tint à ſon retour, on jugea bien qu'il n'avoit point intention de tenir ſa parole, & il s'en expliqua plus clairement quand il fut arrivé chez lui.

Le ſieur d'Alincourt fut envoié à Rome joindre le ſieur de Silleri, Ambaſſadeur du Roi, & ils allerent enſemble à Florence conclure le mariage du Roi avec Marie de Medicis, fille du Grand Duc François, & niece de Ferdinand alors Grand Duc. Le Contrat en fut paſſé au Palais de Piti le 25. Avril. On fit à Florence de grandes réjoüiſſances. Le Grand Duc Ferdinand ceda le pas à ſa niece comme Reine de France. On envoia au Roi le Portrait de ſon Epouſe, & le Roi lui envoia auſſi le ſien.

Conference de du Perron avec du Pleſſis Mornai.

Tandis que ceci ſe paſſoit en Italie, il y eut à Fontainebleau une Conference entre M. du Perron Evêque d'Evreux, & du Pleſſis-Mornay, qui avoit fait un Livre où il prétendoit prouver que la Meſſe avoit été non-ſeulement inconnuë aux Peres & à la venerable Antiquité; mais qu'elle y étoit auſſi combatuë. Il défia qu'on pût lui alleguer une citation de faux dans tout ſon Livre. L'Evêque d'Evreux & le ſieur de Sainte-Marie accepterent le défi, ils ſoutinrent qu'un grand nombre de paſſages avoient été citez à faux par du Pleſſis, & M. d'Evreux demanda au Roi des Commiſſaires pour être Juges de la diſpute. Cela allarma le Nonce du Pape, qui craignit que cette querelle ne fit quelque préjudice à la Religion. Mais le Roi le tranquilliſa en lui faiſant voir qu'elle tourneroit à la dériſion de du Pleſſis. Je ne m'arrêterai point ſur cette Conference trop connuë, & dont nous avons tous les Actes. La concluſion fut que pluſieurs paſſages ſe trouverent fauſſement citez & alleguez; ce qui toucha ſi vivement du Pleſſis-Mornai, qu'il en tomba fort malade. La diſpute fut ainſi terminée. Le champ de bataille demeura à M. du Perron, qui en récompenſe fut fait Cardinal.

Au mois de Mai de cette année fut découverte une conſpiration contre la vie du Roi. Une femme de bas lieu nommée Nicole Mignon, qui avoit

---

ſcribere, qua ſe primo Januarii ſequentis die, vel Saluciam, vel in permutationem Breſſiam daturum eſſe pollicebatur; quæ pactio a Rege & a Duce ſubſcripta fuit vigeſima-ſeptima Februarii anni 1600.

Les mêmes. Paucis poſtea diebus Dux Regi valedixit, qui illum ad uſque Carantonii pontem duxit; & Comites dedit ipſi Pralinium & Luxum. Ex iis quæ Dux ad ſua revertendo dicebat, illum promiſſis ſtare nolle judicabatur, idque clarius dixit poſtquam in Pedemontium reverſus eſt.

Les mêmes. Alincurtius Romam miſſus eſt & cum Sillerio Regis Oratore Florentiam venit, ut connubium Regis cum Maria Medicea filia Franciſci pridem Magni Ducis, fratris Ferdinandi tunc Magni Ducis paciſcerentur. Pactio illa in Palatio Piti inita & ſubſcripta fuit vigeſima quinta die Aprilis. Florentiæ magna lætitiæ ſigna data ſunt. Ferdinandus Mariæ ut Reginæ Francorum dexteram conceſſit. Regi imago ſponſæ ſuæ depicta mittitur, Rexque ſuam ſponſæ miſit.

Les mêmes. Dum hæc in Italia gererentur, in Fontebellaqueo colloquium habitum eſt inter Perronum Epiſcopum Ebroïcenſem, & Pleſſium Mornæum, qui librum ediderat, quo probare nitebatur Miſſam non modo ignotam fuiſſe patribus & venerandæ Antiquitati, ſed etiam apud illos impugnari, confidenterque dixit neminem poſſe quidpiam falſi ab ſe allatum in libro ſuo deprehendere. Ebroicenſis & Sanmarianus dictum ejus excepere, atque affirmavêre multa loca a Pleſſio falſo allata fuiſſe. Ebroicenſis ab Rege petiit ut quoſdam diſputationis Judices committeret. Tunc timuit Nuncius Summi Pontificis ne diſputatio hujuſmodi aliquid damni Religioni pareret; ſed ſedavit illum Rex dicens diſputationem in Pleſſii deriſum vertendam eſſe. Non morabor ultra cum hæc diſputatio cujus acta exſtant omnibus nota ſit. Tandem multa loca falſo allata fuiſſe deprehenſum eſt, quod ita Mornæum pupugit, ut in gravem morbum incideret. Sic terminata diſputatio fuit, Perronus victor in mercedem Cardinalis creatus fuit.

Menſe Maio hujus anni conſpiratio detecta fuit qua vita Regis impetebatur. Mulier infimæ ſortis, cui nomen Nicola Mignonia, quæ Regem facile adibat: *Hiſtoire de la Paix.*

quelque accès auprès du Prince, dont le foible étoit de se familiariser avec toute sorte de gens, voiant que ses affaires & celles de son mari tournoient mal, eut la pensée de le faire entrer dans la cuisine du Roi. Mais ne trouvant plus l'accès ordinaire, elle en fut si indignée, qu'elle voulut attenter sur la vie de ce Prince. On disoit qu'elle consulta quelques Sorciers & Sorcieres, & que de leur avis elle forma le dessein de jetter sur son lit une certaine eau qui le feroit tomber en langueur, dont il mourroit infailliblement. Mais ne trouvant pas moien d'entrer dans sa chambre, elle prit le parti de s'adresser au Comte de Soissons, & lui dit que s'il vouloit il pouvoit devenir le plus grand Prince du monde. Il lui demanda par quel moien. Elle lui déclara son projet dont il fut extrêmement surpris, & lui dit de revenir lui parler, parce que l'affaire demandoit qu'on y pensât plus d'une fois. Il alla d'abord déclarer la chose au Roi, & ils convinrent ensemble que le sieur de Lomenie se tiendroit caché tandis que la femme lui feroit la même proposition. Elle revint, repeta les mêmes choses, & fut incontinent saisie & mise à la question, elle confessa tout; & sur les dépositions du Comte & de Lomenie, elle fut condamnée à être brûlée vive, & fut executée en Greve. 1600. Conspiration contre la vie du Roi.

Le Duc de Savoie devoit au commencement de Juin de cette année, rendre au Roi le Marquisat de Saluſſes, ou en échange la Bresse. Mais comme il n'avoit envie de faire ni l'un ni l'autre, il tergiversoit toujours; il vouloit tantôt l'un, tantôt l'autre, & ne pensoit qu'à gagner du tems. Cependant il sollicitoit le Roi d'Espagne de lui envoier un promt secours. Le Roi informé de toutes ses allures, prit la route de Lion dès que le terme fut expiré. Le Duc pria le Roi arrivé à Lion, de lui donner quelques jours de délai, ce qui lui fut accordé. Le Duc envoia Roncas son confident, prier Sa Majesté de nommer quelques Députez pour regler comment la restitution du Marquisat devoit se faire. Le Roi en envoia, & l'on fut convaincu que le Duc ne cherchoit qu'à gagner du tems. Ses Députez formoient des difficultez sur tout. Ils signerent enfin un Traité, & il refusa d'y souscrire. Le Roi lui déclara alors la guerre, & fit avancer ses troupes.

Il partit de Lion pour aller assieger Montmelian, & donna en même tems ordre au Maréchal de Biron d'aller prendre Bourg en Bresse. Il s'y achemina Guerre de Savoie.

---

illud enim vitii ipsi adscribebatur, quod cum omnibus cujusvis generis familiariter ageret. Nicola videns rem suam & conjugis sui pessum ire, virum in Regis culinam inducere tentavit: & cum non facilem aditum ut olim haberet, adeo indignata fuit, ut contra Regis vitam attentare voluerit. Narrabatur autem illam veneficos veneficasque adiisse, atque instigantibus illis aquam ad id paratam in lectum ejus conjicere voluisse, quæ ipsum in languorem quempiam deduceret, quo haud dubie moriturus esset; sed cum in cubiculum ejus intrare non posset, Comitem Suessionensem illa adiit, dixitque illi, posse ipsum si vellet maximum orbis Principem fieri. Quomodo, inquit, Princeps. Tunc illa propositum totum ipsi aperuit. Stupefactus ille dixit ei, ut rediret, rem enim talem esse, ut de illa pluries deliberandum esset. Ipse statim rem declaravit Regi, & convenere simul, ut dum mulier talem illi conatum repeteret, Lomenius occultatus rei auditor esset. Rediit illa, omniaque repetiit, statimque comprehensa & tormentis coacta, omnia confessa est, & Lomenio ea quæ audierat testificante, damnata ut flammis daretur, in Platea Gravia combusta est.

Dux Sabaudiæ ineunte Junio Regi vel Saluciam, vel in commutationem Bressiam restituturus erat; sed cum neutrum facere vellet, semper tergiversabatur, modo illud modo aliud volebat, & tempus trahere cogitabat. Interea vero Hispaniæ Regem solicite urgebat, ut auxilia sibi cito mitteret. Rex omnium quæ ipse moliebatur gnarus, cum pactum tempus advenit, Lugdunum versus iter direxit. Dux Lugduni versantem Regem rogavit ut aliquot sibi dierum spatium concederet; annuit Rex. Dux vero Roncasium fidum sibi misit Regem rogatum, ut Deputatos nominaret, qui cum suis de modo restituendi Marchionatus convenirent. Rex Deputatos misit, tuncque compertum fuit nihil aliud Ducem velle, quam moras nectere. Deputati illi difficultates ad singula movebant, tandemque pactioni cuidam subscripsere, Dux vero subscribere renuit. Tunc Rex bellum ipsi denunciavit, & copias suas illò tendere jussit. *Thuanus. Histoire de la Paix.*

Lugduno profectus est ut Monmelianum obsessum iret, eodemque tempore jussit Bironum Burgum in Bressia capere, qui cum paucis pugnatoribus illò se *Let même.*

1600. avec peu de monde, appliqua le pétard aux portes, & ſe rendit maître de la Ville, après quoi il bloqua la Citadelle. Le Duc ſe voiant attaqué puiſſamment de deux côtez, pria le Patriarche de Conſtantinople Calatagirone d'aller trouver le Roi pour l'accommoder avec lui. Le Patriarche alla à Grenoble où le Roi étoit alors, & le pria d'accorder la paix au Duc, l'aſſurant que cela feroit un grand plaiſir à Sa Sainteté. Le Roi lui repreſenta le peu de bonne foi du Duc, qui ne tenoit rien de ce qu'il avoit promis dans ſon Traité. Le Patriarche lui demandoit une ceſſation d'armes, qu'il ne jugea pas à propos de lui accorder.

Il commanda à Leſdiguieres d'executer l'entrepriſe qu'il lui avoit communiquée pour ſurprendre Montmelian. Ce Capitaine avec un détachement de troupes, attaqua ſi vivement la Ville, qu'il la prit d'abord. La garniſon ſe retira dans le Château, qui fut aſſiegé peu de tems après. Le Roi marcha vers Chamberi capitale de la Savoie, qui ne fit preſque point de défenſe, & aſſiegea le Château. Il fit dreſſer une batterie. La garniſon capitula à condition qu'elle ſortiroit tambour batant, enſeignes déploiées & bagues ſauves, ſi elle n'étoit ſecouruë dans huit jours. Il aſſiegea enſuite Conflans, battit la place, & fit breche. Les aſſiegez ſans attendre l'aſſaut, capitulerent, & ſe rendirent bagues ſauves. Le Château de Miolans ſe rendit auſſi. La Tour de Charbonnieres fit un peu plus de reſiſtance, mais elle fut enfin priſe, & la garniſon ſe retira à des conditions moins honorables.

Les mêmes. Poſt hæc oblectamenta Rex Lutetia profectus eſt, ut Sedanum captum iret, aſſumta ſecum Regina. Bullionius vero re comperta, multorum operam interpoſuit ut Regem placaret, ac res multas obtulit, quas Rex acceptas habuit illa conditione ut Mareſcallus Bullionius in aulam regiam veniret, & Sedani caſtellum ipſi traderet. Reſpondit ille ſe nunquam caſtellum traditurum eſſe. Perrexit Rex & Bullionius ad defenſionem ſeſe apparavit : at ubi vidit Regem cum numeroſo exercitu movere, ad pactionem venit, quæ hac conditione accepta fuit, quod ille caſtellum Regi traditurus eſſet ad annos quatuor, quibus elapſis Rex caſtellum ipſi redditurus eſſet. Si interea vero Bullionius fidem violaret, poſſe tunc Regem jus ſuum in caſtellum illud ad alium tranſmittere; quod Rex ipſi præteritorum abſolutionem impertiturus eſſet, ita ut Bullionius ante Curiam Senatus comparere non cogeretur; quod in ſtatibus, honoribus & officiis conſervandus ipſe eſſet. Doncherium ille poſtea venit ut Regem inviſeret, qui ipſum comiter excepit. Rex Henricus poſtea Sedanum ingreſſus eſt, & in caſtello habitavit. Netancurtium ibi Præfectum reliquit, Lutetiamque poſtea rediit Bullionium ſecum ducens.

Poſtquam redierat Rex Sabbato Sancto & in die *Les mêmes.* Paſchatis, adeo vehemens exortus ventus eſt, ut pedites equiteſque in terram dejiceret. Arbores plurimæ cum radicibus ſublatæ fuere, ædes everſæ, & multi iis oppreſſi obrutique ſunt. Lutetiæ camini & domorum faſtigia ſublata, quorum ruinis multi periere. Per totam Franciam, Angliam, Germaniam, Flandriam, ædificia multa, turres, campaniſia everſa fuere, & innumeros interfecere. In mari item navium infinitus numerus ſubmerſus fuit.

Cum Rex e Sancto Germano in Laia rediret cum Regina, in curru ſex equis juncto, quando in Pontonem equi intraturi erant, in ipſum fluvium ingreſſi ſunt. Currus vero in profundum fluminis immergendus erat, ubi Rex & Regina periiſſent; ſed eorum qui aderant cura & diligentia, ſalvi evaſere.

Jam anno proximo Margarita Valeſia Regina Lu- *Les mêmes.*

1606. pour faire valoir ſes droits ſur l'Auvergne & ſur d'autres terres qui appartenoient à la Reine Catherine de Medicis. Le Roi lui donna pour ſa demeure le Château de Madrid. Elle vint au Louvre où le Roi lui fit un accueil fort honorable, & l'appella la plus noble Reine du monde. Dès l'an 1601. le Parlement de Toulouſe lui avoit adjugé le Comté de Lauragais. Elle plaidoit alors à Paris pour les Comtez d'Auvergne & de Clermont, pour la Baronie de la Tour & d'autres Terres. Sa partie étoit Charles dit le Comte d'Auvergne, bâtard de Charles IX. qui, comme nous avons dit, étoit priſonnier à la Baſtille. Par Sentence du Parlement toutes ces Terres furent adjugées à la Reine Marguerite.

1607. Richeſſes immenſes des Tréſoriers.

Le 16 d'Avril 1607. la Reine accoucha à Fontainebleau d'un ſecond fils qui fut nommé Duc d'Orleans. Et tout étant en paix dans le Roiaume, on ſe tourna contre les Treſoriers qui s'enrichiſſoient à vûë d'œil aux dépens du public. Les fortunes de ces gens-là étoient ſi ſubites, qu'en peu de tems on les voioit briller d'or & d'argent. Leurs Palais, leur train, leur table, atteſtoient les promts progrès de la maltôte. Les Seigneuries qu'ils poſſedoient & leurs exceſſives richeſſes cauſoient ſouvent des procès entre eux. Le mal alla ſi loin que le Roi nomma enfin des Juges pour rechercher leurs malverſations. A cette nouvelle pluſieurs s'enfuirent hors du Roiaume. On ne laiſſa point de les juger par contumace : quelques-uns furent pendus en effigie. On en mit en priſon pluſieurs autres. On vint enfin à compoſition. Ils ſe tirerent d'affaires en donnant une groſſe ſomme d'argent.

Il y eut cette année entre le Poitou & l'Anjou, un duel de trente Gentilshommes, où vingt-cinq demeurerent morts ſur la place, & les cinq reſtans furent fort bleſſez. Les chefs de la querelle étoient les ſieurs de Brezé & de S. Gemme. Au mois de Juin de l'an 1609. fut publié au Parlement l'Edit du Roi contre les duels. On verifia que dans vingt ans cette rage de duels avoit fait périr ſept à huit mille Gentilshommes.

Le 5. Septembre mourut Pompone de Belliévre Chancelier de France ; ſa probité & ſa vertu le rendirent recommandable pendant ſa vie, & peuvent ſervir d'exemple à toute la poſterité. Nicolas Bruſlart de Silleri, Garde des Sceaux, fut mis en ſa place.

---

tetiam venerat, ut jura ſua in Arvernorum tractum in alioſque tractus qui ad Catharinam Mediceam pertinuerant, propugnaret. Rex dedit illi Madritum caſtellum ut ibi ſedes poneret. In Luparam illa venit ubi perquam honorifice excepta fuit, illamque Henricus Rex Reginarum per orbem nobiliſſimam appellavit. Curia Toloſani Senatus ipſi Laboracenſem Comitatum adjudicaverat. Tunc illa Lutetiæ litigabat pro Comitatibus Arvernorum & Claromontii, pro Baronia Turris, aliiſque terris. Pars contraria erat Carolus Comes Arvernorum dictus, filius nothus Caroli IX. qui, ut diximus, tunc in Baſtilia erat. Ex Sententia Curiæ Senatus, terræ illæ omnes Reginæ Margaritæ adjudicatæ fuere.

Mercure François. Aprilis die decima-ſexta anno 1607. in Fontebellaqueo Regina filium peperit, qui Dux Aurelianenſis vocatus fuit. Cumque pax in toto Regno eſſet, in Theſaurarios ſævitum eſt, qui cum publico diſpendio divitias accumulabant. Fortunæ illorum ita ſubitæ erant, ut poſt tantillum temporis auro & argento micarent. Ædes illorum, famulitium, menſa, quam celeriter rem auxiſſent teſtabantur. Dominia quæ poſſidebant, & auri cumuli, lites inter illos ipſos generabant. Uſque adeo malum progreſſum eſt, ut Rex Judices nominaverit, qui malam eorum operam excuterent. His auditis, magna pars illorum extra Regnum fugit. Per contumaciam tamen de illis judicatum fuit : aliqui in effigie tantum ſuſpenſi fuere. Alii in carcerem truſi ſunt. Res tandem compoſita fuit, & grandi numerata ſumma liberi illi evaſerunt.

Memoires du ſieur de l'Etoile. Hoc anno inter Pictones & Andegavenſem tractum pugna fuit triginta Nobilium, quorum viginti-quinque cæſi manſere, & reſidui quinque graviter ſunt vulnerati. Rixæ principes fuerant Brezæus & Sangemmanus. Menſe Junio anni 1609. in Curia Senatus publicatum fuit Regis Edictum contra ſingularia certamina. Facta perquiſitione deprehenſum fuit viginti annorum ſpatio hanc ſingularium pugnarum rabiem ſeptem vel octo millia Nobilium e vivis ſuſtuliſſe.

Mercure François. Quinta die Septembris mortuus eſt Pomponius Bellevræus Franciæ Cancellarius, cujus probitas & virtus ipſo vivente celebratæ ſunt, & poſteris exemplo eſſe poſſunt. Nicolaus Brulartius Sillerius Sigillorum Cuſtos ipſi ſubſtitutus fuit.

Il y eut alors une grande affaire à l'occaſion de l'aſſaſſinat de François de Montmorenci Halor, commis par le ſieur d'Alegre. On intenta procès à un jeune homme d'environ quinze ans, nommé la Motte, qu'on accuſoit d'avoir aſſiſté à la retraite du ſieur d'Alegre après l'aſſaſſinat fait. Celui ci obtint des Lettres d'abolition, & pour plus grande ſureté il leva la Fierte de ſaint Germain. Le procès fut fort long, tant ſur la fierte, que ſur la cauſe du jeune homme, qui fut banni pour neuf ans de la Cour. Et le Roi apporta quelque modification aux privileges de cette Fierte. 1607.

L'an 1608. fut appellé l'année du grand hyver. La ſaiſon fut ſi rude que toutes les rivieres furent gelées, & la glace ſi forte que les voitures & les chariots y paſſoient deſſus. Le froid tua une grande partie des oiſeaux de la campagne & des beſtiaux, & pluſieurs hommes en périrent. Le dégel fit auſſi beaucoup de mal en certains endroits: cependant l'année fut fort abondante. La Cour fut affligée de la mort du Duc de Montpenſier, Prince fort eſtimable pour ſes bonnes qualitez. Sa fille unique avoit été fiancée avec le Duc d'Orleans encore aux maillots. La Reine accoucha au Printems de cette année d'un troiſiéme fils, qui fut appellé le Duc d'Anjou. 1608. L'année du grand hyver.

On traitoit en ce tems à la Haie d'une paix ou d'une treve entre le Roi d'Eſpagne & les Archiducs Matthias & Albert d'un côté, & les Etats de Hollande de l'autre. Un grand nombre de Rois & de Princes de l'Europe, qui s'intereſſoient à cette paix par differens motifs, y avoient envoié leurs Ambaſſadeurs. Le Roi de France & le Roi d'Angleterre y avoient les leurs. Les prétentions des deux parties étoient ſi differentes qu'on agit long-tems de part & d'autre. Le détail des Conferences feroit une longue hiſtoire.

Il ſe fit au mois de Mai une Aſſemblée du Clergé aux Auguſtins. L'Archevêque de Bourges harangua le Roi, & lui fit à peu près les mêmes demandes qu'on lui avoit fait dans les Aſſemblées précedentes, de recevoir le Concile de Trente pour mettre ordre aux ſimonies, aux confidences & aux autres abus qui deſoloient alors l'Egliſe de France, & de ne pas permettre que les Chevaliers de l'Annonciade, gens mariez, joüiſſent des revenus Eccleſiaſtiques. Le Roi avoit fait en 1606. un Edit en faveur du Clergé pour le rachat des biens Eccleſiaſtiques; que les Parlemens avoient refuſé de verifier. Les Agens Aſſemblée du Clergé.

Le même. Tunc magnum agitatum fuit negotium occaſione cædis Franciſci Monmorencii Haloti ab Alegrio patratæ. Lis intentata fuit juveni quindecim circiter annorum, cui Mota nomen, quem dicebant Alegrio poſt peractam cædem ſe recipienti adfuiſſe. Hic literas abſolutionis impetravit, atque ad majorem ſecuritatem feretrum Sancti Germani ſibi levavit. Lis diuturna fuit, tam de feretro, quam de juvenis illius cauſa, qui per annos novem in exſilium miſſus eſt. Rex vero privilegia Feretri moderatiora reddidit.

Le même. Hic annus 1608. magnæ hiemis annus dictus eſt. Tam acre frigus fuit ut flumina omnia congelata fuerint, & tam denſa glacies, ut carri trajicerent. Magna pars avium & beſtiarum agreſtium periit, hominesque etiam non pauci frigore exſtincti ſunt. Ex glaciei ſolutione etiam multa mala importata ſunt, tamenque annus frumento, fructibuſque uberrimus fuit. In luctu fuit aula regia ob Monpenſerii Ducis obitum, Principis ex animi dotibus commendabilis. Filia ejus unica Duci Aurelianenſi adhuc in cunis poſito deſponſata fuerat. Vere ſequenti Regina peperit filium, qui Dux Andium appellatus fuit.

Le même. Hoc tempore Hagæ Comitis congreſſus erat, & de pace agebatur inter Hiſpaniæ Regem & Archiduces Matthiam & Albertum ex una parte, & Ordines Batavorum ex altera. Multi Reges & Principes Europæ, qui variis de cauſis pacem illam optabant, Oratores ſuos illò miſerant. Reges quoque Franciæ & Angliæ ſuos illic habebant. Ab ambabus partibus tam diſparata proponebantur, ut diu concertatum fuerit. Horum accurata ſeries longam hiſtoriam efficeret.

Le même. Menſe Maio conventus Cleri Gallicani fuit apud Auguſtinianos. Archiepiſcopus Bituricenſis Regem alloquutus eſt, & eadem fere petiit quæ in ſuperioribus conventibus petita fuerant, ut Concilium Tridentinum reciperetur, quo remedium adferretur ſimoniis, confidentiis, cæteriſque abuſibus, qui tunc Gallicanam Eccleſiam deſolabantur, nec permitteret Rex ut Equites Annunciatæ, qui uxores habebant, Eccleſiæ proventibus fruerentur. Rex anno 1606. Edictum in gratiam Cleri emiſerat, quo bonorum Eccleſiaſticorum redemtio ipſis permittebatur, quod Curiæ Senatuum *verificare* renuerant. Agentes autem

1608. du Clergé firent tant d'Inſtance qu'ils en obtinrent enfin la verification qui ne fut expediée qu'au mois de Juillet de l'année ſuivante 1609.

Etabliſſement des François en Canada.

On eut en ce tems nouvelle que les François avoient commencé à s'établir dans le Canada. Le ſieur des Monts y étoit allé en 1603. avec le titre de Vice-Amiral: lui & les autres Chefs qui y furent envoiez, eurent beaucoup de mal & de peine à chercher une habitation propre. Enfin Champdoré établit une Colonie à Port-Roial, & Champlein une autre à Quebec. Ils défricherent les terres pour y ſemer des bleds & des légumes, qui vinrent en abondance, & y établirent le commerce des peaux de Caſtor & d'autres Pelleteries.

Vers la fin de cette année le Duc de Nevers fut envoié par le Roi Ambaſſadeur à Rome. Il s'y ſignala par la grande dépenſe qu'il y fit, ſachant que c'eſt le vrai moien d'être bien venu en ce païs-là. Son entrée à Rome & ſa cavalcade furent des plus magnifiques.

1609. Lunettes d'approche nouvellement trouvées.

Au mois d'Avril on commença à voir à Paris des Lunettes d'approche. Ces premieres lunettes n'avoient qu'un pied de long, & l'on étoit tout émerveillé de ce qu'avec cet inſtrument on connoiſſoit un homme de demi-lieüe. L'invention venoit de Middelbourg en Zelande, où un pauvre homme qui avoit trouvé ce ſecret en preſenta une au Prince Maurice, avec laquelle on voioit des objets à trois ou quatre lieües loin, comme s'ils n'avoient été éloignez que de cent pas. Cette Lunette étoit apparemment beaucoup plus longue que celles qu'on vendoit à Paris. L'uſage s'en répandit par tout, & l'art s'eſt beaucoup perfectionné depuis.

Banqueroutiers.

Le nombre des Banqueroutiers frauduleux augmentant de jour en jour en France, on fut obligé de remedier à ce deſordre, qui tendoit à ruiner le commerce. Guillaume Pingré un des grands Négotians de Paris, aiant pris de groſſes ſommes d'argent de differens endroits, les cacha, & en même tems détourna ſon livre de créance. Ses créanciers obtinrent un decret de priſe de corps contre lui. Il s'enfuit à Valencienne. On obtint permiſſion de l'Archiduc de l'arrêter. Il fut amené à Paris, & fut condamné à faire amende honorable à genoux, les pieds nuds, la corde au cou avec cet écriteau, *Banqueroutier frauduleux*. Il fut trois jours au pilori & condamné aux galeres perpetuelles. Peu de tems après le Roi fit publier un Edit par lequel tous les Banqueroutiers fraudu-

---

Cleri Gallicani tam vehementer inſtitere, ut *verificationem* impetrarent, quæ tamen nonniſi menſe Julio anni 1609. expedita fuit.

Le même. Hoc anno auditum fuit Francos jam in Canadæ regione ſedes poſuiſſe. Montius illò miſſus fuerat anno 1603. Vice-Præfectus maris conſtitutus. Ille vero & alii duces miſſi nonniſi magnis laboribus loca ad habitandum & ad agriculturam idonea repererunt, tandemque Campauratus Coloniam in Porturegio poſuit, & Camplanius alteram Quebeci. Inculras terras illi coluere, ut frumentum & legumina ſererent, uberrimaque meſſis fuit, & commercium Fibrinarum aliarumque pellium iniere.

Le même. Hoc anno vertente Dux Nivernenſis Romam Orator miſſus fuit a Rege, atque expenſis munificentiaque ſua ſe ſuſpiciendum præbuit; ſciebat enim hunc verum eſſe modum, quo libenter ab omnibus exciperetur. Ejus Romam ingreſſus & equitum decurſio inter res magnificentiſſimas computati fuerunt.

Menſe Aprili tunc primo viſa Lutetiæ fuerunt tubulata conſpicilla. Prima vero illa uno tantum pede longa erant: & mirum tunc videbatur, quod vir media leuca diſtans agnoſceretur. Inventa res fuerat Middelburgi in Zelandia a quodam infimæ ſortis homine, qui id arcani cum reperiſſet, conſpicillum Principi Mauritio obtulit, quicum ea quæ tribus quatuorve leucis diſtabant perinde atque ſi ad centenos paſſus poſita fuiſſent conſpiciebantur. Hoc vero conſpicillum, ut credere eſt, multo longius erat, quam ea quæ Lutetiæ venibant. Horum uſus ubique ſtatim viſus eſt, & ars deinde longe perfectior evaſit.

Le même. Cum Trapezitarum fraudulentorum numerus quotidie in Francia augeretur, huic malo remedium afferre neceſſe fuit, quo commercium omne peritutum erat. Guillelmus Pingreus inter negotiatores Pariſinos famoſus, cum grandes pecuniæ ſummas multis ex locis accepiſſet, illas occultavit, eodemque tempore librum creditæ pecuniæ abſcondit. Creditores autem Decretum impetrarunt, quo in carcerem ille conjiciendus erat. Valentianas ille aufugit. Ab Archiduce impetratur ut captus Lutetiam ducatur, ubi damnatur ille, & ex Sententia Judicum ignominioſe traducitur, & genuflexus nudis pedibus fune ad collum ligato cum hac inſcriptione comparet, *Trapezita fraudulentus*; per triduum ad pilam alligatus fuit, poſteaque ad triremes remigis officio perpetuo functurus mittitur. Paulo poſtea Rex Edictum emiſit quo omnes fraudulenti Trape-

leux

leux étoient condamnez à mort. Il en fit encore pluſieurs autres qui regardoient le Droit & la Police. 1609.

Les Duels étant toujours fort frequens malgré les Edits donnez auparavant, le Roi en fit un nouveau où les peines ordonnées contre les Dueliſtes étoient plus grieves. Il marquoit fort en détail tout ce qu'il falloit faire, & les procedures qu'on devoit garder dans les querelles particulieres, cauſes de ces combats ſinguliers qui faiſoient périr tant de Nobleſſe. Le mal étoit ſi enraciné, qu'il fallut venir pluſieurs fois à la charge. Duels défendus.

Pendant l'été ſe fit le mariage du Prince de Condé. Ce fut le Roi lui-même, qui épris de la beauté de Mademoiſelle de Montmorenci, la maria avec ce Prince pour l'avoir toujours auprès de lui, & couvrir ſon incontinence par ce mariage. Cela déplut au Prince, & eut de fâcheuſes ſuites comme nous verrons. Il fit en même tems le mariage du Duc de Vendôme ſon fils naturel qui n'avoit que ſeize ans, avec la fille du Duc de Mercœur. Hiſtoire de la Princeſſe de Condé.

Au mois de Novembre le Roi prit le tems que le Prince de Condé étoit à la chaſſe, pour aller voir déguiſé la Princeſſe ſa femme qui étoit à Breteüil. On ne ſçait pas ſi le Roi la vit & lui parla; ce qui eſt certain eſt que le Prince averti de la choſe, y accourut. La Marquiſe de Verneüil qui ne ménageoit point le Roi, fit en ſa preſence à l'occaſion de cette avanture, les plus piquantes railleries. Le Prince de Condé à qui ce jeu ne plaiſoit pas, s'enfuit avec ſa femme du côté de Flandres. Le Roi envoia Balagni pour courir après lui, & le ramener. Mais le Prince gagna Landreci, où l'Archiduc lui envoia de l'argent & une eſcorte pour le conduire à Bruxelles. Le Roi lui fit redemander le Prince, fugitif & ſa femme: Mais l'Archiduc répondit que ce ſeroit violer le droit des gens.

Jean-Guillaume Duc de Juliers, de Cleves & de Bergues, Comte de la Marck & de Ravenſbourg, étant mort ſans enfans, bien des Princes & des Seigneurs prétendirent à la ſucceſſion de ſes Etats. L'Electeur de Brandebourg, le Comte Palatin de Neubourg, le Marquis de Burgau, & l'Electeur de Saxe, & en France le Duc de Nevers & le Comte de Maulevrier. Les deux premiers, qui avoient le droit le plus apparent ſur cette ſucceſſion, convinrent qu'ils Affaire de Juliers & de Cleves cauſe de grands mouvemens.

---

zitæ ad mortem damnabantur. Multa etiam emiſit Edicta, quæ jus & politiam ſpectabant.

Les mêmes. Cum ſingulares pugnæ frequentes ſemper eſſent, nihil obſtantibus Edictis antehac illa de cauſa publicatis, Rex novum emiſit, ubi pœnæ delinquentibus graviores erant. Speciatim vero indicabat ea omnia quæ facienda erant in rixis ſupervenientibus, quæ pugnas hujuſmodi pariebant, ubi tot Nobiles peribant. Malum autem eo proceſſerat, ut ſæpius repetenda Edicta fuerint.

Mercure François. Mezerai. Æſtatis tempore celebratum connubium fuit Condæi Principis cum Carola Margarita Monmorencia. Rex ipſe Carolæ amore captus hoc matrimonium conciliavit, ut illam ſemper penes ſe haberet, & connubii illius nomine libidinem ſuam obtegeret. Hoc Principi diſplicuit, ingratumque exitum habuit, ut videbimus. Eodem tempore Rex nothum filium ſuum Vindocinenſem Ducem, qui ſexdecim tantum annos natus erat, cum Mercurii Ducis filia connubio junxit.

Les mêmes. Menſe Novembri Rex, cum Princeps Condæus ad venatum ſe contuliſſet, Bretolium ſimulata veſte venit, ubi Condæa Princeps erat. An illam viderit, alloquutuſque ſit ignoratur. Hoc vero certum eſt, nempe Principem Condæum re comperta illò accurriſſe. Vernolia Marchioniſſa, quæ ne Regi quidem parcebat, occaſione rei hujuſce, dicteria & faceta multa emiſit, quæ ipſum mordere poterant. Princeps vero Condæus, cui jocus iſte admodum diſplicebat, cum uxore ſua verſus Flandriam aufugit. Rex Balanium miſit, qui curſu illum attingeret ac reduceret; ſed Condæus Landrecium venit, quo Archidux ipſi pecuniam miſit & militum cuſtodiam, ut tuto Bruxellas veniret. Rex ab illo fugitivum Principem & uxorem ejus repetiit, ſed reſpondit Archidux, nihil aliud id fore quam jus gentium violare.

Les mêmes. Joannes Guillelmus Dux Juliaci, Cliviæ & Bergæ, Comes Marchiæ & Ravenſburgi cum ſine liberis mortuus eſſet, multi Principes & primores ſe ditionum ejus ſucceſſores eſſe contendebant; Elector nempe Brandeburgicus, Comes Palatinus, Dux Neuburgenſis, Burgavii Marchio, & Elector Saxoniæ: in Francia quoque Dux Nivernenſis, & Comes Malleporius. Duo autem priores, qui verius jus habere putabantur, pacifice inter ſe conſenſerunt. Dux Neu-

1609. traiteroient enſemble pacifiquement ſur leurs droits. Le Duc de Neubourg ſe ſaiſit de la plûpart des Villes de ce Payis.

Cependant l'Empereur qui prétendoit que le Jugement & la déciſion de cette affaire lui appartenoit, y envoia l'Archiduc, Evêque de Straſbourg & de Paſſau, qui s'empara de Juliers, & aſſembla des gens de guerre pour ſe rendre maître des autres places. Cela allarma les Princes Proteſtans de l'Alemagne, dont la plûpart s'unirent enſemble pour faire la guerre à l'Archiduc & à l'Empereur. Ils demanderent ſecours au Roi de France, qui s'unit avec eux, & fit aſſembler en Champagne pluſieurs corps de Cavalerie, & beaucoup d'artillerie. Le Roi d'Angleterre leur promit ſecours. Les Etats de Hollande devoient agir de leur côté. Les Rois de Danemarc & de Suede entroient auſſi dans cette Ligue. L'Empereur avoit pour lui l'Electeur de Saxe & les Electeurs Catholiques. Il eſperoit encore un grand ſecours de l'Eſpagne. Tout ſe diſpoſoit à une grande guerre.

1610. Malgré tous ces préparatifs les Etats de Hollande ne laiſſerent pas de confirmer leur treve avec l'Empereur. Elle fut dreſſée de nouveau en pluſieurs articles, dont quelques-uns furent ajoutez en faveur des Hollandois.

On vit alors une choſe qui paſſa pour un prodige. Maniguet *de S. Simon ſur Cluſes en Foucigni*, avoit un fils âgé de quatre ans, dont la taille étoit de quatre pieds & demi; la barbe commençoit à lui venir. Il avoit la voix d'un homme, & ſon corps étoit fort bien proportionné.

Au commencement de cette année le Prince d'Anhalt envoié par les Princes liguez d'Alemagne, arriva à Paris pour traiter avec le Roi, qui promit un grand ſecours, & en effet les levées étoient extraordinaires. Sa Majeſté envoia pour Ambaſſadeur à l'Aſſemblée qui ſe devoit tenir à Hall, le ſieur de Boiſſiſe, & le Prince d'Anhalt ſe rendit en Hollande, pour traiter avec les Etats. La guerre commençoit déja entre l'Archiduc Leopold & les Princes liguez. Boiſſiſe arrivé à Hal, promit aux Princes de la part du Roi, huit mille hommes de pied, deux mille chevaux, avec de l'artillerie. Mais les levées qu'on faiſoit par tout le Roiaume, alloient bien au de-là de ce nombre.

Le Maréchal d'Ornano étant venu à mourir, le Roi fit Maréchal de France le ſieur de Leſdiguieres, qui paſſoit alors pour un des plus grands Capitaines

---

burgenſis maximam oppidorum partem occupavit.

Les mêmes. Inter hæc Imperator qui rei judicium ad ſe pertinere putabat, Archiducem Epiſcopum Argentinenſem & Paſſavienſem illò miſit, qui Juliacum occupavit, & pugnatores collegit ut alia oppida caperet. Hac re permoti ſunt Principes Germaniæ Proteſtantes, ac plerique copias junxere ut Archiducem & Imperatorem bello impeterent. Ab Rege Francorum auxilium petiere, qui cum illis ſocietatem iniit, atque in Campania equitatus alas plurimas congregari juſſit cum tormentis multis. Rex quoque Angliæ opem pollicitus eſt. Ordines Batavorum ex ſua parte bellum acturi erant. Reges Daniæ & Sueciæ huic etiam ſocietati ſe adjunxere. Pro Imperatore ſtabant Elector Saxoniæ & Electores Catholici. Sperabat etiam Imperator ex Hiſpania auxiliares copias multas. Omnia ad bellum maximum apparari videbantur.

Etſi undique omnia bellum portendere videbantur, Ordines tamen Batavici inducias cum Imperatore confirmavêre. Eæ denuo in articulis plurimis propoſitæ & admiſſæ ſunt, quorum quidam in gratiam Batavorum additi fuerant.

Tunc res viſa fuit, quæ prodigii loco habita eſt. Maniguetus de Sancto Simone, ſuper Cluſas in Foſſiniacenſi tractu, filium habebat quatuor annos natum, cujus ſtatura erat quatuor pedum & dimidii. Barba jam creſcere incipiebat, vocem viri emittebat, corpuſque optime compoſitum erat. *Memoires de M. de l'Etoile.*

Ineunte hoc anno Princeps Anhaltinus, a Germaniæ Principibus ſocietate junctis miſſus Lutetiam venit, ut cum Rege tractaret, qui Principibus Germanis auxilium grande pollicitus eſt, vereque apparatus ingens erat. Oratorem Principibus, qui Hallam conventuri erant, miſit Henricus Boiſſiſium. Princeps Anhaltinus in Bataviam ſe contulit, ut cum Ordinibus ageret. Jam bellum incipiebat fœderatos Principes inter & Archiducem Leopoldum. Boiſſiſius cum Hallam adveniſſet Regis nomine Principibus obtulit octo mille pedites equiteſque bis mille, cum tormentis quibuſdam : verum apparatus per totum Regnum factus, longe majorem numerum exhibebat. *Mercure François.*

Cum Ornanus Mareſcallus obiiſſet, Rex Mareſcallum Franciæ creavit Diguierium, qui tunc in Europa inter clariores belli duces numerabatur, ſtatim- *Mercure Françoi. Mezerai.*

de l'Europe. Il fut d'abord renvoié en Dauphiné pour y commander l'armée qui ſe levoit & s'aſſembloit en cette Province, & agir de concert avec le Duc de Savoie, qui formoit auſſi une armée conſiderable. On fit en même tems ſortir de l'Arcenal de Paris cinquante pieces de canon qui furent conduites vers Châlons ſur Marne. Le grand nombre de troupes qu'on avoit aſſemblé dans le Roiaume, qui ſe rendoit tous les jours en Champagne, & qui montoit déja à plus de trente mille hommes de pied & ſix mille chevaux; la grande ardeur que le Roi témoignoit pour cette entrepriſe, le ſecret impenetrable que les Princes liguez gardoient ſur les déliberations priſes à Hall; tout cela, dis-je, marquoit évidemment que ce n'étoit pas la ſeule affaire de Juliers & de Cleves qui engageoient le Roi à de ſi grands préparatifs. 1610. Préparatifs pour une grande guerre.

On raiſonnoit par tout ſur les motifs de cette guerre & ſur la cauſe de ces grands mouvemens qui agitoient toute l'Europe; ſur l'intention du Roi, qui joüoit, pour ainſi dire, de ſon reſte. Pluſieurs diſoient qu'il étoit ſi violemment épris de la Princeſſe de Condé, que tous ces grands corps de troupes n'étoient que pour obliger l'Archiduc de la lui rendre. On aſſuroit auſſi que ſon deſſein étoit de faire rompre le mariage du Prince avec Charlotte de Montmorenci. Le Roi informé des bruits qu'on faiſoit courir ſur cette entrepriſe, demanda un jour au Nonce, que diſoit-on de ſon grand appareil pour la guerre? Il fit d'abord difficulté de répondre. Mais preſſé de nouveau par le Prince, il lui dit que l'opinion commune étoit qu'il faiſoit la guerre pour ravoir la Princeſſe de Condé: ce qui indigna ſi fort le Roi, qu'il le rabroua avec ſon jurement de *ventre ſaint gris*. Enſorte que le Nonce ſe retira tout honteux d'avoir trop parlé.

Ceux qui raiſonnoient le plus vrai-ſemblablement, diſoient que le deſſein de cette guerre, commun à tant de Rois, de Princes & de Republiques, étoit d'abbaiſſer la Maiſon d'Autriche, & de la réduire à ſes Etats hereditaires. Le Duc de Savoie fort mécontent des Eſpagnols, ſe joignoit aux Venitiens qui étoient auſſi de la Ligue, & aux troupes Françoiſes commandées par Leſdiguieres. Le tout devoit compoſer une très-puiſſante armée pour chaſſer les Eſpagnols de Milan & du Roiaume de Naples. Le Pape qui les favoriſoit ſous main, devoit avoir le Roiaume de Naples pour le réunir au Saint Siege, en Deſſein des Princes liguez.

---

que in Delphinatum miſſus fuit, ut exercitui imperaret, qui iſtis in partibus colligebatur, & cum Duce Sabaudiæ ageret, qui tunc exercitum numeroſum cogebat. Eodem tempore ex armamentario educta ſunt quinquaginta tormenta, quæ verſus Catalaunum in Campaniam ducta ſunt. Magnus ille pugnatorum numerus in toto Regno collectus, qui quotidie in Campaniam confluebat, & jam pluſquam triginta mille peditum erat & ſex mille equitum; ingens ardor Regis ad hanc expeditionem ſuſcipiendam, impenetrabile ſecretum Principum fœderatorum circa ea quæ Hallæ deliberata ſtatutaque fuerant; hæc inquam, omnia ſignificabant, non unum Juliacenſe & Clivienſe bellum Regem ad tantos apparatus concitare.

Ubique diſſerebatur de cauſa tantorum motuum, quæ totam Europam agitabant, de Regis conſilio & animo, qui omnes velle adhibere vires ſuas videbatur. Plurimi dicebant illum Condæ Principis amore uſque adeo captum fuiſſe, ut illos omnes apparatus ideo faceret, quo Archiducem ad illam ſibi reſtituendam cogeret. Affirmabant etiam quidam Regem id in animo habuiſſe ut matrimonium Condæi cum Monmorencia diſſolvi curaret. Rex vero cum non neſciret rumores hujuſmodi undique ſpargi, quadam die Nuncium rogavit, quid de tanto ſuo ad bellum apparatu diceretur. Statim ille tergiverſatus eſt, nec reſpondere volebat; ſed urgente Henrico dixit, vulgarem opinionem eam eſſe quod vellet Condæam Principem recuperare. Indignatus vero Rex, cum ſolito jutamento Nuncium repreſſit. Ille vero pudore ſuffuſus, ſe pluſquam par erat loquutum videns, aliò receſſit.

Qui melius ſentiebant putavêre, bellum hoc a tot Regibus, Principibuſque ſuſceptum fuiſſe ut Auſtriaca domus deprimeretur, & ad priſcas ſuas ditiones reduceretur. Dux Sabaudiæ Hiſpanis offenſus, cum Venetis qui & ipſi in ſocietatem venerant, junctus eſt, etiamque cum Diguierio Francorum exercitus duce, ita ut exercitus hic numeroſiſſimus Hiſpanos ex Mediolanenſi Ducatu, & ex Neapolitano Regno pulſurus eſſet. Summus Pontifex, qui illis clam favebat, Neapolitanum Regnum accepturus erat, ut ipſum

Mezerai.

Mezerai, M. de l'Etoile.

1610. cedant aux Venitiens quelques Villes de ce Roiaume ſur la Mer Adriatique. Le Duché de Milan étoit promis au Duc de Savoie, à condition que les Venitiens retiendroient quelques Villes qui étoient à leur bien-ſéance. Les Suiſſes devoient avoir pour leur partage le Tirol, la Franche-Comté & l'Alſace. Le Duc de Baviere entroit auſſi dans la Ligue, ſur la promeſſe que quand l'élection ſeroit renduë libre, on le nommeroit Roi des Romains. Les Rois d'Angleterre, de Suede & de Danemarc, étoient auſſi du complot, & les Etats de Hollande promettoient de rompre la Treve avec les Archiducs dès que la guerre ſeroit déclarée.

Le bruit qui avoit couru que le Roi n'entreprenoit cette guerre que pour ravoir la Princeſſe de Condé, vint aux oreilles de la Reine, qui animée par Concini & par les autres Florentins, faiſoit continuellement des plaintes. Le Roi l'adouciſſoit tant qu'il pouvoit, & lui donna la Regence du Roiaume pendant tout le tems qu'il ſeroit à la guerre qu'il alloit entreprendre. Il lui établit un Conſeil, & donna quelques ordres pour le Gouvernement; ce qui ne plut point à Concini, qui perſuada à la Reine de demander d'être ſacrée & couronnée Reine avant le départ du Roi. Il y donna les mains, & indiqua d'abord le 5. du mois de Mai. Il differa depuis juſqu'au 13. & ordonna de faire des préparatifs pour ce Sacre & ce Couronnement qu'il vouloit celebrer avec une magnificence extraordinaire.

On ſe diſpoſoit à de grandes réjoüiſſances: cependant on avoit bien des preſſentimens de la mort prochaine du Roi. Pluſieurs ont écrit que le Duc de Vendôme l'avertit le matin du jour même qu'il fut tué, de ſe tenir ſur ſes gardes. Il reçût encore pluſieurs autres avis de differens côtez. Les Aſtrologues s'en mêlerent auſſi. La Reine fut ſacrée & couronnée à ſaint Denis le 13. de Mai, & ſa magnifique entrée fut differée au 15. On remarqua que le Roi n'avoit pas ſon air gai ordinaire; c'étoit peut-être l'effet de tant d'avis donnez ſur ſa mort prochaine. Il n'ignoroit pas auſſi, dit Mezerai, *que ſelon qu'un Magicien l'avoit fait voir à la Reine Catherine de Medicis, le nombre de ſes années étoit tantôt accompli.* La Reine avoit eu quelque ſonge terrible qui pronoſtiquoit cette mort.

Sacre & couronnement de la Reine.

Le 14. de Mai le Roi partit du Louvre entre trois & quatre heures dans un

---

Sanctæ Sedi attribueret, ita tamen ut urbes aliquot ad Hadriaticum mare ſitas, Venetis opportunas, ipſis concederet. Mediolanenſis Ducatus Sabaudo promiſſus fuerat, illa conditione ut Veneti aliquot ſibi vicinas urbes retenturi eſſent. Helvetii Tirolem habituri erant, Burgundiæ Comitatum & Alſatiam. In fœderatorum etiam numero erat Dux Bavariæ, cui promiſſum fuerat, ſe cum electio libera foret, Regem Romanorum eligendum eſſe. Reges Angliæ, Daniæ & Sueciæ in ſocietatem venerant, & Bataviæ Ordines pollicebantur ſe inducias eſſe rupturos ſtatim atque bellum declaratum foret.

Mercure François. M. de l'Etoile. Mezerai.

Rumor ſparſus quod Rex hoc bellum ideo tantum ſuſciperet, ut Condæam Principem recuperaret, ad aures Reginæ venit, quæ a Concino & aliis Florentinis concitata ſemper conquerebatur. Rex illius animum mitigabat, & toto abſentiæ ſuæ tempore, Regni adminiſtrationem ipſi Regentis nomine dedit. Conſilium ipſi aſſignavit; alia ad Regni curam diſpoſuit, quæ Concino non placuere, qui Reginæ ſuaſit, ut ab Rege peteret ut ante profectionem ſuam ipſam conſecrari & coronari juberet. Aſſenſit Rex & ſtatim quintam Maii diem aſſignavit; ſed poſtea ad decimam tertiam uſque diſtulit. Juſſit omnia apparari perquam magnifice ad illam celebritatem.

Les mêmes.

Ad oblectamenta grandia apparatus ille deſtinabatur, & tamen de mox futura Regis morte præſagia quædam præceſſerant. Multi ſcripſere Ducem Vindocinenſem ipſum horis matutinis diei quo occiſus eſt, monuiſſe ut ſibi caveret. Alia quoque monita ex diverſis partibus accepit; Aſtrologi etiam funeſta prædixere. Regina conſecrata coronataque fuit in Eccleſia Sancti Dionyſii decima-tertia die Maii; ejuſque magnificus Lutetiam ingreſſus ad decimum-quintum Maii diem indictus eſt. Obſervatum autem fuit Regem non cum ſolita lætitia celebritati interfuiſſe, fortaſſeque ex monitis mortem proximam indicantibus. Non ignorabat etiam, inquit Mezeræus, ex iis quæ Magus quiſpiam Catharinæ Mediceæ monſtraverat, jam annos Regni ſui completos eſſe. Regina Maria etiam terribile ſomnium habuerat, quod mortem ejus portendere videbatur.

Decimo-quarto die inter horam tertiam & quartam Rex ex Lupara proficiſcitur in curru, in quem

carroſſe, où il fit entrer les Ducs d'Epernon, de Montbazon, & trois autres Seigneurs. Par on ne ſçait quelle fatalité il défendit à ſes Gardes de le ſuivre. Le carroſſe arrivé à la ruë de la Ferronnerie devant le cimetiere des Innocens, vis-à-vis d'un Notaire nommé Pontrain, fut arrêté par un coche & par une charette. Alors François Ravaillac natif d'Angoulême, à qui la fureur du fanatiſme avoit inſpiré depuis long-tems le deſſein de tuer le Roi, monta ſur une roüe du carroſſe, s'avança vers la portiere, porta deux coups de poignard au Roi, entre la cinquiéme & la ſixiéme côte, perça *la veine interieure vers l'oreille du cœur*, & parvint juſqu'à la veine cave qui fut coupée; en ſorte que le Roi perdit à l'inſtant la parole & la vie. Cela fut fait ſi promtement que perſonne ne l'apperçût: & ſi le meurtrier eut jetté ſon couteau, on n'eût pû le connoître. On ſe ſaiſit de Ravaillac; & un des Seigneurs voiant que le Roi ne parloit point, & que le ſang lui ſortoit par la bouche, s'écria: *Le Roi eſt mort.* Cela jetta la fraieur ſur tout le voiſinage, & l'un des Seigneurs pour appaiſer le tumulte, dit qu'il n'étoit que bleſſé. Son corps fut emporté au Louvre. 1610.

Le Roi tué par François Ravaillac.

Ravaillac pris & mis en Juſtice ſubit l'interrogatoire avec une conſtance & une fermeté ſurprenante: il dit & repeta pluſieurs fois qu'il y avoit longtems qu'il avoit formé le deſſein de tuer le Roi, parce qu'il favoriſoit les Huguenots, & qu'il alloit faire la guerre aux Catholiques. L'horreur du ſupplice qu'il alloit ſubir ne l'ébranla point. On aſſure pourtant qu'il varia beaucoup dans ſes réponſes. Il ne voulut jamais déclarer ceux qui l'avoient ſollicité à une ſi damnable entrepriſe. * L'Auteur des Memoires pour l'Hiſtoire de France, dit qu'on étoit perſuadé que Concini & ſa femme avoient beaucoup contribué à la mort du Roi. D'autres encore aujourd'hui pouſſent cela plus avant, & diſent là-deſſus bien des choſes que je n'ai garde de développer.

* C'eſt M. de l'Etoile.

Le Roi Henri IV. fut extrêmement regreté dans Paris & dans tout le Roiaume. Le deüil fut univerſel, ſi l'on en excepte ceux qui ſe reſſentoient encore des fureurs de la Ligue. La deſolation fut grande, ſur tout dans les Provinces voiſines des Pyrenées, où il avoit paſſé une bonne partie de ſa jeuneſſe ſous le nom de Prince de Bearn & de Roi de Navarre. J'ai oüi dire à mon pere qui avoit alors treize ans, qu'à la nouvelle de ſa mort on n'entendoit que des cris & des pleurs dans tout le voiſinage, & que ſon pere prit le deüil &

---

admiſerat Duces Eſpernonium & Monbazonium treſque alios primores. Fatali neſcio quo caſu accidit, ut Cuſtodes corporis ſui Rex cohiberet ne ſecum venirent; cumque adveniſſet currus in Ferrariæ vicum ante Cœmeterium Sanctorum Innocentium e regione Tabellionis cujuſdam, cui nomen Pontranius, ab eſſedo & a carro ſiſtere coactus fuit. Tunc Franciſcus Ravalliacus Engoliſmenſis, qui ex fanatico furore, jam pridem Regem occidere animo conceperat, ſupra rotam conſcendit, ad currus feneſtram acceſſit, pugione Regem inter coſtam quintam & ſextam bis confodit, *venamque interiorem verſus auriculam cordis penetravit, & uſque ad venam cavam venit*, ita ut Rex ſtatim & vocem & vitam amiſerit; idque tam cito ut nemo id adverterit. Et ſi interfector pugionem abjeciſſet, agnitus nunquam fuiſſet. Statim Ravalliacus comprehenditur. Unuſque ex primoribus illis videns Regem non loqui & ſanguinem ex ore ejus manare, exclamavit, *Rex mortuus eſt*. Id terrorem in circumſtantem populum conjecit. Alter vero ex primoribus ut ſedaret illos dixit, vulneratum tantum eſſe Regem. Corpus ejus in Luparam allatum eſt.

Ravalliacus captus & in jus actus interrogatuſque, cum ſtupenda conſtantia reſpondit: dixit ac ſæpius repetiit ſe jam a multo tempore Regem occidere decreviſſe, eo quod Hugonotis faveret, & Catholicos bello impeturus eſſet. Non illum mox ſubeundi ſupplicii terror perculſit: tamenque dicitur, ſæpius interrogatum illum diverſa protuliſſe. Nunquam declarare voluit quinam ipſum ad tam grande ſcelus patrandum concitaſſent. Scriptor quidam dicit, putaviſſe multos Concinum & uxorem ejus in Regis necem conſpiraviſſe. Alii hodieque longe pejora narrant, quæ ego nec tangere nec explorare velim.

Henricus IV. Rex magnum ſui deſiderium reliquit Lutetiæ & per totum Regnum, ſi quidam excipiantur *Unionis* illius ſocii furorem adhuc ſpirantes. Mœror ingens fuit, in illis maxime provinciis, quæ Pyreneis montibus viciniores ſunt, ubi Henricus magnam juvenilis ætatis partem duxerat, nomine Benearniæ Principis aut Regis Navarræ. A patre meo audivi, qui cum mortuus Henricus eſt tredecim annorum erat, nonniſi planctus & luctus in vicinia auditos fuiſſe, patremque ſuum, & ſe & filios alios

1610. le fit prendre à tous ſes enfans. Le peuple de Paris voulut pluſieurs fois ſe jetter ſur Ravaillac quand il fut mené en Juſtice; & lorſqu'il fut tiré à quatre chevaux & ſes membres coupez, chacun courroit à ces membres, & vouloit avoir ſa piece pour aller faire des feux particuliers, brûler cette piece, & aſſouvir ainſi ſa vengeance.

Par la ſageſſe des Magiſtrats il n'y eut aucun tumulte dans Paris. Le Dauphin Louis fut d'abord reconnu Roi par les Princes, les Seigneurs & les Cours de Juſtice, aux acclamations du peuple. Le jeune Roi déclara ſa mere Regente du Roiaume; & tout demeura tranquille pendant un certain tems.

Henri IV. mourut en la cinquante-ſeptiéme année de ſon âge, après avoir regné vingt-un an & quelques mois. Il étoit de taille médiocre, bien formé de ſes membres, d'un viſage agréable, d'un œil vif & perçant, ſon nez aquilin, ſa bouche riante, & ſes autres traits les plus marquez faiſoient qu'il étoit fort aiſé à repreſenter en peinture. Il étoit d'un temperament ſi fort & ſi robuſte, que malgré ſa grande incontinence qui avoit un peu alteré ſa ſanté, il étoit encore pour vivre bien des années.

Eloge d'Henri IV.

Il n'y eut jamais de Prince plus doux, plus clement, & plus porté à faire plaiſir à tout le monde, plus promt à recevoir en ſa bonne grace ceux qui avoient conſpiré contre ſon Etat, & même contre ſa vie : cela ſe peut remarquer ſouvent dans le cours de ſon hiſtoire. Il étoit avec cela fort agréable dans la converſation, ſe familiariſant avec tout le monde, aimant à dire & à entendre des bons mots à rire. On feroit un livre de ceux qu'on rapporte de lui en differens endroits du Roiaume. Il y a apparence que pluſieurs en auront bien imaginé qu'ils auront attribué à Henri IV. pour les mieux faire valoir.

Mercure François, t. 4. p.

Sur le rapport de ceux qui vivoient de ſon tems, on ſçait qu'il étoit fort porté à ſoulager le peuple. Mais l'état où ſe trouva la France pendant ſon regne, lui ôta le moien d'executer ſes projets.

Il étoit fort brave, toujours des premiers à affronter les plus grands périls. Il en fut repris quelquefois par le vieux Maréchal de Biron. Mais ce qui eſt blâmable dans certains Rois, comme dans le Roi Jean à la bataille de Poitiers, & dans François I. à celle de Pavie, ne l'eſt pas de même

---

lugubri veſte induiſſe. Pariſina plebs ſæpe voluit in Ravalliacum irrumpere, quando ad judicium ille ducebatur: & quando a quatuor equis diſcerptus fuit, quiſque in membra irruebat ut partem decideret, & abductam igne conſumeret, ut ſcelus tantum ulciſceretur.

Magiſtratuum prudentia factum eſt, ut nullus Lutetiæ tumultus oriretur. Ludovicus Delphinus ſtatim Rex declaratus fuit a Principibus, Primoribus & Juſtitiæ Curiis, acclamante populo. Juvenis Rex matrem ſuam Regentem declaravit, omniaque tranquilla fuere ſaltem ad tempus quoddam.

Henricus IV. anno ætatis quinquageſimo ſeptimo mortuus eſt, poſtquam annos 21. & aliquot menſes regnaverat. Mediocri erat ſtatura, membris recte compoſitis, oculo acri & vivido, aquilino naſo, ore ſubridente, quæ omnia in depictis tabulis facile delineabantur. Corporis habitu tam valido atque robuſto erat, ut etſi ex libidine nimia aliquid ægritudinis contraxerat, multos adhuc annos vitæ emenſurus eſſe putaretur.

Nullus unquam Princeps fuit mitior, clementior, benignior, ad beneficium cuique præſtandum paratior, & ad eos qui contra ſtatum, imo etiam contra vitam ſuam conſpiraverant in gratiam recipiendos promtior, ut in hujus hiſtoriæ decurſu obſervare poſſis. In colloquiis jucundus, cum quibuſlibet familiariter agebat. Faceta ſalſaque verba & dicteria riſum moventia libenter audiebat proferebatque. Ejuſmodi vero Henrici IV. dicta quæ vulgo per Regnum feruntur, ſi quis colligeret, librum edere poſſet. Veriſimile autem eſt multos ſimilia commentos eſſe, quæ Henrico IV. adſcripſere, ut libentius exciperentur.

Referentibus iis, qui iſto ævo vitam duxere, ſcimus illum populi ſui amantem, vectigalia & onera publica minuere in animo habuiſſe; ſed regnante illo ea fuit temporum conditio, Regnique ſtatus, ut quæ ſumme optabat exſequi non potuerit.

In prœliis audax & ſtrenuus, atque ad ſubeunda pericula pronus, aliquando ea de cauſa a Birono ſeniore aſpere objurgatus fuit; ſed quod quibuſdam Regibus vituperio dandum ut Joanni in pugna Pictavienſi, & Franciſco I. in Papienſi prœlio; non per-

dans Louis le Gros & dans Henri IV. parce que la condition des tems demandoit qu'ils fuſſent toujours à la tête de leurs troupes.

Son grand défaut étoit l'amour deſordonné des femmes où il ne garda jamais de meſures : auſſi vif ſur cet article à la fin de ſes jours que dans ſa grande jeuneſſe. Il écoutoit pourtant volontiers ceux qui le reprenoient ſagement ſur ſon incontinence. On rapporte qu'un Prédicateur s'étant un jour en ſa preſence fort étendu contre le peché d'adultere, qui entraîne après lui, diſoit-il, beaucoup de maux préjudiciables à un Etat ; en ſorte qu'on voioit bien à qui il en vouloit ; le Roi le fit appeller, lui fit un très-bon accüeil, & voulut être inſtruit ſur cette matiere. Le Prédicateur le trouva ſi diſpoſé à l'entendre, & ſi touché de ſon diſcours, qu'il diſoit après que s'il n'étoit environné de courtiſans flateurs & corrompus, il ſe ſeroit apparemment corrigé de ce grand vice.

---

inde Ludovico Groſſo & Henrico IV. Quia rerum temporumque conditio poſtulabat ut ſemper inter primos concertarent.

Ingenti vitio laborabat Henricus, immoderato videlicet mulierum amore, qua in re nullum unquam frenum adhibuit ; perinde intemperans cum jam in ſenium vergeret, atque in prima juventute ; tamenque patiebatur ſe ea de re moneri. Qua de re narratur Concionatorem quemdam, cum Rege præſente contra adulterii vitia vehementer oraviſſet, quæ ingentia mala, ut dicebat, in publicam rem inveherent ; ita ut quem maxime impetere vellet nemo non videret ; ab Henrico Rege poſt concionem advocatum, amiciſſime exceptum fuiſſe, & eadem de illo privatim audire voluiſſe. Concionator autem tam benevolum auditorem expertus eſt, & erga monita ſua ita affectum, ut poſtea diceret ipſum, ſi non ab adulatoribus & vitioſis aulicis circumventus fuiſſet, hoc grande vitium veriſimiliter depoſiturum fuiſſe.

Mercure François, t. 489.

MONUMENS DU REGNE

D'HENRI IV. Roi de France et de Navarre.

PL. LII. LES portraits d'Henri IV. ſont ſi communs & ſi connus de tout le monde, qu'en vain m'etudierois-je à en ramaſſer & à les multiplier ici pour en retracer l'image. Nous l'avons déja vû dans la réduction de Paris, à cheval & fort reſſemblant. 1. [1] Le voici debout appuyé ſur une table, où il a mis ſon chapeau de la forme ordinaire de ces tems-là. Je ne m'arrêterai pas à faire la deſcription de ſon habit noir, de ſon pourpoint & de ſa culotte enflée. Il étoit, comme je viens de dire, d'une taille médiocre, mais bien formée.

Marguerite de France ſa premiere femme, fille du Roi Henri II. fut mariée le 18. Août 1572. Le mariage fut declaré nul en 1599. Elle fut toujours appellée la Reine Marguerite, & mourut l'an 1615. C'étoit une belle Princeſſe, de haute taille, & qui avoit beaucoup d'eſprit; mais d'une galanterie ſi outrée, qu'Henri IV. lui-même en faiſoit des railleries les plus piquantes. 2. On la voit [2] ici en vertugadin extrêmement large dès la ceinture, tirée d'un tableau de M. de Gaignieres.

Marie de Medicis qui vient après, fut mariée avec Henri IV. à Lion le 27. Decembre 1600. fut couronnée à S. Denis le 13. Mai 1610. fut obligée de ſe retirer aux Payis-bas l'an 1631. & mourut à Cologne le 3. Juillet 1642. 3. [3] Elle a été copiée par ordre de M. de Gaignieres, ſur un tableau chez M. le Marquis de Lavardin.

PL. LIII. Catherine de Bourbon, Princeſſe de Navarre, ſœur d'Henri IV. mariée le 30. Janvier 1599. à Henri de Lorraine, Duc de Bar, mourut le 13. Fevrier 1604. & ne laiſſa point de lignée. 1. [1] Son habit en vertugadin eſt remarquable par ſes longues & grandes manches. Ce portrait eſt tiré des porte-feüilles de M. de Gaignieres.

MONUMENTA HENRICI IV.

Regis Franciæ et Navarræ.

Henrici IV. ſchemata adeo frequentia omnibuſque nota ſunt, ut fruſtra illa perquirerem ac multiplicarem. Jam illum in reductione Lutetiæ vidimus equitem, & viventi agentique admodum ſimilem: hic vero ſtans viſitur, menſæ innixus, in qua petaſum depoſuit ejus formæ, quæ tunc in uſu erat. Veſtem ejus nigram non pluribus deſcribam, nec thoracem vel inflata femoralia. Erat ut modo dicebam, mediocris ſtaturæ, recte compoſitis membris.

Memoires pour l'hiſtoire de France, to. 2. p. 239.

Margarita Valeſia prima conjux Henrici IV. filia Henrici II. nupſit anno 1572. decima-octava die Auguſti. Connubium nullum declaratum fuit anno 1599. ſemperque Regina Margarita appellata fuit, mortuaque eſt anno 1615. eratque admodum formoſa, ſtatura procera, ingenioque prædita, ſed libidini adeo dedita, & impudica, ut Henricus IV. eam deridendo acriter inſectaretur. Hic exhibetur cum crocota circa zonam admodum inflata. Ex tabula depicta Gagneriana educta fuit.

Maria Medicea, quæ poſtea ſequitur, connubio cum Henrico IV. juncta fuit Lugduni anno 1600. vigeſimâ-ſeptima Decembris. In Eccleſia Sancti Dionyſiii coronata fuit decima-tertia die Maii anno 1610. In Belgium ſe recipere coacta anno 1631, Coloniæ obiit tertia die Julii anno 1642. Educta fuit a Gagnerio ex tabula depicta Lavardini Marchionis.

Catharina Borbonia Princeps Navarræ ſoror Henrici IV. connubio juncta fuit 30. Januarii 1599. cum Henrico Lotharingo, Duce Barrenſi. Obiit decima-tertia die Februarii 1604. nulla relicta prole. Veſtis ejus inferne inflata, ex manicis quoque longis & amplis ſpectabilis eſt. Ex Gagnerianis ſcriniis prodiit.

1 *Henri IV.*



2 *Marguerite de Valois.*



3 *Marie de Medicis.*



Catherine Duchesse de Bar Sœur d'Henri IV.

1



Louise Marguerite de Lorraine Princesse de Conti.

2



Loüiſe-Marguerite de Lorraine, fille d'Henri de Lorraine Duc de Guiſe, dit le Balafré, fut la ſeconde femme de François de Bourbon Prince de Conti, qu'elle épouſa l'an 1605. & mourut l'an 1631. [2] Elle eſt couronnée, & ſon habit paroît fort riche. 2.

